

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

~~28~~
19 A

Wolfgang

INSTITUTIONES
MEDICAE IVSSV REGIONE
FACTAE PRO MEDICIS IN
praxi examinandis: authore Ludouico Mercato, Phi-
lippi II. Hispaniarum, Indiarumq; Regis potentissi-
mi Medico à cubiculo, ac Protomedico, & in
Valletoletana Academia primariae cathe-
dræ professore emerito.

IN D VOS LIBROS DISSECTAE,
& à ceteris Protomedicis approbatae.



CVM PRIVILEGIO.

Excudebat Madriti Ludouicus Sanchez.

Anno. 1594.



P H I L I P P O . I I .
 H I S P A N I A R V M , I N D I A -
 rumque Regi potentissimo,
 Ludouicus Mercatus Me-
 dicus à cubiculo feli-
 citatem .



I E A M R E M P V -
 blicam beatam fore diuinus
 Plato refert , Rex poten-
 tissime , quæ principes , re-
 stores & consiliarios scien-
 tiarum ac virtutū amato-
 res nanciscitur , (quòd ni-
 hil aut præstabilius aut ex-
 cellētius habere vlla hominum societas possit) quid
 potētati bus & regni sibi subditis felicius vel glo-
 riosius

A 2

gloriosius

riosius accidere usquam potuit, quam tuo imperio
potentissimo esse, et armis decorata, et legibus pre-
claris summa diligentia gubernata? Quae sane, gra-
uitate, integritate, consilio ac virtute consiliario-
rum et iudicium ita moderaris ac regis, ut nil ad
felicitatem illius Platonice Reipublicae in nostra
desiderari videatur. Quorum projectum felicitatum
author et exemplar tu es, qui nullis unquam for-
tunae temerarie insultibus infirmari potes, neque di-
strahi a tuorum commodis et honorum ornamen-
tis, quantuus calamitosis his nostris temporibus
veluti titubans et fortunae temeritate turbata ap-
pareat undique totius orbis machina. Hec etenim,
et longe praestantiora de te concipiet, qui Regie
Maiestatis tuae nouerit spectatissimam excellentiam,
egregiam quandam et plane invictam animi celsi-
tudinem et Christianam pietatem. Scimus enim te
Rege omnes artes, praesertim quarum fructus im-
mortalitas est, coli coepitas esse suam religioni et
verae pietati dignitatem restitui, virtutibus vitia
cedere, vim et equitati, rationi amentiam, et libi-
dinem pudori, quibus humano generi salutaris do-
ctrina comparatur. Quippe tibi quies labor est pro
virtutum ac literarum propagatione, et vita vi-
tam conterere pro iustitiae custodia, quae regia cle-
mentia adiuncta tibi prima et antiquissima virtus
est. Etenim sceno vultu et animi integritate in-
tantarum rerum turbatione interna pace et incre-
dibili

dibili prouidentia omnia sic moderaris ac regis, ut
 solum uni tantum rei dictus videaris. Imperasti,
 Rex potentissime, misertus Reipublicæ periclitans
 in tanta chirurgorum penuria, & Medicinæ
 studentium negligentia, institutiones utriusq[ue] par-
 tis Medicinæ construere ac perficere, quibus quan-
 tum possibile fuerit huic malo præueniatur, ut his
 memoriter perceptis in exāmen consendant Me-
 dicinæ studiosi. Quia potui diligēti, et tuo iussu ob-
 tēperans pro viribus virūq[ue] opus perfeci, & spero
 in medicinæ facultatis cōmodum ac Reipublicæ uti-
 litatē abiturū: exiguum sanè opus, ac tantū Maior-
 itate indignum, sed pro summo tuo erga studiosos
 amore accipe ac foue, ut Regio patrocinio
 securius incedat, & utilius
 cuique efficiatur.
 (. . .)

EL REY.

 Doctor Luis de Mercado Me-
dico de nuestra Camara , y
vno de nuestros Protomedicos , Por la necessidad preci-
sa que se entiende ay en estos mis Rey-
nos, de que los Medicos despues de gra-
duados de bachilleres, y auer praticado
dos años, sean examinados de aqui ade-
lante por instituciones particulares , en
cosascōcernientes a la practica y buē yso
de los remedios de la facultad de la Me-
dicina ; y así mismo los Cirujanos de
mas de auer oydo Medicina: se acordó
que las dichas instituciones se hiziesen
por los nuestros Protomedicos. Y porq
ellos no pueden juntarse agora, ni con-
viene diferirlo mas, cófiando yo de vue-
stras letras, prudencia, y esperiēcia, que
las fabrey s hazer y disponer como es
menester, os las he querido cometer y,
encar-

encargar, como por la presente lo hago, para que vos ordeneys, y recopileys dichas instituciones: por las quales de aqui adelante han de ser examinados los dichos Medicos, y Cirujanos. Y para que las puedan tener todos se imprimiran, y distribuyrá por estos mis Reynos; aduirtiendo, que si cófórmee a ellas no fueren hallados có la suficiencia necessaria, no han de ser admitidos al yso y ejercicio de sus oficios. Fecha en San Lorenço a veinte de Setiembre, de mil y quinientos y nouenta y tres años.

T O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Geronimo Gassol.

A Z

E L

EL R E Y.

O R quanto por parte de vos el Doctor Mercado Medico de nuestra Camara, nos fue fecha relacion, que por nuestro mandado vos auijades hecho un libro de instituciones de Medicina para el examen de los Medicos en practica, y nos suelcastes os mandassemos dar licencia para le imprimir, y priuilegio para que otra ninguna persona no le pudiesse imprimir, ni veder por espacio de veinte años en la forma acostumbrada, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Cōsejo, por quanto en el se hizo la diligencia, q̄ la prematica por nos vltimamente sobre ello fecha dispone, fue acordado q̄ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dichia razó, y nos tuuimoslo por bié. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes, q̄ corrá y se cuentá desde el dia de la fecha desta mi cedula en adelante, vos, o la persona q̄ para ello vueistro poder vuiere, y no otra alguna, queda imprimir y veder el dicho libro q̄ de solo se haze imēcio. Y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, qual vos no braredes, para que durate el dicho tiempo lo pueda imprimir, por el original que en el nuestro Consejo se vio, q̄ todo ello va rāblicado, y sumado al fin de Alonso de Vallejo nuestro escriuano de camara, y uno de los que en el nuestro Consejo residen: con tanto que antes que se venga se trayga ante ellos, juntamente

mente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresiō està conforme a el, o trayga fee en publica forma, como por corrector por nos nōbrado se vio y corrigio la dicha impresiōn por el dicho original. Y mandamos al impressor q assi imprimiere el dicho libro, no imprimia el principio y primer pliego del, ni entiegue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona a cuya costa lo imprimiere, ni a otra alguna, para efecto de la dicha correcció y tassfa, hasta que antes y primero el dicho libro estē corrígido y tassado por los del nuestro Consejo. Y estando hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual inmediatamente ponga esta mi licencia, y la aprovacion, tassfa, y erratas, ni lo podays vender vos, ni otra persona alguna, hasta que este el dicho libro en la forma suso dicha, so pena de caer e incurrir en las penas cō tenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros Reynos que sobre ello disponen. Y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir, ni vender: so pena q el que lo imprimiere y vendiere, aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes, y aparejos que del tuviere: y mas incurra en pena de cincuenta mil maravedis por cada vez q lo contrario hiziere, de la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentencia re, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos a los del nuestro Consejo, Presidente y Oydores de las nuestras Audiēcias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa, y Corte, y Chancillerias, y a otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas y lugares destos nuestros Reynos y señorios, y a cada uno dellos en su jurisdicciō, ansí a los que agora

A s son

Son, como a los que seran de aqui adelante, que os
guarden y cumplan esta nuestra carta y merced que
ansí os hâzemos, y contra ella no vos vayan ni pas-
sen, ni consientan yr ni passar en manera alguna so-
pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis
para la nuestra Camara. Dada en Madrid a treynta
dias del mes de Setiembre, de mil y quinientos y no-
uenta y tres años.

T O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Don Luis de Salazar.

A D

A D M E D I C I N A E

S T V D I O S O S.

EVENT V Fidissimo comperimus, vt
 reliqua mortalium opera, ita & artes omnes,
 post integrā perfectionem summumq; statum,
 mox titubantes casurasq; nō sine magna Re publi-
 ca iactura interitum minari. Quod profecto maxi-
 mē in medica facultate, vel temporum incuria, vel
 lucri cupiditate, aut hominū negligentia, his nostris
 tēporibus evidentissimū appetet: ita vt nisi diligē-
 tia maxima praeueniatur, omnino interituram cōspi-
 ciamus. Cui etenim malo tanquā maximo & in ho-
 minum contemptū ac perniciem exorto. prouidens
 potentissimus Philippus. I I. Hispaniarū, Indiarūq;
 Rex catholicissimus, instituit & lege sancitum pro-
 mulgauit, ne quis medicæ facultatis usum prius
 aggrediatur, quām cursibus suis peractis, & gradu
 primo in eādem facultate suscepto, ac duorū anno-
 rū praxi absoluta, coram Protomedicis in examen
 cōscendat. Cui usui iūsit institutiones medicas &
 chirurgicas efficere, quibus sperandum est, profili-
 gata iuuenum segnitie, & cupiditate lucri deposita,
 ac amore artis & honoris solūm suscepto, à
 propinquo Medicine interitu ipsam eruēdam fore.
 Quippe non sat est Medico futuro communia &
 generalia artis præcepta calluisse, quibus vacuan-
 dum alterandumue, aut quoduis aliud auxiliū exe-
quendum

quendum solum perdiscit, nisi cui, quando, quantum,
quomodo & quousq; sit agendum exactè nouerit:
quippe mederi, aut sanare non est inscindere, vel
non inscindere: aut medicamentum dare, vel non
dare, sed sic affecto hæc præstare: quod profectò
tam est difficile, quam esse Medicum. Que sanè be-
neficia diligentí Medico præstant peritia & ars:
illa quidem duobus annis exequenda, vel ut rectius
loquar, initiāda: hæc vero h̄ic ediscetur, si hæc om-
nia præcepta medica & chirurgica, examinandus
memoriter tenueris, maximè si superbiam ex igno-
ratione contractam deposueris. Inquit enim Hipp.
Nihil ignorātia doctius nec audacius: utrūq; enim
his præceptis infirmabis, & ad maiora idoneus effi-
cieris. Sic qui Chirurgi officinam ingredi cupit,
post tres Medicinæ cursus chirurgas institutiones
memoria tencat, & praxi peracta, in examen con-
scendat, quo probatus, & sibi, & Republicæ utilis
efficietur. Quippe hec eadem consulit Hipp.
lib. de decenti ornatu ad perfectum Medicum fu-
turum, dicens: Sint & in memoria tibi morborum
curationes, & harum modi quotu; liciter & quo-
modo singuli se habeant: hoc enim principium est
in Medicina, & mediū, & finis: ne quis arbitretur,
promulgatam legem denuo esse sanctam, sed mille
iam annis sepultam, in gratiam & utilitatem Rei-
publicæ obseruandam, nunc denuo excitatam. Cu-
ius rei testimonium tibi erit, candide lector, fidissi-
mus in praxi euentus. Vale.

INSTI-

7

INSTITIONVM MEDICINALIVM LIBER PRIMVS.



R A E F A T I O N I S
loco tanquā summopere ne-
cessarium iudicauinaus, tres cō-
stituere vniueſales metho-
dos, vias, ac ſciendi curandiq;
rationes: Quarum prima affe-
ctas particulas cognoscere do-
ceat: Seounda cuiusq; particu-
le affectæ morbos, ſi quis ter-
tia iuxta optimam rationem vti velit, quæ docet
cuiusq; affectus propriè, & vt par eſt curare.

DO C V I T Galenus tribus tātū ſignorū generi- I. Me=
bus totam rationē dignoſcēdi particula affectā thodus.
contineri: nimirum ex læſa cuiusuis particulae actio- Libr. I. de
ne: ex retentis aut excretis p̄tēter naturam: & yltimō locis affe- ſ.
ex proprijs qualitatibus mutatis.

A ctio autem læſa diſfecta eſt in eum particulae af-
fectum, in quo aut vna lāditur actio, aut omnes ſi-
mul. Præterea cùm vna lāditur actio ſolum, aut le-
fio illa partis eſt vnius, vt deiectioni inuoluntaria muſ-
culi veſicæ aut ani: vel eſt omnium muſculorum, qui
huic muneri inſeruiunt. Atqui cùm plurimum partiū
actiones ſimul lāduntur, vt in voce deperdiua, vel
respiratione cōtingit, plures ſimul oblēdūtur, vt tho-
rax, pulmo, ſeptum & alpera arteria & reliquæ huic
ministerio neceſſarię. Sic idē cognoſces ex deiectioni
nē læſa: quia muſculos, ventriculum aut intestina eſ-
ſe læſa conſtabit. Sic ex pluribus actionib⁹ læſis par-
tem

Institutionum Medicinalium

tem affectam venamur: vt in visione & oculi morione simul læsis, vel ex eisdem læsis partes simul plures esse affectas, vt in febribus cor, hepar & cerebrum aut ventriculus.

Rursus constat lædi posse actionem uno è tribus modis, nimirum affecta una parte similari, à qua primò sit actio, vt humore crystallino læso: vel ea quæ ad actionem est vulpis, licet non prestat actionem, velut sunt oculorum tunice. Tertio verò cum læditur uniussum instrumentum mutata ipsius figura & compage, aut partium unione, vel reliquarum vicinia & coherētia. Prætereà quoquis modo actio lædatur, vel auferitur ex toto, vel innuitur, vel vitatur & corruptitur.

Quæ verò excernuntur à corpore, duobus modis particulā affectā monstrant: uno cū partis ipsius aliquid excernitur: vt cū tussiēdo rei sciuntur vasa magna, bīochia parua, aut caro mollis & rara, quæ pulmonē exēfū monstrat, vel asperā arteriā: sic tunica crassa deiectione excreta, crassa exedī infestina: aut tenui, tenua: & furfuracea excrementsa vesicam lædi. Altero enim modo ex his quæ excernuntur contēta in spatio naturali, vt furfuris caput plenū ixorū abūdātiā, mucus aut hæmato crudos cerebri succos: sic devria, sordibus aurii & reliquis, dum per locū naturale exeunt iudicare licet. Sicut si per locū non naturale profluant excrementsa, partē cui pertinet ea cōtinere læsam esse cōperimus: vt urina per vulnus excreta, vesicā vulnerata, & stercore, infestina esse perforata, sicut ventriculū, dū cibis excernitur per partē discissam & solutā: & spiritalia instrumenta, si exit spiritus aut cerebrum si portio ex vulnera fluat: aut sanguine saliente arteriā vulnerari, vel fecus venā. Par ratione quæ contēta sunt in loco præter naturam, id valent ostendit.

ostendere, ut' pus in pulmone contētū tūssi excretū
vel pili cum vrina, qui vreteres affici significant.

Qualitas autē mutata siue in parte, siue in toto, siue
in excrementis eluceat, non solum affectā partem,
sed & affectū plerumq; monstrare nata existit. Sic in
parte vitiosus color sui & aliarū partiū mala cōmon-
strat, ut in oculis ičterus, aut in toto, vel albus color
aut niger, vel quiuis aliis à natuuo mutatus, qualis
visitur in tumoribus præter naturā: sic in extremitis
alui vrina, lippitudine, muco, sputo, vomitu, lacte &
sudore, humoris & partis à qua decidit affectū cōmo-
strat. Par ratione ex odore venaberis humoris ali-
quid, partis verò parū, sicut nec ex consistentia aut sa-
pore: solum enim spiritaliū partiū vitia ex sputo: ve-
tris ex deiectione: venosi generis ex vrina: cereb
ex lippitudine aut muco. Iuuāt insuper ad partis cog-
nitio[n]em adhærentia vel adnascentia parti affectę,
ut ixor vel tanies serosa, ossis ramea, & asperitas ca-
riem ossis ostendit: fungi in crano fracto adnati læ-
sam meningē: spūtū cum tussi, thoracē: furfuracea
hypostasis, vesicam scabie laborare, vel in genere ve-
noſo sanguinem aduri: granula in lingua, quę nullis
auxilijs cedunt, futurā elephantiasim. Sic parentum
morbi in eisdem filiorum membris adnascuntur: item
ætas puerilis dentitioni apta dolore gingibarū cru-
ſia fur, carie & dentium corruptione: puerorum ves-
papide: adulitorum renes magis: fexus quoque, ut
iæminis, vterum pati commonstrat & lactis vi-
tia, sicut in viris gonorrhœa & priapismus suborium
jur. Par ratione regiones, anni tempora & cœli sta-
tus, has potius quam illas partes passuras osten-
dunt: item & vietus forma: nam crassa, vesicæ aut
renū lapidem futurū: tenuis, atrophiam: lepus ma-
rinus, pulmones, canthrides, vesicā lēdi: vitæ quoq;
con-

5. Aphor.

13.

4. Aphor.

77.

Hipp. lib.
de loc.a-
qua et aé-
re.

Institutionum Medicinalium.

conditio & sors id ostendit: sic infectores ptyfi, auti
fossores tremore plerumq; corripiuntur.

Pari ratione situs partis intra corpus contentæ sui
naturam & conditionem monstrabit: nam in dex-
tro hypochondrio hepar pati est connectabile, in si-
nistro splen: ad latera lumborum profundius, renes:
iuxta pectinem, vesicam: profundius, rectum intesti-
num, & in foemina utrum: intra thoracem exterius
intercostales musculos pati, profundius pleuram. Pa-
ri ratione ex excretis laesionem internam noscimus,
sed cuius sit, ex connexione partis per quam excerni-
tur, ut membranosa tunica excreta vomitu, gulam,
aut ventriculum ulceratum esse: tussi, thoracis partes:
stictu, renem: delectione, intestina. Quod etiam ex
doloris situ venaliteris: nam parte anteriori infra tho-
racem dolere, ventre affici superiorem: inferiorem,
si iuxta umbilicum: supra, tenuia intestina: infra, cras-
sa: si vero ad extima vergat, musculos hypogastrij:
si cinguli modo iuxta ventrem adsit, vas venosum
ad hunc quoq; affici. Sic dolores graues pulmonem,
hepar, renes, splen, dolere commonstrant: sicut acuti
tunicarum aliquam: sic ex accidentibus cuiq; parti
proprijs eius affectum venamur: nam phrenitis, le-
thargus & melancholia cerebrum pati ostendunt. Itē
naribus accidit politus, oculata: visionis vitia oculis, an-
gina gutturi: malitia foeminiis: ori ventriculi fames, si-
tis, fastidium. rubor maxillarū pulmonē vitiari: de-
ctio similis lotur, iecur affici designat. Pari ratione
ex doloris natura, nam tensius membranā, grauis car-
nem sensu parciissimo præditam, pulsatorius arterias,
profundus, internas partes affici: sic latus proprius
est membranarum: angustus neruorum, sicut tor-
pidus, qui multa præter id habent monstrare, ut latius
scripsi h. de recto præsidiorum ysu.

7. Aphor.
6.
4. Aphor.
50.

His

His habitis, statuēdum est Medicum débere exerci in particularibus per exépla, & ob id dicimus, exercitationis viam in locorum affectorum notitia duplēcē esse: vnam ab apparetib⁹ symptomatis hac vel illa parte affecta cognoscēdis: alterā ab ipsi⁹ partibus affectis per signa sua inuestigādis. Sed vt clariū intelligas, in tres classes diuides: quarū vna circa partes singulas, vt affecto cerebro, hæc signa, aut illa seorsum eueniunt symptomata: ventriculo affecto talia sunt propria: & sic de reliquis partibus. Secunda versatur circa causas & morbos, vt phlegmonis talia sunt symptomata, scyrrhi illa, œdematis rursus sua propria. Tertia vero & ultima versatur circa symptomata & causas, vt hoc doloris genus has dispositiones ostendit, vel has partes affectas, vt tussis, vomitus, fluor alui, rigor, conuulsio, horror: quibus sanè modis qui artem didicit, locorum affectorum notitiā ediscere tenetur, si recte quæ effecturus est, nimirū scire & probē callere.

Cūm futurorum & præsentium morborū cognitio ad curationem & præcautionē necessaria in omni opere præhabenda sit, necessarium erit docere ex quibus signorum generibus utrumq; haberi possit. Cuius necessitudinis gratia statuendum est, vt triplex existit corporis, cuius prouidentiam aut curationem instituimus, status, qui monstrari signis possit, triplicia quoque esse signorum genera. Status quippe corporis presens, futurus, aut præteritus existit: iten in unoquoque prædictorum statu cognoscere tenentur corporis constitutionē, causas constitutionis, & constitutionis effectum: rursus constitutionem, causam, aut eius effectum diuidere oportet in sanam seu naturalem, in morbosam

z. Me
thodus.

R. seu

Institutionum Medicinalium

Seu præter naturam in neutrā. Qua prorsus diuisio-
ne oportet secare causas in sanas, morbosas & neu-
tras, & pari ratione effectus in naturales, præter
naturam & neutros. Sic profectò tria erunt signorū
genera: nam quædam constitutionē, causas aut esse
effectus naturales commōstrant: quædā constitutionē,
causas & effectus præter naturam: & alia constitu-
tionem, causas & effectus neutros. Ceterum ex ihs
omnibus signorū sortibus, solum quæ ea quæ præ-
ternaturalia nra monstrare possunt, in animo est
docere: si prius dixerò, tria in his omnibus esse sig-
nis demonstranda: primum quibus morbosum sta-
tum à reliquis distinguere possimus: secundū, quæ
sint morborum genera quæ monsticare oporteat: vi-
tium quibus signis liceat vii ad quæsiti inuētionē.

i.pop.p.3
tex.1.

i. progn.

De diff.
morb. 2

Primum docuit Hipp. cognoscere dices: Morbos
diagnoscimas ex communioinniū natura & cuiusq;
propria edocti, quod est primum artis diagnosticæ
principium: sic etiam idem confirmat dicens: A ma-
ximis à facillimiis, similia an dissimilia sint cōfide-
randum. Deniq; cognita vniuersali hominū natura
& cuiusq; propria, facile erit nosse quantum distet
propositus homo à se ipso dum sanus erat, aut saltē
à communi hominū statu & natura: nam ob id di-
xerat: Facien ægri primo esse contemplandam, vt
quāiū à sibi sano distet homo distinguat Medicus.

Quod ylterius docuerat cognoscere Gal. ex modo
actionū: nā tūc sanū esse hominē arbitramur, cū mu-
nijs ad vitā necessarijs citra noxam fungi potest: si
vero secus, tāto à sano statu dissidet, quanio actio-
nes infirmiores, excrementa mutata, & qualitates à
natura eversas obtinuerit.

Morborū autē genera quæ nosse oportet, dū ho-
mo à seipso sano dissidet & dissimilis efficitur, tria
esse

esse comperimus: primum continet omnes intemperamenti species, tam simplices quam compostas: secundum vero complectitur omnia structure seu compositionis vitia: tertium in partium divisione situm ad viresq; partes pertinere dicimus. Sic intemperantia omnis vel est in contentis, vel in continentibus, vel in spiritibus, siue frigida sit, siue calida, siue humida, siue sicca, licet sola distempries quae in solidis & continentibus membris sita est, morbi ratione circumscribat, ceteræ vero velut causæ aut effectus considerantur. At cuiusvis sortis distempries sit, aut in quavis interna vel externa parte existat, facile noscitur ex actione partis aut totius lœsa: ceterum non ex quavis actione, sed ex ea solùm que partibus simplicibus debetur, quarum intemperies solùm est morbus, qualis naturæ est que ad almoniam pertinet, & naturalibus seu vegetalibus facultatibus perficitur. Et licet ex vitiata naturali actione in genere, morbi genus (puta distempriet esse) cognoscamus, constabit tamen cuius speciei sit distempries ex depravationis speciali modo. Nam cruda omnia, maxime quæ acorem referunt, frigiditatem attestantur: quæ vero nidoem sapient, calorem: sic defluxiones ex retinete laguida ob humiditatē fiunt: suppressiones plerumque ob siccitatem, reuidente ultra modum potentia. Itaque calorem aut frigus facilè nosces: passiuas vero qualitates tantum difficultius à principio, quanto postea facilius monstrantur, & curantur difficulter.

Ceterum humorem calidum (velut sanguis est) reducere monstrant animi & corporis accidētia, ut sensus expediti, cogitatio tarda, hilaritas, oscitatio, pandiculatio, liberalitas, libido, tarditas ad iram, virga crassa, rubra, faciei & corporis rubor,

Institutionum Medicinalium

amplitudo vasorum, corpus carnosum, lassitudo &
a calidis iactio.

Bilem attestantur redundare dexteritas & prop-
titudo, fallacia, iracundia, audacia, temeritas, vin-
dicta, homo hirsutus, siccus, macer, gracilis, colore
pallidus, obnoxius tertianis, erisypelati: vrina &
alui excrementa flava, ignea, vigilia & appetentia
deiecta.

Frigiditatem & pituitam monstrant hebetudo &
tarditas sensus & ad motum segnities, torpor, obli-
uio, & mentis stupiditas, totum corpus albicans,
molle, frigidum, color plubeus, caput graue, facies
tumida, saliuia insipida, acida, ructus acidi, vrina al-
ba, pallida, turbida, nunc tenuis, nuc crassa, deiectio
pituitosa, cruda, aquosa, alba.

Melancholiam & siccitatem ostendit homo in-
teger, grauis, & interdum malignus, timidus, mo-
stus, taciturnus, cogitabundus, solitarius, ingenio-
sus, color palpebrarum & corporis fuscus, virescens,
hirsutus, pilosus, venis latis: adsunt & vigiliæ & in
somnia, vrina fusca, crassa, deiectio nigra, sputum
paucum, & alia quæ copiosius leges libr. de recto
præ.art.me.vsu.

Morbos verò secundi generis qui ad mutatam
configurationem partium aut totius pertinent, fa-
cile dignotces ex iactis animalibus actionibus, vt
quæ organo indigent corporeo: sic in visione vi-
tium, in auditione & reliquis sensorijs ad organi
euersionem referendum est, vt in motu, quo quis mo-
do deprauatus sit. Qui propter his visus cordatus
Medicus ea mala non ad intemperiem (etiam si tem-
peries communie instrumentum sit omnibus actio-
nibus) sed ad organi vitium reducit.

Continui autem solutionem facile, si externa
sit.

sit, citra signorū ad miniculum dignosces: si vero in interioribus sit corporis partibus, dignosces ex dolore, ex sanguinis aut spiritus, vel alterius familiaris substantię fluxu, ex situ etiam partis dolentis, maximè si præcessit occasio aut causa ex his quæ continuum soluere nata sunt, vt ictus, casus, percusso, & reliqua id genus.

Tertio loco quibus signis sit innitendum ad venandum aliquid futurum vel præsens aut præteritum in morbis, sciendum est. In qua re quinq; esse signorum genera statuimus: nam quædam morbi speciem commonstrant pathognomonica appellata: nonnulla morbi magnitudinem seu vehementiam: alia motum: rursus quædam morem seu conditionem: insuper plura instans iudicium: quæ criminis appellantur.

Quæ pathognomonica sunt & naturam affectus monstrant, habent tanquam proprium & peculiare, passione in vna ab alia per speciales notas distinguere: sic pleuritis ab alijs omnibus sciungitur pertussim siccum, difficilem respirationem, febrem ardentem, pulsum serratum, & dolorem pungentem. Quæ sanè signa nulli alteri affectui ex toto conueniunt: & pari ratione febris ardens, tertiana, phrenitis, peripneumonia, & alijs affectus sua habent signa pathognomonica, quæ simul iuncta nulli alteri morbo conueniunt, sed huic soli & semper. Cum hoc tamen evidentissimum est, vnum & idem signum in varijs & diuersis affectionibus reperi, velut tussis siccâ, quæ pleuritidem, & iecoris inflammationem ostendit, sed pleuritidem nō semper, sed dū alijs signis adiungitur: ita vt necessum sit, simul vniuersalia signa vnius affectus pathognomonica cōiungi ad ostensionem eius: nam per se seorsum eorū quodvis,

Institutionum Medicinalium

variè & in varijs affectionibus significare habet.

Quæ verò magnitudinē morbi ostendūt, eadēmet sunt quæ pathognomonica esse diximus, quæ tantū morbū creuisse ostendūt, quantū ipsa ab actionibus & alijs signis secundū naturā degenerat: quæ haud immerit quis assidētia nūcupare poterit. Sic enim (vt eodē exēplo vtar) respiratio difficultis, dolor aut febris tantū ostendūt morbū esse magnū, quātū supra laboratis naturā & modū creuerint: qua etiā methodo de omnibus alijs signis subintelligere oportet: ex accidentium etenim magnitudine euidentissimum est, magnitudinē morbi venandā fore, & nō alio modo.

Quæ morē morbi ostendūt signa, etiā de genere signorum assidentiū æstimanda sunt, quæ quidem prauam & deterrimā, aut salubre morbi conditionē ostendunt: vt in pleuritide cubare supra latus dextrum aut sinistrū, & in omnibus alijs affectibus male aut bene se habere ad oblationes, mente cōstare aut desipere, & huiusmodi alia, quæ nec passionē ostendunt, vt pathognomonica: neque tempus aut securitatem indicij, vt mox apparentia: nec differētiā aut magnitudinē vt assidentia, sed solū peculiare in quandam conditionē bonam aut malam.

Quæ inotū morbi tardū aut celerē deponat, & signa mox apparentia nūcupantur, eadē sunt cū his quæ securitatem, aut periculum ostendunt. Cuius naturæ sunt, inter alia signa, coctionis & cruditatis, vt Hipp. statuit dicens: Coctiones celeritatem iudicij, & morbi securitatem ostendunt. Verū morbi diuturnitatē aut breuitatē, longē diuersa ratione cononstrant, ab ea qua securitatem aut periculum ostendunt: quippè hoc ex propria natura & condicione mōstrant. Sic enim Gal. nūle affuit iudicijs, nem̄.

neminem tamē vidit perire ex his qui iudicati sunt Libr. I. po-
 cum signis coctionis. Talis enim est coctionis ex- pu.p.2.45
 crementorum natura, vis & conditio, ut semper fa- libr. I de-
 ludem ostendat, nisi excretio alterius posentia mu- crisi: 3..
 nus sit. At tēpus iudicij non venaberis, nisi ex tem-
 pore quo hęc signa coctionis cęperint apparere:
 sic enim dixerat Hippo. Quod si statim sputum ap- 1. Aphor.
 pareat, morbum breuiat: si verò poste à apparuerit,
 producit. Quo loco apertē colligitur, tempus iudi-
 cij non ex signis coctionis, sed ex tempore quo ap-
 parent debere exquiri: ex quo tempore colligitur
 morbum longum aut breuem futurum. Sic profe-
 ctō cruditas non semper morbi diuturnitatē osten-
 dit, nisi dum diu durat: neque simpliciter malū,
 nisi dum virium imbecillitatē adiungitur, & mor-
 bus celeriter mouetur. Signa verò contraria coctio-
 ni quoquis tempore appareant, semper malum por-
 tendunt, sicut coctionis, semper bonum.

Crisima autem signa, quæ ultimo signorum
 genere continentur, varia sunt, iuxta varietatem
 futuræ crisis, aut partis per quam fieri debet:
 nam quedam crisim per sudorem futuram osten-
 dent: alia per vomitum: multa per album: que-
 dam per fluxum sanguinis narium: & alia per
 vrinam. Sic sudorem futurum ostendunt pulsus
 plenitudo, vndositas, mollities, corporis pruritus,
 confractio & inquietudo citra manifestam cau-
 san, suppressio aliorum excrementorum, & vri-
 na plerumque turbida, cùm anteā talis non ex-
 titisset. Futuram per vomitum ostendit nausea,
 subuersio, tremor labii inferioris: sicut per flu-
 xum sanguinis dolor capitis grauatus, vena-
 rum plenitudo, oculorum prominentia, pruri-
 tus narium, stilla fluens, & venarum oculi tur-
 gor & rubor. Fluxuram album ostendunt yen-

Institutionum Medicinalium

tris murmur, dolor & inflatio, vriñę suppressio,& ea quæ excernuntur liquida.Sunt etiam alia signa, quæ monstrant naturam iam aggressam materiæ motum & agitationem, ut ostendit sententia Hipp. Quibus crisis futura est, his nox ante acumē difficiens: Septenorum quartus est index.

Præter quæ omnia, considerare oportet aliud esse in morbis signa querere, quibus cognoscamus an morbus debeat per crism terminari, an per paucitatem solutionem: & aliud considerare signa critica: nam illud ex morbi specie & natura venaberris, adhuc in morbi principio: hoc verò, non nisi instantे crisis ex signis & accidentibus, quæ sequuntur naturæ motum, & ipsius materiæ vacuationem antecedunt. Quæ omnia curaturo nouisse cōuenit: nam qua ratione morbi naturam inuenisse oportet ad generis auxiliij inuentionem, eādem & magnitudinem ad vehementiam auxiliij præscribendam; item motum morbi, ad occasionem exhibendorum auxiliorum, sicut i morem ad peculiarem quandam seu alexipharmacam conditionē auxilijs addendam, qua benignius reddatur malū: crisis verò, & alia quæ in morbis spectantur ad præsagiationem, & ut tutò possimus de morbi eveniu proferre iudicium: quod non est minoris momenti, quam re liqua Medici opera.

3. Methodus. In gratiam huius tertiae methodi, quæ curādi generalia præcepit & complectitur, constat prædictas cognitiones particulæ & affectus adductas fuisse. Hæc enim potissima est & præcipua: nam ob id dixit Hippo. Sint tibi & in memoria morborum curationes & harum modi quotupliciter & quo modo: hoc enim principium est in Medicina, & medium & finis. Quod ut commodè efficere posset, methodo & com-

Libr. de
decenti
ornatu.

& communi quadam ratione id aggrediaris oportet, sump^o principio ab his quæ in hoc opere proponi debent: quæ quinque tantū existunt: nimirū officia quæ Medicus exercere tenetur: instrumenta, quibus necessariò ad operis perfectionem indiget: considerationes quas præmittere tenetur ante operis initium: conditiones item quibus id exequi possit: & vltimò materia, qua debet vti ad finis con sequotionem.

Medici autem officia sunt tot, quot sunt nostri corporis status: quippe homo aliquando integra fruitur sanitatem: nunc vero male se habet: nonnunquam è morbo conualescit: ac sæpè senectute premitur: sic tot erunt officia: nam dum prospera fruitur salute, desiderat in eo statu conseruari: cùm vero in præternaturali statu vget, ad antiquum & sanum mutari desiderat. Verum si causam consideres, sciscitandum vterius est, an morbū hæc minetur, & tunc præcautionem expostulat: an vero actu morbum efficiat, & tunc curationem desiderat. Rursus quia in morbis symptomata succrescere assolent, mitigatione opus est: & vltimò dū homo è morbo conualescit, aut senectute prematur, desiderat refici & reparari. Ex quibus constat, sex esse Medici officia, nimirum conseruare, mutare, præcavere, curare, mitigare, & vltimò reficere.

Medicæ cōsiderationes seu scopi sunt, primè an aliquid sit agendum: quippe ex morbis quidam solus naturæ administriculo curantur: quidam egēt Medicis auxilio: quidam rursus utroque indigent subservizio. Sic coctiones à sola fiunt natura, sicut luxationes curantur à solo artifice, & ossium fracture à natura vniante, & à Medico reponente os. Quippe nefas est, vbi natura sola sufficit, auxiliares manus.

B 5 adh.

Medici officia.

Conside ratio-

n̄s.

An aliquis agentis agendum

Institutionum Medicinalium

adhuc, quibus s^æp^e mouetur quod summo pere
laesurum sperandum erit: aut eas rusticis t^{em}ore, vel
ignoratione denegare, ubi opus est, & natura auxi-
lium exoptat.

*Quid agere
in summo
laesuris
et defla-
cti bus*

Secundò considerabit, si agere aliquid Medico
incumbit, quid illud futurum sit, vacuandum n^e,
an reficiendum, vel alterandum, siquidem Medicina
nihil aliud potissimum docet. quām adiectionē
deficientium, & ablationem redundantium. Quod
proculdubio monstrabit corporis status: nam si
abundat, ut cumquā sit, vacuandum: si intemperatū
est, alterandum: aut si inanitione laborat, inefficien-
dum.

*Agere
tertius*

Tertiò considerabis, si tibi agendum eorum quæ
diximus, aliquid incumbit, quid, & qualis naturæ id
futurum sit: nam dum vacuadum est, an sanguinis
detractione agendum sit, an purgatione, vomitu,
vel sudore videbis prius, quod profectò magni est
momenti: nam eam legem, & corporis necessitudi-
nem ignoratione enertere, graue est & periculo plè
nunt. Monstrabit quali præsidio sit agendū, humorū
redundantia seu natura, nam plenitudo sanguinis
detractionem, caco chymia purgationem desi-
derat.

*+
in summo
asservatio et
bera*

Quartò verò, quilibet auxiliij specie id agere oportet,
monstrabit individua humorum species: nam
porrigere oportet biliosis quæ bilem expurgant, &
pituitosis quæ pituitam, ut Hipp. consuluerat, & sic
contrarijs contraria adhibebis.

*Quanti
tag-*

*quar
titas*

Quintò considerabis, quantum, & quo usque agē-
dum sit: quippe paulò minus peccatum est infra
subsistere, quam exquisitissimè vacuare: utrumq;
enim

*Vall. lib. Contrab. melior à infra subiecto
enarrat ex nihilime purgare —*

énim périmeſcit natura . Quod monstratur ex recessu à naturali ſtatu , & ex virtutis iobore: illud quidem tantum detrahere expoſcit , quantum par fit , vt corpus ad antiquum redeat ſtatum , conſiderata materiæ copia : cum hoc tamen neque compressiones ad extreſum duſcendas eſſe conſuluerat Hippocrates , ſed quantum natura per ferre poſſit : vires autem illud quantum metiuntur , & moderantur : nam ſi admodum firmæ non fuerint , haud proliſius permittunt : ſi robustæ , & firmæ , par præſidium morbi magnitudini & vehementiæ permittunt. Curandum tamen in quavis actione eſt , nè uſque adeo imbecilles & languideſſe ſint remediorum vires , vt nihil ferē proſciant , & morbus longè magis ſauiat : nec rurſus tam rigidè agendum eſt , vt natura , & antiquus habitus euertantur: tuta quidem , & iocunda eſt curatio , & ſat citio facta , li ſat bene. Quapropter in morbis qui len- te mouentur , lente quoquē & blandè proceden- dum eſt , & paulatim agendum , aut uteris leuio- ribus auxilijs in maiori copia , vel validioribus in minori : equalia enim auxilia in gradu , ſemper vehementiſsimis morbis adhibenda ſunt : equalia verò tempore , & duraſione , quorum ef- ficiaciam ſupplet innatus calor , imbecillibus af- fectionibus , & his quæ inducias dant ſpectan- di , proſicia existunt.

Sextò conſiderare tenetur cordatus Medicus , quomodo adhibere oporteat prædicta auxilia , cuiusuis naturæ ſint : ni mirū an ſubitō , an ve- rō paulatim , bis nè , an ſemel præſtare oporteat . Id quod docere inabent particula affecta , cauſæ copia ,

Institutionum Medicinalium

copia & naturæ modus, adhibitis in considerationem consuetudine, æriate, natura & vite modo: tandem exceptis quantitate & qualitate auxilijs, per reliqua quæ in eo considerantur, modū intelligimus: ut si per vices & interualla: si per hunc locum aut per illum: si hac forma vel illa. Nam licet totū corpus sit confluxile & transpirabile, nihilominus tamen quædam partes maiorem habent inter se communionem & societatem quam aliae, & sic natura longe magis insinuat unum locum quam alium: & ob id Hipp. dixit: Natura stimulata & impulsa artis peritis quæ facienda sunt demonstrat: sic ventriculus ante & retro, è regione sui, desiderat praesidia apponi: sic aliae partes proprios habent canales, per quos, & non per alios, purgari desiderant.

Li. de arte

tempus

Lib. de ar
tis med.

Li. 8. &. 9.
Method.

Septima consideratio continet occasionem seu tempus: quæ sanè cum vim & efficaciam auxilijs præstare aut ab ipsis demere possint, ob id maioris sunt considerationis. In qua re primò sciendum est, non esse inconueniens, ut Galen. arbitratur, occasionem posse includi sub quantitate & qualitate auxiliariorum, si è directo opponantur præsenti corporis affectui & causæ, siquidem occasio verè & propriè se habet, ut quantitatis mensura, licet eam aliquando clarioris doctrinæ gratia separauerit. Ut cunque tamen sit, occasio cum per se consideratur, nullo habito respectu ad quantitatem, sumitur aliquando pro morbi temporibus: aliquando vero pro idoneo tempore ad agendum. Quod rursus subdividitur in longius quoddam tenipus idoneum & necessarium ad agendum id quod volumus, & in occasionem simpliciter, quæ breue admodum momentum designat,

designat, ut statuerat Hippocrates dicens: Tempus est in quo occasio est, occasio in qua tempus non multum. Ex primo quidem significato prodeunt sententiae illae: Cum morbi inchoantur: Concocta medicari: in quibus tempus latum reperitur: & ex secundo, occasionem esse præcipit. Præterea agendorum occasio duplex est: uniusalis una, & particularis altera: illa quidem ab universalis corporis statu exquirenda venit, quæ sub tempore Hippocratis includenda est: hæc vero a particularibus morbi temporibus, quæ ad occasionis naturam magis accedit. Quippe ubi quis quantitate & qualitate vltatur, quibus affectus indiget, opportuna fruitur occasio ne: si quidem a morbi hoc aut illo tempore quo laborat egerit, hoc aut illo præsidio non indiget, sed ob hanc præsentem qua afficitur dispositionem. Quod si dictum sit ab universalibus temporibus, universalalem occasionem, a particularibus particulari sumi, ob id dictum est, quod soleant varijs dispositiones varijs temporibus materiam occupare. Namobrem dixit Gal. auxiliij occasionem oriri ex re poscente remedium, & non prohibente virtute: quibus constat, nihil aliud esse occasionem agnoscere, quam exactam affectionis cognitionem habere, ut constet optimè factum esse occasionem comprehendere sub quantitate & qualitate. Quo sit ut statuerit Gale. cognito affectu scientificè procedere in occasione. Cum hoc tamen occasio nihil aliud est, quam momentanea agendi opportunitas, qua mensuratur quantitas & qualitas auxiliorum, ob exactam notitiam affectus.

Ostatum agendorum ordinem consideret cordatus Medicus oportet, nè tumultuosè & confertim præsidia adhibeat, nulla seruata occasione: quippe *ordine*
scien-

Institutionum Medicinalium

Sciendum est, quid cum quo, & quid sine quo curari debet, ut cuiusq; natura & efficacia cognita, cuique & præsidium, & eius quantitatem adhibeamus ad equatam. Nam curari debet primò quod magis vrget: & magis vrget quod maius periculū infert: & maius infert affectus magnitudo, siue causa sit, siue morbus, siue symptomata. Quibus cognitis, facile erit ab urgenteri principiū curationis auspicari, reliquis non omnino neglectis. Quapropter censeo Gale. dixisse, ordinem solūm ex causa sine qua nō sumendum esse: cum hoc tamen ab urgenteri, & ab eo quod habet vicem causæ, evidentissimum est debere sumi: causa tamē sine qua nō, præcipiū habet locū, aliquando vero quod magis vrget, quia eo tempore videtur habere viu causæ sine qua non.

7. Meth.

Conditiones.

14 me
tho: 13

Ut Medicus finem sui operis consequatur optatum, tribus tenetur uti conditionibus, citra quas imperfectum, ac forsitan nocuum efficiet. Nam quæ facturus est, oportet fiant cirò, iutò, & iocundè. Tu tò enim aliquid runc sit, cum absolutionem consequitur, ac perfectionem necessariam, vel saltē quod si non habet, & quæ quieta sunt commoueat citra conferentiam, nec rurius morbus reuertatur. Citissime autem hęc omnia sient, si Medicus nullam in morbo prætermiserit agendorum occasionem: nam ratione debitum tempus anteuertere nunquam periculo caruit, eadē auxilij prætermittere occasionē debitam. Dilatio in omnire, inquit Hippo. periculosa, sed maximē in Medicina, ubi periculum vitę impendet. Quod profectò maximē obseruandum est in acutis, ubi maius ex dilatione sequitur periculū. Iocundū etiā Medicum, & iocunda curationē expostulant laborantes: illud ut sibi morē gerant (quod nō semper est necessariū licet semper amabile) hoc vero

verò, ut minore dolore ac molestia sanitatē recuperet, sēpē enim lōgē grauius est auxilia tolerare, quā morbi sauitian. Quapropter expedit, nec plurimū laborant i morē gerere, ne auxiliorū blandimētis eō affectus deueniant, quōd natura deinceps admittēre nequeat maiora: nec rursus tā immaniter, quōd laborans cogatur omne formidare auxiliū. Condannū aliquid est, & dū morbus dat inducias expectandi, à leuioribus incipiendū: sin aliter, suadēdus æger est ut patienter ferat, quando aliter fieri non potest circa periculum.

Materia medica cōstat proculdubio ex varijs particulatis ad certā quadam formā cuiq; affectui congruā redactis. Quę sanè tot suscepit differentias seu varietatis modos, quot sunt officia quę Medicus tenerit exequi. Sic profectō vna prærequiritur indicatione sumpta ab affectu: alia ab affectus causa: altera à virtute ipsa: & rursus alia ab omnibus simul, licet nonnihil immutare debitā materialē possint ars, artas, regio, victus, tēperies, forma, & alia quę ad hęc reducuntur. Quibus cōstat virtutē humani corporis duplē exposcere materialē: alterā quae tueatur in proprio & naturali statu, ad quā pertinet vniuersa victus & viuendi ratio: reliquā verò qua se tueatur ab imminentī periculo, quę quod superest deniat sanguine missō, victus parsimonia, & expurgati pharaco, sudoribus, vomitibus, & alijs artis auxilijs: & pari ratione si quid deest, adimpleteat per alimēta & odoramēta. Præterea in morbus sibi peculiarē exposcit materialē ex toto ei contrariā, quę cōstat ex auxilijs, quę tēperandi quod distemperatū est virtutē habeat, & sic de reliquis contrarietatis. Sic causę pro cuiusq; varietate sibi peculiarē requirūt materialē: nā quę copiosa est, euacuari, quę influit

Institutionum Medicinalium

influit reuelli, quæ influxit, discuti, aut suppurari: ve
quæ crassa est, attenuari, & quæ viscida, inscindis
desiderat.

Instru- Quæ ultimo loco Medico curaturo sese offerunt
menta. expendenda, sunt artis medicæ instrumenta, quibus
venari possit, aliquid esse agendum, aut non. Quæ
constat numero esse quatuor: nimirum, rationem,
analogismum, obseruationem, & indicationem. Quo
rum ratio & analogismus ad occulta omnia, & oc-
cultos etiam affectus profundit: obseruatio vero, &
indicatio in morbis notis ex rebus vulgaribus suam
vrim, & efficaciam præstant, quod ex affectibus qui
dam sunt nobis conspicui, & evidentes, quidam oc-
ulti, & obscuri: artis profectò constitutio ad theo-
rema, a statuenda confirmandaq; cùm sint vniuer-
salia, à singularium experimentis orditur in vniuer-
salem rationis conceptum terminata. Cum vero in
quiritur, quid ægrotanti Petro adhibendum sit, aut
quale sano consilium, initium à iudicio iuxta artis
dogmata sumendum est, ita ut constet peritia, & sci-
tia opus esse, tūn ad tradendam artem, tūn vero ad
eius finem consequendum, & utroq; habitu, peritie
nimirum, & scientiæ opus esse: nam ratio adinuenit:
experimentum vero iudicium de inuentis efficit, &
fidem præstat his quæ ratio adinuenit.

Ratio. Itaq; tanta est rationis vis & efficacia in arte me-
dica, vt sola alteram artis partem adinueniat, consti-
Li. 4. Mc. tuat q;: dixerat enim Gal. ratione, & experientia om-
nia constare: quippe ratio præstat plura, tūn ad cog-
nitionem præsentium, præteritorum & futurorum:
tūn vero ad rectam medendi rationem. Cum hoc
tamen ratio plurimum est difficilis: nam recta ratio
ne vti in conjecturalibus, quæ parum certi habent,
difficile admodum est, maximè quia circa occulta
verfa-

versatur. Est itaque ratio ipsa rei diffinitio, & quiditas: quamobrem contraria contrarijs curari, ratio ne venamur, cum eorum natura sit seu diffinitio vel ratio, ut in eodem subiecto se compati non possint: quippe id est, & plura alia quae ratio in dubijs, ignotis, in obscuris, quorum nec experientia, nec analogismus quidquam docere possunt, nisi praeiusa ratione, facile adinuenit. Quibus constat rationem esse difficultem, verum certissimam: experimentum vero facilius, ceterum non aequè certum.

Cum medicam facultatem duobus tantum integrari constet, ratione nimurum, quae adinueniat ex principijs quid efficere, aut non, oporteat: & observatione seu experimento, quod id quod ratione inventum est, quotidiano usu confirmet, constat merito dictum esse à Gal. Artes creduntur ex operibus; Li. de sec. inueniuntur ex principijs. Est itaque experientia nihil aliud quam id quod sèpè eodem modo accidisse competum est: quae sane duplex existit: altera ruidis & fortuita, quae nulla ratione progreditur, qua non sine reipublicæ incommodo vtuntur hodierna die Empirici omnes: altera vero quae cum ratione procedit, de qua dixit Gal. impossibile esse experientiam sine ratione posse procedere. Quae rursus duplex est: altera quae adinuenit iuxta methodum & principia artis, de qua dixit Hippo. experimentum periculosum: nam verbum illud, periculosum, non debet intelligi de vera peritia: aliud namque est expertis vti, & aliud incognita experiri: altera vero iure optimo experientia appellatur, quae licet non habeat quo se tueatur nisi longo usu, nihilominus tandem tantam sibi fidem acquisiuit, eo quod semper eodem modo accidere est competitum, quod solo usu credatur.

C

Gale-

Obser-
vatio.Li. de sec.
de opt. sc.
ad tra.

Institutionum Medicinalium

Analo- Galeno teste analogismus nihil aliud est quam à
gismus. similibus ad similia transitus: qui etiā quod ignotū
Li. de op. est & obscurum patet. Qui, cùm ignoratur qua
sec. ad tra. lis naturæ morbus sit, & quæ expostulet præsidia, à
simili morbo sumpto argumento, in notitiâ cognitionis & curationis facile dicitur. Verum cùm dictū
Li. 6. pop. sit ab Hippoc. bonis Medicis similitudines parere
errores & difficultates, studēdum est eum affectum
quærere, qui cū præsentem maiorem habeat conuenientiam & similitudinem, ut ab eo sumptis signis
& præsidis in pristinum statum laborantem restituamus.

Indica- Indicatio, citra quam in medicis operibus nihil
tio. certum ac tuum efficitur circa eos morbos, quorū
naturā exactè nouemus, nihil aliud est ut inquit
2. Meth. Gal. quā cōprehēsio iuuantis simul cum cōprehēsione lēdētis, sine obseruatione & ratiocinio. Quā
obrem nobis ratiocinantibus & cōiecturā veritati
propinquā efficientibus, cōtingit sēpe falli, proce
dentibus tamen per indicationē, nunquā aut raro:
quia ratiocinum procedit ab his quæ quodammodo
mutari possunt, aut aliter se habere, indicatio
verò ab his quæ perpetua & stabilia sunt, quales
sunt rerum dissimilations & essentiæ, à quibus indica
tio sumit principium, ut latius leges lib. de recto
præsidiorum vsu. Cōprehenduntur autem indica
tionis nomine, indicatio, coindicatio, contradic
tio & correugnatio, quarum seorsum meminisse
oportet. Itaque cùm rei natura sit à qua indicatio
sumitur, tria ob id necessariò erunt quæ in morbis
indicationē præstare possunt, ut ex Gal. cōstat: cau
sa nimirū morbi, affecta particula, & naturæ robur.
Sic causa genus auxiliij circūscribit, ut si plenitudo
euacuationem: affecta particula iuxta sui naturam,
situm

situm & cōnexioneni cum alijs, auxiliij modum scribit: virium verò robur auxiliij mensuram designat, & sui custodiā expostulat, haud secus quām tempore ramentum. Quibus addere oportet, vt idem author scribit, morbum sui ablationem indicare, iuxta cuiusq; contrarietatem, & ex genere morbi, causæq; natuia simul consideratis genus auxiliij indicari, ex specie speciē, & ex differentia differentiā. Cum hoc tamen statuendū est, causam primum in indicando fortius locum, vt sine qua morbus curari nequit.

Sciendum primò est, impedimentum nō esse idem **Contra-indicationis**: certum enim est, virtutem debi tem impedit sanguinis detractionem, quatumuis præsit plenitudo: cum hoc tamen contraindicatio nō est, quia ea solūm censenda erit cōtraindicatio, quæ cōtrarium omnino expostulat ei quod ab indicatione monstratur. Ut cūm indicatio designat sanguinem esse mittendum, cōtraindicatio mōstrat corpus oportere reficere: nam contaria sunt replere & vacuare. Denique contraindicationis cōditio est omnino exposcere cōtrarium ei quod expostulat indicatio, vt si hæc refrigerationem, illa calefactionem desidereret.

A parte verò indicationis stat quæ illi vim & efficiacia audauget, coindicatio nūcupata: veluti si plenitudo sanguinē esse nūtendū designet, idē quoq; auxiliū coindicat corporis habitudo, vita præcedēs, cōsuetūa sanguinis vacuatio suppressa, quæ oīa sanguinis quoq; missionem attestātur. Quibus accedunt aliæ causæ, quæ licet nō indicent, neq; coindicēt, efficiunt tamē sanguinis missionē facilius ferri, vt cōsuetudo, ætas, regio, anni tempus, & reliqua huius nature. Sic protecta dū hæc oīa simul coēunt, profuturū auxiliū licet expectare, & ne

C 2 cessarium

Institutionum Medicinalium

cessarium fore, sicuti dum vnum aut plura ex his defuerint, tanto magis pertiniescendum, aut non, quantum affectus expostulat euacuandum, vt in conualescentibus, & in aestate & autumno, & vehementibus frigoribus Hippoc. consuluerat.

Corre - pugnan tia.

Pari ratione correpugnantia ea censeri debet, quæ vim auget & efficaciam contraindicationi: vt si quis vacuationem expostulet, cum hoc tamen eam interdicat si dor dissipans, contraindicationis vim auget ventriculi natura & conditio, quæ adeò assumptis medicamentis horret, vt nullo modo ea adnittere queat: quæ tamen ventriculi conditio non ex opposito contrariatur euacuationi, quæ sit per pharmacum, sed correpugnat & vim auget contraindicationi, & ex eius parte se tenet, vt sub cane & ante canem medicationes difficulter ferunt: sana habentes corpora difficulter ferunt medicamenta: quæ omnia & plura alia, etiam si sua sponte non contraindicent, ei quidē vim & efficaciam augment.

Placuit has tres methodos in huius operis exortu affigere, vt constet eò tendere, vt quisque quem curet, quid curet, & qualiter curet exactè dicat. Quarum considerationum prima ostendit quam particulam affectus obsideat: secunda quali morbo afficitur: & tertia cui, quādo, quale & quantum oporteat adhibere præsidium: quod optatissimum est in medicis operibus.

DE

D E R E C T A V I C T V S
administratione.

INSTITV TIO I.



I V E alimentum, cuius leges & vtendi rationem ex pendit præsens institutio, velinus usurpare pro me dicamento, siue consideratis sui natura, conditione atq; fine, pro alimento accipiamus, semper proculduo dicit respectum ad corpus alendum. Quamobrem ut quis exactè ediscere possit eius rectam administrati rationem, quatuor in corpore alendo considerare tenetur. Coniuncte utique primò corporis ipsius vires, substantia modum, circumstantias quasdam, & ultimò morbum quo afficitur homo: quorum per summa capita scorsum membrisse ostendebit.

Vires quidem, ut tales sunt, solum sic consideratae citia alium respectu, victu expostulat non hunc aut illum, sed solum materiam qua resici possint. Quip sanoru pe quæ enus *victus* ut alimentu instituitur, vnicu rā *instituti-* tui præstat ministeriu, nimirū virtutē vitalē custodi-
dire: sanitarē vero cōseruare aut morbum propelle-
re, ex accidenti ut Gal. statuerat. Quo sit, ut quo tē-
pore corpus in egra fuitur sanitate, victu plenius Libr. 1. de
semper expostulet, vires nimirū adaugentē, secun-
*dū cōsuetudinē, naturā, etatē, sexū, regionē & anni
tempus, quæ quodāmodo etiā in sanis *victum* me-
tiuntur, ne loco reparacionis viriū, morborum fiat
materia: quod præcauens Hipp. inquit, consilii sa-*

C 3. ni-

Libr. 1. de
t. 1. vic. 4. 1 q 4

Institutionum Medicinalium

6.pop.p.4 nūtatis esse,nō satiari cibis,& ad labores īmpigrum
20. esse:nāq; nulla est vētriculo infēda grauitas, sed
ea quātūas adhibēda, quæ par sū laboribus, vt ita-
Li.de die tuit idē Hipp.dubitās qualis habendā sit quātitatis
ta . . mēsura, quæ vires citra grauitatem tueatur & adau-
lib. de ve geat, sic fūibi: Modū autē neq; pōdus neq; nume-
teri med. rū aliquē ad quē referas cognosces , certitudinem
enim exactā nō reperies aliā, quā corporis sensum.
Quā eriū metieris ex proba alunētoū coctione:nā
Li.de loc. vt inquit Hipp.rātū cibi indulgēdū est, quantū cor-
in homin. pus superare valeat: quod alijs verbis dixerat Auc.
fen. 1. 3. nūrītū.Reliquijs famis nōdū cessātibus, surgendū
cop. 2.c.7 est à fīesa,cūm plerumq; hominū voluptas satiari
difficiliū posit quā fames.Secūdō statuendū est,
Li. de ali. q̄licet sanis gultus & delectationis gratia,cōceden-
fī. cacu- dum sit aliquid parū deterius,nihilominus tamē cō-
cum. filiū Gal.est,fugiēdū esse ab edulijs prauī succi:clā
enim & sensim lōga dierū serie,prauus in venis suc-
cus ex ifsis suggeritur, qui leuissima accepta occa-
sione,grauiissimos & cōtumaces excitabit affectus.
Prætereā sapientū cōfiliū est,eos qui tēperata robu-
staq; natura sunt,nō teneri exquisito & perpetuo se-
lecto victu vti, quia leues excessus facilē natura
superat,præsertim si eis fuerit afflueta: siquidē ma-
ius est ex affluētudine cōmodū quā ex errore dānū.
Ob id protectō dixerat Celsus sanū hominē nullis
se legib; obligari debere.Prætereā cōsueta seruā-
da est hora,aut ea in qua priori cibo homines leua-
tos denuo appetere cōspicimus,tolerare namq; fa-
mē,vētriculū prauis implet humorib;.Cōfiliū etiā
Libro de Hipp.est,cibos varios & dissimiles inter se simul
flaubus. affluere,ad prauā victus rationē pertinere:seditio-
nē enim(inquit) mouēt quæ sunt inēqualia, aliaq;
cīniū,alīa q; difficiliū cōcoquūtur.Cū hoc tamē
nō defūnt qui afferat, alimentorū varietatē potiūs

quā simplicitatē probandā esse: quod nostrę generationis principia varia sint & dissimilia. In qua re statuēdū est, multiplicitatē ciborū dānandā nō esse omnino, sed cū dissimilitudo eorum & varietas extreμū attingit crassitię, tenuitatis, frigiditatis aut caloris: nā cū varietas fere est eiusdē coditionis, vt auiū carnes, arietis, panis, fructus, olera, & vinum, quibus frequēter homines vtuntur, vitāda nō est, sed easolū, quæ in magnatū mēnsis extrema & multigena varietate insignita & cōdita offeruntur. Quā tñ varietatē facilius tolerāt homines si recto ordine ingerātur: nā quę tenuia sunt, vt quę facilis superētur, p̄cire debent, eo quod antequā crassa ali quid perperiātur, locū adeūt inferiore, in quo facilis coquuntur, vt quę sempr̄ parata iā sunt à ventris superiori parte. In qua re cōsilium etiā est, vna die in hebdomada ex toto cibū auferre: vt si quid ex varietate aut p̄postero ciborū ordine crudum superest, ea die cōficiatur cōteraturq;. Quibus legibus adscruatis, euidentissimum est vires augeri, nedum seruari ac refici.

Moāus itē substatię corporis & eius natura cōside rāda etiā est advictū sanorū instituēdū: forma verō seu substatię alimenti, proportione & similitudine substatię corporis alēdi simillima sit. Quippe puero rū, fœminarū & eorū, quorū natura adeō est tenuis & delicatissimę substatię corpora, crassis cibis nutritio nis inutilia existūt, & p̄ter id quod vires minūt, carnes quoq; & earū firmitudinē deiiciūt. Itē inspi cere oportet qualitatē, quā tēperamento corporis aut principalū mēbrorū ē directo respōdeat, si sanā sint, sī aliter parū ad cōtrariū lapsū vergētia,

Institutionum Medicinalium

ne intemperātia ad morbosam facilē mutetur. Considerare insuper oportet ad virium tutelā sanis hominibus alimentorū vsu cōparandā, corporis etiā circūstantias quasdā, cuius naturæ est ætas, iuxta il Iud. Hipp. Qui crescūt plurimo eget alimēto. Senes facillimē iejuniū tolerat. Itē regionē & anni tēpus, vt cōsuluerat idē author dicens: Vētres hyeme & vere copiosiora exposcere alimēta, cōstata & autūno cibos ferre difficulter. Præterea consuetudinē, quæ maioris solet esse monēti, vt suo loco latiūs leges.

Vltimō tamē morbū, quo cōrpus afficitur, cōsiderabis, in quo tria expendēda fese tibi offerūt: primū mōrb⁹, qua solū quid p̄tēter naturā est: quo tēpore tantū expostulat vīctu vt medicamentū: à quo nō minus indicatur, quā quoduis aliud auxiliū sibi cōtrariū, vt Gal. est mēs, statuētis duobus modis p̄dēse, quātitate nimirū & qualitate. Quātitatē enim vt præsidiū cōsiderat dicens: Quibus virtus valida færit, cū humoris corruptione vel defectu, multū aliamenti & multo iens porrigeret oportet: quia multis indiget affectio, vt quæ in defectu cōsistit: quippe inanitionē curat repletio. Itē humoribus corruptis subuenit alimentorū qualitas, siquidē inquit idē author, alimentū indicari à corruptione, quod per misiōnē fiat at tēperamētū, etiā iuuāte alimēti substātia: p̄tēterquā qđ nihil incōuenit, alimēti qualitatē, qualitati causę morbisicę aut ipsi morbo esse cōtraria. Secūdū euā qđ morbus p̄bet cōsiderādū est, p̄ propriū ipsius morbi gen⁹: quippe si in inanitione sitū fuerit, vt nuper dixerā, refectione curatur prorsus, nulla alia p̄missa neq; p̄habita cōsideratione.

**De labo
rantium
vīctu.** Vltimō morbi speciē cōsiderabis, in qua hoc tibi p̄tē oculis habeto, nunirū qualē in virībus efficiat quævis morborū species seu differētia iacturā, quē mo-

modū ipsis ponat, qualē dispositionē præsentē aut futurā. Nāq; victus nō vt medicamētū, sicut nuper diximus, sed vt alimētū, iuxta prædictarū viriū tenore aut dispositionē præsentē aut imminētē institutus est. In cuius rei enodatione (quæ præcipua est huius institutionis pars) quinq; in alimēto sunt consideranda, iuxta quinq; dispositionū differētias, quas frequētiū & cōmuniū viribus accidere in morbis, facta collatione virtutis ad morbū, cōperimus. Nā talis futura est viriū custodia cum victu, qualis fuit earū modus à vi morbi cōtractus. Quo fit vt in victu, gratia custodiēdi vires cōsideremus eius formā, quātitatē, qualitatē, vtēdi modū, & exhibēdi opportunity, quorū seorsū meminisse erit necessū.

Cūm dictum aīte à sit, victū laboratibus debere institui iuxta modū quē viribus imponit morbus, & in eisdē ratione & experimēto cōpertum sit reperi ri varios imbecillitatis modos à morbi vi effectos, ob id cā victus formā, quātitatē & qualitatē eligē das fore arbitror, quibus securiūs vires custodiāmus. Quo fit, vt forma, quæ ē directo tenori, modo & substatię viriū seruandarū correspōdet, nil aliud designet quā eā victus rationē, qua vires citra quā titatis considerationē cōseruantur iuxta diuersam victus laborantiū rationē. Quā sane Gal. diuiserat in crassā, tenuē & simetrā: & adhuc clariūs Hipp. in ea quē comedūtur, quē sorbētur, & quē potātur. Ceterū victus tenuis quatuor gradus statuerat loco citato Gal. diuidens in tenuissimū exactē, tenuissimū absolutē: tenuē exactē, & tenuē absolutē: quorū quilibet alteri morborum speciei & sorti respōdet, quia sic in vnaquaq; morbi specie disponuntur vires, quōd op̄ sit necessariō eā victus formā ex quatuor memoratis ynicuiq; præbere, qua vires tutō

*Viictus
formā.*

1. Aph. 4:

*Lib. de ve
teri med.*

C 5 adfer-

Institutionum Medicinalium

adseruētur. Siquidē victus ex modo virtutis desumitur, quē proculdubio diuersum efficit nō morbi cōditio solū, nō tēpus, nō naturæ ipsius actio in materia morbisicā, sed tantū accidentiū morbi sequitia & immanitas. Quippe acutorū morborū quatuor sunt constitutiones, seu status distātiae, differētiae ac modi: quorū primus est peracutus exactè, ad quartū diē vt plurimū se extēdens, & nullā habet à principio ad statū maiore distantia. Secundus est peracutus ab solutè, ad septimum porrectus: itē acutus exactè ad vndeclimū extēsus. Ultimus est acutorum simpliciter, quatuordecim diebus terminatus, ni velis acutum ex decidēt lapari ratione, cum eo cōiungere, qui ad vigesimum sese solet protrahere. In ordine ad quos status terminos, seu ad quas morborum constitutiones, oportebit eum victum ex quatuor numeratis porrigere, quo securiū ad statum peruenire possit: laboras, ac perferre morbi durationē & accidentia, iuxta illud Hipp. Coniectari autē oportet: quā sententia de acutis & diuturnis pariter intelligit, in quibus nō parua est differētia: nā sicut in sanis vires perpetuò adaugere intēdimus, ita prorsus in morbis diuturnis integras adseruare quales accepimus: at in acuris, adseruare quidē, ceterū parū diminutas, quātū videlicet ad statū vsq; & donec morbus iudicetur, diu are possint. Quibus sic cōstitutis, statuendū est, victus formā sumendā esse à morbi ipsius cōstitutione, seu à distātia status, & ab ægrotatīs rebo
1.aph.12 re, vt Gal. statuerat: Nā licet victus institutio à viribus tantū debeat sumi, morborū tamē cōstitutiones expedir cōsiderare, quia vt variæ sunt, ita variē disponūt virtutē, in ordine ad cuius dispositionē illarā à morbo, victus quoq; modificari ac institui deberet. In qua re sciendū est, per vires non solūm intelligē das.

das esse, quas per pulsum & reliqua signa præsentes intuemur, sed quales futuras speramus ex vi morbi aut materiae tenuitate vel accidentiū sequitia. Ad quæ omnia respicere tenetur cordatus Medicus invictus institutione, si velit ad statū vsq; eas adscrivare.

Nomine autē cōstitutionis, nō solū l.cet intellige re distantia seu tēpus à principio ad statū, sed dispositionē morbi quoad symptomata: quia tunc solūm mōstratur morbū fare breue aut diuturnū: qua con sideratione accepto, non circumscribitur forma vi etus, sed solū quantitas. In qua re cōsiderandum est, qualis naturæ status accipi debeat, vt in ordine ad illum viētū instituamus: siquidē status nomine, tria intelligit Gal. crisim videlicet, terminū, & statū: sed prætermisisse termino & crisi, coniçere oportet solū statū, prout dicit vchemētissimā partē & sumū morbi vigorem. Quē rursus diuisit Hipp. & post ipsum rat. viet, Gal. in statū quoad coctionē, & quoad dispositiō de cris. nē affectus, & vltimō in statū quoad accidētia. Qui & totius bus præmissis, statuendum est formā viētus metiē mor. tē. dā esse, solū habito respectu ad statū quoad accidentia, quia huius status natura & distantia potissimē modum virtuti ponit, in ordine ad quem viētus forma instituenda est: iux:a illud Hipp. Vbi i. Aph. 5 morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extremē tenuissimo viētu vtendū est, vbi vero nō, sed pleniorē viētū cōtingit adhibere, tantū cibī indulgedū est, quātū morb⁹ extremis est mollior. Quo loco euidētissimē cōstat ex cōstitutionemobi cū accidentibus metiēdam esse viētus formam. Itaq; si statim aut post succrescat status quoad accidentia, iuxta cuiusque morbi numeratam constitutionem metiemur formam, præcauentes virturis casum ex accidentium superuenientium sequitia, & prout hæc

Institutionum Medicinalium

**hæc accidentia mox, hoc est intra primū quaternā-
riū, aut post, ad quatuordecimū diē superuenerunt,**
coniectantes quandiu passua sit natura à prædi-
ctis accidētibus, & quantum ab iſis conteratur, ea
victus forma tenuis vel crassa est insituateda, cū qua
vires securiū custodiātur, donec morbus iudicetur

Verūm quia status quoad accidentia tribus
morbi temporibus haberi potest, sciendum est an
aliquid euarerit à debita victus forma in uno magis
quam in alio. Huius doctrinę primus author fuit
Hipp. qui in hunc modum probat. Sunt modi, & cō-
stitutiones, & paroxysmi cuiuslibet harum febriū,
similiter & continuarum intermittentium. Statim
enim continua est, quibus incipit, floret, & viget
maxime, & ad difficilius ducit, circa crisim vero &
simul in crisi imminuitur. Sunt quæ incipiunt leui-
ter & submissin, subincrescent vero & exacerbantur
secundūm singulos dies, circa crisim vero & si-
mul in crisi abunde lucent. Sunt quæ incipiunt leui-
ter, augmentur vero & exacerbantur ad certum augē-
tes terminum: rursus remittunt ad crism vsquè, &
circa crism. Accidunt hæc & fiunt in omni febri,
& in omni morbo: & subiungit statim: Oportet ex
horum consideratione offerre victum. Ex quibus
verbis constat, triplicem esse quoad symptomata sta-
tū, in principio nimirum, in augimento, & in statu.
Ratio huius varietatis est in triplici cause diuersita-
te sita, nimirum ab humorum multitudine & crudi-
tate, vt contingit in principijs omnium morborū,
præsertim in pleuriide, peripneumonia, & in omni
inflammatione partium internarum, quæ ad motum
à natura ordinatæ sunt. Quo sit ut incipiente ma-
lo, & materia existente cruda, dolores & labores lo-
ge grauiores sint: ita vt iure optimo dixisse Hipp.
conf-

Lib. I. po-
pu. p. 3.
tex. zo.

Li. de rat.
vic.

constet: Dolores pleuriticorum confessim sponte desinunt, vbi quid effatu dignum, tum expui, tum expurgari cœperit. Sic profectò dictum est à Gale. Li. 3. de cris. c 9. in principijs accessionum e grum mori contingere, ob multitudinem materiæ, aut crassitatem, vel inflammationem. Et ob id dixit Hipp. dum os madescit in pleuritide, sorbitiois quantitatem adaugendā esse. Sunt & alij quorum symptomata in initijs morborū debilia sunt: & patua, augentur tamen in crisi, & iuxta crism, duni maximè coctiones sunt cum grauis- simis accidentibus: quæ duabus de causis tunc maxime eluent, ob materiæ numerum putredinem, & ob maximum certamen naturæ cum morbo, iuxta illud Hippo. Dum pus cōficitur. Ex quo sit, vt acciden- tia prodeant eo tempore à morbo, à natura, & ab utroquè simul, necnon ab humorum plenitudi- ne, per eorum raritatem & spumificationē facta. Ter- tio verò & ultimò, intermedio tempore, in augmen- to numeri, grauissima symptomata accidere solent, & statum accidentium constituant, commotionis humorum causa, quæ à vi morbi eo tempore fit, si- cut quæ in principio à sola causa, & quæ in statu, à causa & morbo & virtute: ceterum in hoc tertio sta- tu accidentia prope crism imminuuntur. Quibus constat, differentiam hanc status, circumscribet et dif- ferentiam in victus administratione, tenuē aut cras- sam iuxta morbi constitutionē: quantitatē verò mutandam fore, prius status, mox aut post futurus est: forma verò eadem sercanda.

His suppositis, vt diluantar controversiae quæ ex varijs authorum locis subordinantur, & vt etiam sepa- remus quantitatris victus indicationem ab indica- tione formæ, statuēdum est eius formæ victus, quā morbi constitutione habitu respectuad statum quoad acci-

Institutionum Medicinalium

accidentia, circumscribit (siue tenuis sit, siue tenuissima absolutè aut exquisitè) maiorem copiam porrígendam esse in principio quam in statu: & in ipso & parū ante illucib[us] subtrahēdus est, dummodo accidentia nō sint in principio, nā tunc immixuēda est quantitas, haud secūs quam dum succrescunt in augimento & in statu. Quam quoque doctrinam intellegere oportet de quouis morbo, quatenus ad quantitatem viētus attinet: nam prūs, inquit Hipp. vberius est agendum, ut æger sufficiat usque ad statum peruenire. Deniq[ue] quo citius suurus est statu, eo minorem copiā cibi circumscripti porrigitur tenetur: quo verò posterius, eo maiorem, ut æger sufficiat: seruata tamen eādem viētus forma à principio ad finem. Nam ut quiuis morbus suam circumscribit viētus formā, ita morbi tempora eius metiuntur quantitatem.

Præterea in omnibus his tribus statibus quoad accidentia, conferendum est virtutis robur cum vi & efficacia accidentium præsentium & futurorum: nam quo morbus plus virget, & facultas minus lapsa est, tenuorem viētum licet instituere: quod si facultas labatur, vberius oportet porrigitur, donec accidentia superueniant, & eo tempore quantitem imminuere. Itaque iuxta gradus virginiae morbi, gradus etiam seu species viētus (ex his quas memorauimus) metiri possunt: quia h[ic] morbi virginia est quæ efficacia accidentium modum ponit virtuti: nam maximē, multum & mediocre aut parum virgere poterit. Et sic pro virginiae gradu adhibere possuntis pocula, tenues sorbitiones aut crassas: hoc tamen uno in omnibus adseruato, quod virtutis virginia semper expostulat eū viētum, cū quo facilius possit refici iuxta gradus virginiae: itayt quo plus virget

vrget, citius & magis resici expostulat, seruata ea vi-
ctus forma, quam à principio circumscripserat mor-
bi constitutio. Quo fit, vt aliquando crassas sorbitio-
nes, aliquando tenues, & nonnuquam pocula desí-
deret morbi constitutio: verùm huius aut illius ma-
iorem aut minorem copiam, pro maiori aut minori
virij iactura: nimurū in minori, quia minus vrget ob-
minus dispendiū, parum: & in maiorī plus, quia ma-
gis vrget. Hęc tamen est differentia inter morbum
& virtutē, quod vbi maior est morbi vrgentia & se-
quuntia, minor alimēti copia & tenuior est adhibēda:
vbi vberō minor sit eius vrgētia liberaliū tractari de-
siderat, & sic de medio statu res æqua lance est pen-
sitanda.

Verùm quia dixeram superiū, candem victus for-
mam seruandam esse à primo morbi insultu ad in-
clinationem vsque, veritatem huius rei probare pla-
cuit sententia quadam Hippocra. quæ se habet in Li. 2. de
hunc modum. Coniçere autem oportet & robur, & rat. vict.
cuiusque morbi speciem: hominis item naturam, at-
que ægrotantis in victu consuetudinem, non in ci-
bis solūm, verùm etiam in potionibus: per quę ver-
ba Gale. in commento intelligit non esse mutandam
victus speciem, ni morbi etiam species permuteatur.
Nam si pro quacunque morbi specie vna extat vi-
ctus forma, perperam Medici ignorantes huius sen-
tentiae rationem, in principijs crassiorem, & vi-
genter morbo tenuorem victum porrigunt: siquidem
tenuis à crasso specie suo modo differt: morbus
autē in quo id efficiunt non differt à se ipso, dum
crescit aut viget. Quapropter si nec morbus specie
mutat suorū téporum varietate, nec victus forma
mutada erit per omne tépus morbi. Decepit eos pro-
fectò Hipp. dixisse: Quando morbus in iuno vigore
con-

Institutionum Medicinalium

constiterit, tunc victu tenuissimo vt i oportet, credentes in principijs esse crassiores victum porrigitur. Verum si quis diligenter euoluat huius auctoris mentem, præfatā sententiā solū de quantitate imminuenda in statu subaudiendā esse reperiet, nō deformata: siquidem in accessionibus etiam à cibo abstinentia esse consultit, & in statu & parum ante illum, cibum omnino esse subtrahendum. Quibus locis evidentissimè constat de quantitate loquutu fuisse: siquidem cibum subtrahere, non est tenuorem præbere, sed vniuersam eius quantitatē aut minuere aut auferre. Nec obstat, quod virtus non seruat eundem modum aut tenorem per omne tempus morbi, sed variatur pro accidentiū cuiusque temporis natura & varietate: qua ratione videbatur non oportere adseruare vnam & eandem victus formā, sed eam esse inutadā ad virtutis mutationem. Cui rationi dicendum est, satis esse ad virtutis varietatem quantitatē variare, pro accidentium magnitudine aut paruitate, vt antea dixeram de statu quoad accidentia. Quibus consideratis, non solū respiciimus vires praetentes, sed futuras quoquē, iuxta illud Hipp. Coniectari autem oportet, an æger cum eo victu sufficiat perdurare. &c. Nec valet insuper ratio, nimurum tenuem victus formam suppleri crassiori in minori quantitate præstata, aut crassam tenuiori in maiori copia: licet verum sit crassiores aliquo modo victus formam porrigidam esse, quām morbi constitutio expostulet, ob errata quæ solent accidere. Quia vt docuerat Hipp. melius hæc tolerantur ab eo qui vsus fuit paulo pleniori, quām è contra. Dixerat enim ægros delinquere in tenui victu, hoc est laedi, cum accidentia aut errata succrescant. Cum hoc tamen longè aliter statuendum est.

est in quantitate exhibenda: nam idem author dixerat: Adiectioni ciborum intendendum multo minus, subtrahere s̄pē numero expedit: sic profectō in statu' cibū subtrahere docet: quodverò expressit per verbum, victu tenuissimo vti, hoc est quantitatē minuere, non tenuorem porrigere, siquidem tenuis nequit supplere vicem partuæ quantitatis, vt elegantissimis verbis sic scripsérat Hipp. Quicunq; Lib. de veteri que verò homines existentes in hac affectione (lo- medici. quebatur de febribus & doloribus) siccum cibum assumunt, aut mazam aut panem, etiam si valde modicum, decuplo magis & manifestius lœduntur, quā si sorbitione v̄si essent, ob nullam aliam causam quā edulij fortitudinem ad affectionem. Nec obsteret Gal. sententia, qua hęc refert verba: Quod si nature robori non satis fidamus, ptyfanæ vtemur succo, docēs victum ~~tertium~~ crassiorem in minori quantitate sup plere victum, quia ea parte loquebatur de cura coacta, vbi occasio vrgentissima cogit Medicum leges aliquando euertere, virium seruandarum gratia, nullo habito ad morbum respectu. Quippe euidentissimum est, formam victus solum à morbi constitutio ne indicari: at quantitatē à morbi temporibus, quæ longissimis interuallis inter se dissidere constat.

Cum euidentissimum sit in arte medica, difficultatum esse quantitatē metiri, & longe difficilius mutationem eius (quæ necessaria est iuxta tempora variationum morbi varietatem) iustum efficere, ac scire quā De vict. quantitate. tum cuique morborum tempori sit indulgendum, ob id diligenter quantitatis mensura inuestiganda est: in qua re prīmō monstrare oportet, & necessitatis rationem, & quantitatis mensuram, & utriusquę indicationem. Quantitatis itaque variationem esse necessariam in morbis probant fidissimo euentu,

Dicitur

Institutionum Medicinalium

cùm facultatis varietas, quæ in vno eodemq; morbo visitur, cùm temporum morbi mutationes. Ratione enim consentaneum est, vt minus alimenti eo exhibeamus tempore, cùm laborans magis morbo molestatur, quâni cùm parum aut mediocriter: vacare enim tenetur natura à ciborum confectione, cù symptomatum grauitate & morbi vehementia molestatur. Sic in morborum principijs, cùm ægrotantes yrcumque moderatiūs habeant, plus cibi indulgendum est: apud statum verò, quia symptomata grauia sunt & morbi vehementia maior, nihil esse exhibendum cōstat, vt antea probaueram: at intermedio tempore mediocrem ministrabimus quanti-

Lib. i. de tatem. Nec obſtet Hippo. ſenientia vbi inquit. At rat. viii. Si os madefcat, & quæ à pulmone expuuntur talia

23.

sint qualia eſt oportet, ſorbitonis quantitatē adaugere oportet: & ſubdit: Et quantib major fuerit expurgatio, tanto magis ad iudicationem vſq; dare oportet: nam hæc tententia ſolū intelligitur de morborum temporibus, qui in principio vigēr, quia ex fluxione depēdent. Quippe in alijs, qui poſtea ſunt habituri vigorē, transacto principio, minuere ſemper quātitatem expedit. Ratio varietatis & mutationis est, quia in principio plus indulgen- dū eſt ob accidentia & caſus qui ſuperuenire poſſunt, & vt natura poſſit ſufficere vſq; ad statum: at crescente morbo, minus, ne à coctione diſtrahatur natura: & vigente, longē minus, nè fatigata acciden- tiū & vigoris morbi effacia, magis imbecilliter diſtrahatur que à pugna cum cauila morbiſica, ali- mentis exhibitis. In qua re dirimenda controuersia eſt, an temper morbo incipiente liceat plus cibi for- rigere. Quā difficultatem ſic ſolues. Si corpus nullo alio morboſo apparaſtu coaffeſtū ſit, nulli dubium eſt,

est, quin semper à copioso victu sit incipiendū: cæterū si in prima corporis regione cruditas præsuerit, protinus vtendū est leui pharmaco cruditates evacuaturo, aut victus parsimonia, donec cruditatē aut euacuatā, aut consumptā cōperiamus. Quippe Celsus ob id dixit: initia morborū, primū faniē, sītimq; desiderare. Sic Hippo. Si nuper pasto, & aluo cuiquam oneribus haud quaquā purgato, febris, vel cum dolore, vel sine dolore incepit, à sorbitione tantisper est téperandum, donec cibum ad infernā intestini partē descendisse coniectū sit. Quod clariū adhuc dixit eodē lib. quibus euidēter cōstat veritas huius precepti, nisi vētriculi cruditas vetuerit.

At iustum adæquatamque circumscribere victus quantitatem, vel cuiusvis alterius auxiliij in medicina, tā est difficile, quām esse Medicum. Nam ob id dixerat Hippo. incertam esse coniecturam eorum qui ad quantitatem cautē procedunt: cū hoc tamen veritati erit propinqua, si ex sensu nimirum corporis eam mēsifuerimus: nā quantitas diffculter iudicari potest, nisi in actu ipsius auxiliij. Sic sanguinis educendi copia, impetu ipsius fluentis & mutatione coloris cognoscitur: quantitas humoris purgandi, ex conferentia & tolerantia. Eodem prorsus modo alimenti copiam ex bona corporis tolerantia (nam id appellat Hippocrates corporis sensum) facilemetumur, ita vt nec corpus granet nimio pondere, nec præ inopia marcescat. Indicant iniuper vietus quantitatē consuetudo & morbi vehementia, vt statuerat Hippocrates dicens: Inter initia, nec multam nec crassam dare oportet, sed quantum ob consuetudinem, & nē multa fiat vasorum inanitio, ingerere oportet. Cæterū morbi constitutio ab ea quanti consuetudo indica-

Lib. 2. c.

16.

Lib. 1. de

rat. vict.

23.

Tex. 45.

Institutionum Medicinalium

uit quantitate detrahit: ita ut consuetudo maiorem, morbi vero constitutio minorem perpetuo indicet. Hec tamen est differentia, quod consuetudo in morborum initij maiorem obtinet locum: ut si Socrati laboranti victimus formam tenues sorbitiones esse diffinieris, tantum earum offeres inter initia, quantum solidiori cibo bona vtebatur valetudine. Morbus vero potiorem praestat indicationem, & in ea praeualet, nimurum in ciborum ablatione prope statum: proinde eo tempore aduersus consuetudinem detrahendum est quantum status sexutia postulauerit. Sic accessiones particulares ex toto victimum auferunt: item quantitatem augent aut minuant aetates: sic aestate, & autumno longe minus exhibendum, & plus hyeme & vere; & pari mensura subaudiendum est de regionibus. Eodem modo col-

L. i. aph.

17.

latio inter morbum & virtutem, mensuram alimenti circumscribit: nam quibus virtus debilis fuerit cum humorum corruptione vel defectu, parum & scepere licet præbere, & si valida fuerit, multum & scepere, quia facultas & morbus id simul exoptant.

In cuius rei consideratione sese offert controversia dirimenda: nam cum iustam metiri alimenti quantitatem sit perdifficile, conjectabile est, si deflectendum sit ad aliquid extremorum, quale sit maius peccatum, deuiare ad latus parsimoniae, aut ad uberiorem victimum quam par sit.

Lib. 2. de

34.

In qua re primo diluere repugnantiam oportet, quæ inter loca quedam Hippocrat. prima facie appet. vict. parer. Inquit enim: A diectioni ciborum intendendum multo minus, subtrahere vero sèpenumero expedit. Præterea inquit: In tenui victu ægri delinquant, quo sit ut magis lædantur. Quæ loca si quis diligenter

diligenter examineret, reperiet, nihil contrarium proferre: nam in primo loco loquebatur de quantitate ciborum: secundo vero de forma, ita ut satius sit ad latus minoris quantitatis alimenti accedere, quam majoris: verum quoad formam satius est crassiorum victum porrigerere, propter errata quae possunt accidere, quam tenuiorem: quia errata magis laedunt laborantes tenuiori victu usos. Prætereat statuendum est, longe grauius esse tenuius cibare in initio morborum, quam aliquantulum uberiorum: sicut in statu longe grauius plus præbere quam minus. Quod Hippocrate dixerat his verbis: Cum inter initia minus quam iustum est offerimus, virtutem imbecilliores reddimus, ita ut apud morbi statum omnimodam sustinere inediem non possint. Quibus constat, grauius esse peccatum in principio minus præbere quam par sit, & grauius in statu plus quam oporteat.

Libr. 1.
aph. 5.

Li. 2. de
ra. viet.

Libr. 1.
aph.

Nulla profecto victus conditio, nulla ratio, nullus eius modus ad plura sepe extendit præstante qualitate beneficia, quam victus qualitas: quippe haec sorte. Ia & morbum propellere nata existit, & virtutem custodire. Qua ratione ductus Hippocrate dixit victum humidum febricitantibus omnibus conuenire: ut ostenderet quantum possit alimenti qualitas in propellendis febribus, quarum terminus est corpus siccitate minuere: & addit: Præsertim pueris, & his qui tali victu viti consueverunt, ut ostenderet præcipuam qualitatis victus indicationem esse naturam ingenitam, seu consuetudine acquisitam tueri & conferuare. In qua re nomine affectus causam etiam subaudire oportet: & naturæ nomine ægrotantis ætatem, consuetudinem, regionem, anni tem-

D 3 pus,

Institutionum Medicinalium

pus, & cœli statum: quæ profectò si temperatæ sunt, similia ut natura ipsa exposcunt alimenta: si verò intemperata, contraria. Cuius rei gratia premittere oportet, quod vbi status cœli & regio intemperata sunt, contraria semper indicant: ætas verò & natura, et si intemperata sunt, non absoluunt indicant contraria, sed mediante consuetudine: vbi verò prædicta temperata sunt, similia indicant, siue valcent homines, siue ægrotent: vbi verò in unum conueniunt, facilis erit victus investigatio: verum vbi dissona sunt, quæ maiora dignioraque sunt preferri debent. Quippe consuetudinis indicatio potestate dignior est indicatione temperamenti & ætatis, eo quod si quispiam siccus sit ex proprio tempore, ætate consistens, humido affuctus victus, sic cum ei dabis ratione tempore, ætatis. Cæterum cum hoc consuetudinem magis seruare teneris, iuxta Hippocratis sententiam: Cibos quibus vti consueuerunt (inquit) facile ferunt: tamen si natura haud quaquam boni fuerint, & similiter potus: cibos verò quibus vti non consueuerunt, et si mali non fuerint, molestè ferunt: repentina enim à consuetudine digressio non parum offendit. Ex quibus manifestè constat, indicationem ad vietus qualitatem instituendam ex ipsis debere sumi, nimurum à morbo, consuetudine, & corporis temperie, quia varie ab aere alterari potest: nam regio, anni tempus, cœli, status de se nihil habent indicare nisi quatenus corpus afficere possunt. Itaque id solum iuste conuenit, ad quod extremum alteratum sit corpus, & an parum aut multum à naturali recesserit temperie. Quippe inquit Galenus, de consuetudine quæ cum reliquis conferenda est: Videlicet

9. Meth.

detur non sicut alia quædam exiguum leuemque, sed planè maximam, maximèque principalem potestatem habere consuetudinem: & paulò inferius inquit: In hoc quoque pars hæc quæ de victus qualitate agit, ab ea medicæ artis parte quæ singularum aut simplicium partium morbos curat, differt, quod hæc quantitatem recessus à naturali temperie nosse desiderat, ut equali contraria gradu applicet remedia: illa vero solùm quærerit, versus quam qualitatem intemperatum sit corpus, & an multum aut parum recesserit. His suppositis statuendum est, quod si morbus, consuetudo, & corporis temperies, hoc vel illo modo ab aere alterata in unum descendant, statim exhibendum est quod simul indicauerint. Constat tamen posse contraindicare affectum, & consuetudinem solùm: quippe naturale temperamentum semper cum affectu in indicatione qualitatis victus consentit: quia affectus indicat sui ablationem, per quam ad temperamentum pristinum reducitur ægrotans: cui indicationi consentit naturalis hominis temperies. Reliqua huic usui proficua leges latius libr. nostro de recto præsidiorum usu.

Non longè minorem generat incertitudinem **De vitt.** exhibendi victum occasio, quām præbuerit quantitas, quod sita sit in temporis momento. Quippe tempus est in quo occasio est, & occasio in qua tempus non nullum: cuni hoc tamen conjectura quæ de occasione haberi potest, certioribus procedit indicijs. Quapropter ad tandem vietus occasionem, tria nos veluti manu D 4 ducunt,

Institutionum Medicinalium

ducunt, consuetudo nimirum, tolerantia, & morbi temporis conditio seu differentia: quæ omnia consideranda sunt in omnibus morbis. Nam continuæ febres duo in victus occasione sibi exposulant: primum, id tempus eligere, quo laborans dum valuit, assuevit alimentum eligere: secundum, id quo facilius quam in cæteris morbum tolereret. Quod si ambo simul concurrant, id procul dubio eligere opus erit: verum si inter se dissident facetas tolerandi & consuetudo, quia eo tempore quo natura erat assueta, alimentum tolerare nequit, quia febris vellementia, tunc vigens id interdicit, eo tempore si facilior tolerantia manifesta non detur, à sola consuetudine in continentibus febribus tempus nutriendi idoneum sumendum est. Quippe in his morbis nulla ad id temporum ratio habenda est, vt Li. de op. aduertit Galenus, dicens: Non enim tempus proti. sec. ad positum faciens Hippocrates hanc victus rationem instituit, verum à tempore facultatem mensus est, à facultatis mensura cibi qualitatem accepit. Et paulò inferius subdit: Coniectandum enim an æger duraturus sit: plerumque enim tempora quod à facultate requiritur interuerunt, & ne accipiatur, impediunt, nunquam autem quid faciendum sit docent. Quibus constat posse tempora ob dispositionem naturæ quam efficiunt, qualitatem & quantitatem cibi metiri, vt anteā dictum est de quantitate maiori in principio, & minori in statu: cæterum occasionem non docent. Quod sanè in interpolatis affectibus longè aliter se habet: quippe in his nec consuetudo, & forsan nec tolerantia quicquam indicant, sed solùm temporum seu accessionum natura, quæ

quæ morborum statui semper assimilantur. Nam
ob id dixerat Hippo. In accessionibus à cibo absti- Libr. I.
nere oportet: & rursus, His qui per circuitus acces- aph. XI.
siones habent, nihil dare oportet: prohibent enim & 19.
viectum initia, incrementa, & status accessionum.
Quamobrem inchoante inclinatione, si aliam ve-
reamur superuenturam accessionem, vel in inter-
vallo facilius egri tolerant cibum, quantumuis eo
non fuerint his oris assueti. Quod expressis ver-
bis dixerat Hippoc. nam si pedes frigidi fuerint,
non à sorbitonibus modo, verum quoque maxi-
mè à potu temperandum. Quod etiam dixerat ali- Li. I. de
bi per eadem ferè verba: Cum pedes frigidi fue- rat. vic.
rint, venter de necessitate calet, fastiditque cibum, 4.6.
intenditur hypochondrium, iactatur propter inter-
nam turbationem corpus, mens fixa non est, dolet Li. 4. de
æger, lacinatur vellicaturq; & vomere affectat. rat. vic.
Itaque inquit: Frigentibus ergo pedibus, nec potū, 3.9.
nec sorbitonem, nec aliud quidpiam huicmodi
dabis: frigiditas siquidem pedum febris accessione
signum est: quo tempore si quid porrugas, maxime
prorsus peccabis, nempe morbum non parum au-
gebis. Opportunissimum igitur, inquit Hippocat.
locis citatis, exhibendi viectum tempus fuerit, cum
caliditas ad pedes descenderit, viscera iam dese-
rens. Et alibi inquit: In declinatione accessionis
dare oportet, non eam statim viectus formani quam
egrotanti diffinieris exhibere: ut si sorbitonibus
ægrotantem alere decreueris, satis sit si potiuncula
inchoante inclinatione ministraueris, postmo
dum, aut febre cessante, si huius fuerit naturæ, aut
manifeste remittente, sorbitonem exhibeto. Quod
profetò dixerat, ne ab unius diei inedia ad cras-
fuscum cibum mutatione subita lœdatur ægro-

Dstantis

Institutionum Medicinalium

tantis natura. Curantes semper, vt quām longissimē à præcedētis accessionis incremēto & sequentis principio recedamus. Insuper cōsidciare in hac
**Li. 4. de
rat . vic.** re oportet quod Gal. considerat, nimirū in diuturnis morbis posteriorē declinationis partē expectare, quōd satis ampliū suppediterur spatium, ob accessionis raritatē: in acutis vero, ob earū frequētiam remissionem sufficere. Verū dum accessionis
Li. 1. 13. alteram excipit, pensitare tunc diligenter oportet,
34.&.15. an maiora obtineat accidētia in declinatione ipsa, quām accessionis principium: quo tempore elige-re id tempus oportet, quo mitiora fuerint acciden-tia, ni nos nimia laborantis imbecillitas cōpulerit
Libr. II. anteā cibum porrigere, vt Galen. optimē admō-nuit dicens: Itaque cauere oportet utrumque ma-lum, sed principium maximē, præsertim si in cor-pore vel phlegmone, vel redundantia fuerit: hac enim occasione cauenda est ante accessionem ci-batio, seu res maximē noxia. Secus quidem res se-habet, cū ob retentionem mordentis halitus ali-quis febricitat, aut in corporibus quæ calida & sicca sunt natura, & gracili cōstant habitu: quo sit, vt iij qui inchoante horrore per cutim corporis ab acri excremento mordentes feruntur fumi, cibi & potionis dulci halitu mitiores reddantur, & calor febrilis inhibetur: & ob id Gal. durāte horrore ci-bum cōcedit, minimē tamen cū iam calorem fe-brilem concipiunt. Et ob hanc rationem, homi-nibus in quibus corporis intemperies ad calidum & siccum conuersa febres accedit, præsertim vbi vel Solis feroꝝ vel fatigatio, labor, inedia, vi-gilia, tristitia, solicitude, aliaque huius generis præ-cesserint, quæ corpus exsiccant, & ceteris coniun-cta acrimoniam intendunt, simul etiam vires dei-jant.

Cūt, ijs inquā, vt primum horrescere & febricitare cōperint, alimentum protinus præbere teneris: in nullo namque scalido affectu conumodè finitur accessio, prius quām illi ex viēta humectatio accesserit.

Cūm non solū opus sit, quid conueniat morbosis affectionibus nosse, sed quid etiam natura Utendi ferre possit, maxima opus est pridēntia, ne plus modus. aut minus vel aliter naturæ tribuas aliamenti vel cuiusvis alterius auxiliij, quām ipsa exigat, aut permittat curandi ratio. Coniectandum quidem est, quod vbi ipsa valida existit, audacter præstare possumus quæ curatio præscribet: vbi verò vires labuntur, illis potissimum succurrendū est: at si nec planè debiles, nec firmæ omnino fuerint, sed per miserint cum quadam moderatione fieri quæ diat curandi ratio, ita moderari rem oportet, ut nec morbum, nec virtutem contempisse videatur. Hoc dixerim, vt constet quanti momenti sit ad modum viētus instituendum, (modum enim appello, an repetitis vicibus, an semel & confertim debeat exhiberi) nosse ad inuicem conferre viriū tenorem cum morbi & causarum eius modis ac differentijs: quod sanè opus docuerat Hippocrat. dicens: Et quibus semel aut bis oporteat offerre alimenta, considerandum. Quo loco Galen. plures scribit cōbinationes morborum cum viribus, aphor. 17 in quibus morbus & virtus idem videntur indicare, aut contrarium: verū ex vtriūsq; indicatio- ne & conferentia vñica tantūm resultat viētus ratio. Quod exemplis probat Galenus loco nuper citato, dicens: Quibus virtus valida fuerit, cum humorum corruptione vel defectu, multotiens & multum cibi adhibere conuenit: namq; multitudo & fre-

Institutionum Medicinalium

& frequentia ab utrisque simul exquiritur : quia & multis indiget affectus, siquidem humorum defectus aut corruptio id expostulant, & multa poterit sustinere virtus.

D E O M N I V M P O- tionum recto vſu

INSTITUTIO II.



V M enidenti demonstratione constet , viuentium omnium corpora assiduo quodam(quod vitari non potest) substantiae nostrae effluvio quotidie dissipari & contabescere, oportet si diu valere debent, clementiorum substantias & qualitates ex quibus constat, in eadem temperie perpetuò adseruari, ac sicut cibo quod calidum sic cum quo in nobis est, resarcitur, ita potu frigidum humidumque restaurare necessum fuit . Tanti enim est potus vſus, quod tertiam nostram alimenti ac vitæ partem contineat: quippe humectationem corporis substantificam & qualitatiuam proculdubio præstat: qualitatuum quidem dum intus aut extra adhibetur substantificam vero dum cibis admisce-

Li. 4. de tur. Quod etiam de aqua subaudire oportet, quantum Galen. decreto videatur aduersum, quia so &. 4. a- lūm intelligit aquā per se solam, de qua dixit, nec pho. 13. epotam, nec extrinsecus occursantem natura aptā esse solidas corporis partes humectare. Probat nostram veritatem euentus, & modus etiam quem seruat

uat natura in excitanda siti naturali, in cuius ministerio eandem seruat legem ac in fame, suntque eius pariter differentiae duæ, animalis nimirum & naturalis. Quamobré prouidit natura duplices membris ad humidum esse appetitus: quorum alter esset ad potum, & alter ad cibum: quia vita prima est calidi in humido participatio, reliqua verò à principio obtinuerunt, ita ut solo egeat ad durationem humido p̄trigui calidi pabulum, quod fame & siti expetitur: humidum enim roridum, dum calore dissipatur, veram naturalemq; sitim excitat, in subsidium predictæ humiditatis quam reficeret tenetur, haud secus quam fames substâtificam. Præter quæ beneficia confert potus alimentis deferendis & conſiendis, ac sitim etiam compescit, ut latius explicabo, si priùs dixero vniuersam rei rationem tribus capitibus omnino complecti, iuxta tres potus partitiones: nam potus quidam est siti naturali & vsui cibariorum proficuus: quidam siti præter naturam: alius morbis ex vsu existit, quorū seorsum meminisse oportet.

Sitis naturalis dupl̄cem modum seu differentiā comperimus: quarum altera defectu humili roridi suboritur: reliqua verò ex vsu cibariorum resultat, quæ non nisi ab ingesta cibo homines adorit: in cuius subsidium potuum mille sortes adinuenit humana curiositas. Cuius differentiæ ratione diluitur non leuis controuersia: nimirum, si potu quod humidum est resarcitur, cibo quod siccum, quā fieri potest, quod homines nondum naturaliter sitiant, donec cibos sumperint: siquidem facilius consumitur rorida illa humiditas quæ potum expetit, quam siccâ substantia, quæ cibum? Cui dicimus, sitim priuō significato acceptam, plerumque ante famem

*De potu
pro siti
natura-
li.*

Institutionum Medicinalium

Famem & cibum succrescere, quod facilias rorida substantia consumatur: ceterum sitis que ciborum sumptione subhoritur, nusquam ante famem reperi-
Li. de sa tur, sed à cibo ingestu statim inuadere tantam, vt
lu. dieta. oporteat frequenti potu respondere. Quamob- rem fortasse dixit Hippocrat. Quoscumque ve- rò sitis corrupuit, his & cibi & labores detra- hendi sunt, existimans ex ciborum assumptio- ne maiorem succrescere sitim, tantam inquam, quantum præfuit alimentum in cuius subsidium sumitur.

Ceterum quia natura alimenti tempore cogi- tur ad pos us appetentiam, oportuit differere, quo- rum usuum gratia(præter roridæ substantiae re- fectionem) potum exquirat natura. Quod ex- quiritur duabus potissimum rationibus: una ad si- tis que alimento ingesto succrescit, extinc- tiōnē: altera verò cibis ad ventriculum & in ven- triculo proficua est: sic enim duo opera præ- stat, alterum deferendi humidum pingue cras- sumq; per angusta vasa ad membra omnia: sic vri- nalis substantia ex potu suborta id præstat: alterū verò ut permīstionē sua potus remoretur velocē alentis humidi ex calido inflammationem: qua ra- tione aquę potores pinguiores löḡ quiioresq; sunt. Quos usus, si dempto potu demperitis, facile inspi- cies homines in naturalis illius sitis modum inci- dere: quia vis ventriculi appetens potū, nonit usus sitis, & tunc eam mouet, cum potionis usus au- ctus est cibo: tunc verò cessat, cum propter ine- diam non est illis usibus locus, nisi altera sitis suc- crescat, quae defectu roridi humili subhoritur. Al- tera verò potus utilitas, quā expedit natura dū ali- mentū ad ventriculū deuehitur, citra quā nequit alt-

alimenta probè conficere, duplex est: quārum prima cibaria omnia diuersi etiam generis in ventriculo cōmiserit, liquat ac fundit, adeò ut facilius omnia vndiq: coctionem suscepent. Secunda vero chylosam substantiam facilius ad iecur defert, antequam vstitutionem aut aliud vitium contrahat: sunt enim vasa per quē defertur adeò angusta, ut nisi porus subsidio facile permeare non possit chylosa substantia. Quibus etiam alia utilitas succrescit ex potu, nimurum quod nutritura humiditas facilius extrahatur ab alimentis, haud secus quā oleum ab oliuis aquæ beneficio artifices extrahunt.

Vt vsus diuersos exequitur natura potus adimiculō, ita cuique vsui peculiarem exoptat potus differentiam quantitate & tempore. Nam potus pro situ naturali, quē ex humidi roridi defectu prodit, maximi sit & citissimi nutrimenti oportet, & omni tempore exhibitus: sunt huius cēsus stillatij liquores, & succi ex carnibus & piscibus: vinum item & aqua mulsa, ceterum in maiori quantitate quam postulet cōsuetudo, quo facilius & citius natura reficiatur, nisi summe languida sit, ita vt desideret paruam copiam, sed frequentius exhibitat.

Potus vero distributioni nutrituræ substanzæ debitus, quinis citra delectum eligi potest, dummodo admistam habeat tenuem perineanremque facultatem, vt cinnamomum, anisum, fœniculum, mel, vinum & aromata omnia. Quos potus exoptant corpora quæ angustos habent iecoris & venosi generis meatus, in quis largum potum vitare oportet, quod parvūnam habeant corporis dissipationem, ne ob id viscera

Institutionum Medicinalium

viscera fluctuant, & coctionem remorentur, aut ante tempus distribuant. Potus autem qui gratia prohibendi vstitutionem adhibetur in calidis & biliosis corporibus, & dum alimenta sunt tenuia, ex aqua sit oportet, aut ex dilutissimo vino, vel hordei decocto: ac si calore contabescunt corpora, medicatus sit ac frigidus, quo velocis dissipationis causa compescatur refrigereturq;: in sanis vero corporibus sat est frigidæ potum porrigitere.

Verum si potu vtaris pro alimentis quæ adhuc in ventre morantur (quem permistuum Medici appellant) consuetudinem in quantitate, qualitate & tempore obseruabis: nam quatenus ad deferendum & perniiscendum alimentum attinet, cuiusuis naturæ sit, utilis erit, siue aqua, siue vinum sit, hoc uno adferuato, quod quantum potus pro alimentorum insueta copia, etiam maior sit: nam qui copiosum sumit alimentum, copiose quoque bibat oportet: tempus autem sit consuetum: ceterum non probo iam ingestu cibo sumere, sed simul in eadē mensa cum ipsis cibarijs.

Delatiuus vero potus nullam, quatenus ad hunc usum pertinet, differentiam obtinet: unum tamen habet proprium, ut his rebus teneatur constare, quibus facile angustas corporis vias permeet. Quapropter cinnamonum, corticem citri, anisum & huius naturæ alia incoquere oportet, ut antea dixeram: ceterum hic potus, non sicut illi, cum alimentis ingerendus est, sed post integrum atque perfectum in ventriculo coctionem: quia si antea adhibueris, crudos cibos à ventriculo extrahes: quem in maiori copia exhibebis, quod solum distributionis beneficio adhibeatur.

Verum dum nutrituram humiditatem ab ali-
mentis

mentis extrahere nitimus, calidum potum porrige-re oportet. Quapropter his ventriculis ex vsu est, qui nequeunt ex toto succum ab alimentis extra-here: quo viēris in secunda mensa: & prodest etiā his qui flatuosum habent ventrem & hypochon-dria. Verūm in sanis quo potus fuerint sincerio-res, eo viiliores ventriculo, & gustui gratiōres existunt.

Cūm omnibus euentu quotidiano constet, plu- De cali-
rima à necessarijs orta, ad nimium protinus deue- do et
nire, & potus valetudinis aut gustus gratia, vel fri- frigido
gidos vel calidos frequenti vsu exequamur, opor-tuit utriusque mēsuram & modum præscribere, ne potu.
in dextero vsu mala quæ non raro contigisse coin-
perimus à frigidè potu, inopinatò succrescant, aut
rustico timore perterriti, hoc saluberrimo præsidio
aduersus temporum aestuosa iniuriam homines
priuari contingat. Frigida igitur potio (nam calidā
paulò inferiùs expendam) non mediocre infert de-
se certamen: nam tot passim inuenies sententias,
quot fuerint gustus varietates, quibus nunc obest
aut prodest: nam quisq; prout alterationem à frigi-
dò sentit in ventriculo, ita profert sententiam. Nec
desunt authores, qui utrūque videantur probare:
verūm ut omnis de hac re deleatur controuersia &
authorum varietas, tria obiter disputabo. Primum
an frigida vtria medium sanis corporibus profi-
cua sit: secundum, qua arte frigidam parare opor-
teat: ultimò quibus legibus & conditionibus bibi
possit, vt minus ledat. Prima autem controuersia,
quæ maioris est difficultatis, oritur ex gustus, vel
commodi aut damni diversitate. Hippocr. autem &
Galen de hac re sic scribunt: Frigiditas potus spi-
randi difficultatem, sanguinis fluxiones pulmonis

E vasis

Institutionem Medicinalium

vafis disruptis constrictisq; ob frigiditatem inducit: inualidat etiam cerebrum, fluxiones inde concita, ventriculum imbecillitat, intestina, vesicam neruofque reddit languidos, dentibus stuporem inducit: itaque tanta est huius rei difficultas, ut mirum non sit, si quam partem quis tenere possit minime sciat. Cuius rei enodationem à corporis dispositionibus petere oportet: corpora enim quæ calidum spirant, proculdubio frigidum exposulat & prærequirunt potum: quæ vero frigidum, ad mensuram frigiditatis calidum desiderant, & eo iuuantur quam maximè: qualis enim insurgit bibendi appetitus, talis eligendus est potus, ac talis insurgit, qualis calor est qui in usus alimentum commiscet: & rursus talis calor est, qualis monstrat respirationis conditio, & sic calida frigidum, & frigida

Li. 1. Fen. calidum exoptat. Quo sit ut Auicena in sanis lau-
2. doc. 2. det frigilæ potum his verbis. A qua præterea item
c. 16. peratae quantitas frigida sanis melior est aquis omnibus: quippe ob oris vetriculi corrugationem, appetitum ad cibum excitet, robustioremq; efficiat naturalem calorem, & actiones omnes roboret, & ciborum assitationē impediat, sicut cibi extinguat & per longius tempus. Ultimò quidem frigidis potibus membra nostri corporis diutius persistunt in naturali dispositione, & prohibetur præternaturalis effluxus: tandem spiritus minori dispendio in corpus distribuuntur, & teruidis temporibus robustius superest, & si in vino admista frigida commo-

Li. de die diuīs arcet, ut his verbis dixerat Hippocr. Quosunque verò litis corripuit, his & cibi & labores detrahendi sunt, & vinum bibant aquosum & quamvis frigidissimum. Prætermitto breuitatis gratia innun-
Li. de ci- mera Hippocrat. & Galen. loca: præterquam quod Gal.

Gal. id consulit, non in potibus modò, sed & in fru-
ctibus. Quod si quis legerit Hippoc. & Gal. frigidū Li de Jo.
potum interdicentes, intelligat id esse dictum de
aquis ex niue & glacie stillatis. At verò, inquit,
aque ex glacie & niue sientes, omnes malæ
sunt.

Verùm vt secundam dubitationem absoluamus, necessum est docere, qua refrigerationis arte, & quo modo potus refrigerari commodiū & tumiū possit, cùm id varijs modis fieri compriamur. Primus quidem sit in aquis putealibus: alter dum vas aqua plenum in profundam specum immorgatur: multi pernoctari in altis domus locis aquam finūt: nec desunt, qui agitata phiala aqua plena ipsam refrigerent: sicut alij qui per noctem aquam frigidā super vas spargunt, & pannis poslē à cooperium recondunt: item alijs nitro refrigerant. Sed præter hos modos, qui faciles sunt & non plurimum legendunt, alium adiuenit humana curiositas ex niue, vel adiuncta, vel adhærente, accepium à Neronne Andromachi consilio, qui decoctas aquas primus docuit niue recondi: qui usus tam in potibus, quam in fructibus, plurimum apud Romanos inuuluit. Quem quoque refrigerandi modum his verbis docuit Auicenna loco citato: Quod si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contrahens malam & exitanciam locis in quibus cadit, erit melius ut in ea infrigidetur aqua exercitus, prohibendo ipsam à permissione eius. Verùm adeò his nostris temporibus crevit frigidæ potus luxus, vt ex intemperantia in præcipitum plures ductos fuisse constet, ita ut multi alieno malo perterriti fugiant quæ alioqui essent proficia: sicuti alij plus iusto audaces, ni-

Institutionum Medicinalium

nem ipsam aut glaciem non citra supplicium superbibunt. Quapropter arbitrandum est, auctorum sententias id solum vetusse: nam ex adhæsum nihil mali aquis succrescit, sed tantum impense frigida gustuque suauior redditur: siquidem tantum refrigerari potest, quantum cuique placuerit.

Verum ne quis licentiosius quam par sit, aut rusticō timore perterritus, vel frigidę potu abutatur, aut ipsum fugiat, discat, ne à frigidę potu laedatur, anni temporis conditionem existuantem desiderare, qualis est à medio veris ad mediam aut ultimam autumni partem: quod etiam de regionibus subaudire oportet, & tantum frigiditate augere vel minuere poteris, quantum regio vel tempus postularuerint. Secunda autem lex sumenda est à corporis cui potus porrigitur natura & conditione: quippe Galen. tantum concedit corporibus exercitatis, agricultoribus ac militibus: item arcendi sunt ab his potibus pueri & senes: siquidē quaratione negquit utraque ætas optimè sanguinis missionem sustinere, et adem nec frigidę potum, nisi prudētia id metietis salubri. Supereft igitur, iuvenes, exercitatos ac robustos id posse innocue ferre, reliquos vero cū moderatione. Tertio modū frigidı potus optimè metieris ex ventriculi & viscerum conditione: quippe ex corporibus quedā repertis, mediā adhuc etatē agētia, & bono corporis habitu praedita, quorum viscera & ventriculus adeò sunt imbecilla, ut potū frigidę sustinere nequeat: ac rursus plura alia, quę etsi senectute sint confecta, cū hoc tamē adeò habet viscera robusta & ventris calorē validum, q̄ citra daminū, frigidissimos potus facile ferat, quinimo expostulent, & eis maximē delectentur.

Lib. de ci
bis bo. &
mali suc-
ci.

Quarto

Quātō ea lege tolerabilis & proficuus erit frigidæ potus, si eius frigiditas niuem non æmuletur. quippe eo tempore nullis corporibus est proficuus: Quapropter paulò remissius potū refrigerabis, aut ante tempus sumēdi à niue separabis: non enim omnino gustui est indulgēdū, sed prout quisq; senserit à frigido potu alterari, ipsum temperabit. Dānaue Li. de die rat enim Hipp. impensam potus frigiditatē his verbis. At verò & spiritus, & cibus & potus humiditatē incorpore cōgelant, si excellēter frigida fuerint.

Quintō etiam bibendi modum vtilem parabis & gustui gratissimum, ubi lente & paulatim ingeratur: itaq; is qui palato indulgere cupit, lente bibat, ut quanto superat ventriculi vires potionis frigiditas, tanto os & esophagus lento illo motu, suo calore compescant & attemperent.

Sextiō potus frigidæ quantitatē metiendā esse docet corporis dispositio: nam præter id quod largus potus in sanis sua natura fluctuationem efficit, si frigidus sit, coctionem vitiat, acidum eructare cogit, & ventris robur dejectit: paruam verò quantitatē frigidissimæ adhuc aquę facile succipiat sustinetque venter, & tanquam mulus vībus proficiam auidē amplectitur.

Septimō insuper frigidæ potum faciliter sustinet vētriculus ab assumpto cibo, quam cum ex toto alienis caret: namq; nerua illa & membranosa substantia facilē à frigidæ aquę cōtaetu alteratur corrumpiturq;. Quibus legib; adseruatis, pericula illa quæ quotidie ex frigidæ potu visuntur, facile vitari possunt, aut eis nō seruatis longe maiora perpeti.

Sitis illa non naturalis, quæ citra cibi sumptuose aduenit, duplex existit: una dum per se affe-

De potu

p. sitinō

E 3

etum naturali

Institutionum Medicinalium

Etum constituit, & nulli alteri affectui coniungitur: altera verò dum morbis passionibusq; quām pluri-
mis succrescit, cuius meminero tertia huius capitatis
parte. Prima vero sit, aut caloris copia, aut propriæ
humiditatis inopia, aut eiusdē humiditatis efferves-
cētia. Fit insuper hæc vel ab interna causa, vt bilio-
sus est humor, salsus & adustus, vel lege cōsortij ali-
cuius mēbri, cuius sit appetere quoq; frigidū & hu-
midum, qualis naturæ est pulmo: quo sit, vt non
solùm sit oris ventriculi passio, sed etiam gulæ &
omnium partium quæ sunt in ore, quas pulmo
alterare potest, dum à se mittit fuliginosa extre-
menta. Quapropter huius sitis medella non est vni-
ca, neque viñius rationis. Ab extrinseco etiam
oritur, vt ab aeris caliditate, ab æstu, ab igne, à fu-
mo, à puluere, à labore, ira & reliquis, quæ æstum
in corpore concitare valent. Prætereà eam effi-
ciunt v̄sus ciborum sale aut fumo conditorum, aut
vini meracioris, vel niedicamenti. Quibus omni-
bus somnus medella est, & sitis præsidium: sed pul-
moni agenti sitim mirum in modum opitūatur
aeris frigidæ respiratio, & frigidæ aquæ oris abluti-
o, ita vt non sit opus huic causæ alium excogita-
re potum. Verūm his qui ex defectu humidi ven-
triculi sitiunt, ex v̄su est paulatim ac saepius bibe-
re, maximè vinum frigida dilutum: verūm si hæc
humiditas efferbuerit, frigidissimæ aquæ potu cō-
pescetur, quæ tamen neque copiosa neque lentē bi-
batur. At si caloris copia sitis oriatur, copiosam &
modicē frigidam expostulat, quia hac via facilius
extinguitur flogosis, maximè si totius corporis cō-
sensu sit: quia tūc his potibus utrēris, quæ celeriter
per v̄nuerum corpus distribuātur, qualis est hy-
dromel, aut aqua cinnamomi vel alijs aromatis cō-
ditæ

Li. 6. pop.
P. 4 22.

dita & frigida. Quod si salsi humoris affluxu sit iat homo, lente & paulatim de costâ aquâ, sed frigidâ ingera, sicut si succi sint biliosi & acres, potius ad calidos potus cogêdus est æger, quâ ad frigidos: ni si bilis ex verrymo iectoris calore prodeat: calidus enim potus attéperat & corrigit ac frenat acrimoniā, tum medicamenti, tum humoris.

Vt varij sunt hominum mores variæq; natio- De com-
nes, ita & varijs quisq; pro regionis sorte, aut vitæ muni om-
instituo assuesci potibns. Sic Flandri, Galli, & An-
gli omnes ceruzia: Cantabri sidra: Hispani hydro niam et,
mellite: Indorum plures nationes vino ex palmulis cuiusq;
& maiz confecto: omnes tamen aqua & vino ex proprio
vnis vtūtūr. Quapropter quid in unoquoque præ potu.
dictorum potuū seruandum sit cōsiderabimus hac
in parte.

Cùm enim tanti sit momenti aqua omniū animâ De aqua
tiū generi, homini præseriū, eius electione & do-
tes timari prius decet, ac ultimò quib⁹ sit proficta.
Inter omnia aquarū genera (sunt enim pluviales,
fontanæ, fluuiales, putaneæ, stagninæ, aut ex nube
& gelu liquatæ) pluvialis apud plerolq; probatur,
præseriū si ex serena pluviâ, & absq; tempestate sit
collecta, licet contrariū sentiat Paulus & Auicenna:
verū quisq; pro locorū & cœli natura aliâ probat
ex ollitq;. Eatamē, cuiusq; generis sit, probatissi-
ma haberi debet, que visu, gustu, olfactu pura syn-
ceraq; distinguitur. Quod eleganter Plinius signi-
ficiat, dum inquit: A quam salubrem ari quam si-
millam esse oportet: visu quippe limpidissima
& valde pellucida, & in qua nulla externa substan-
tia innatet: gustu, quæ nullum referat saporem:
odorem etiam nullum reddat extraneum oportet.

Institutionum Medicinalium

Præter quas conditiones etiam ab experimēto aliā explorarunt Gal. & prisci alij, quæ videlicet à cibā riorum coctura defumitur: op̄imā atque laudabilē iudicantes in qua carnes, legumina & fructus ocyssimē coquuntur. Probatur etiam aqua in qua nihil in vasis residet. Supereft tamē alia probandi ratio, quæ statera tantū perficitur, quod plus diligentiæ, quā veritatis obtinere iudico, si hoc solo signo metiamur: nam leuitas illa que aquis expeditur, nō statera, sed facilitati adhuc diligentia exploratur.

Autumat enim Plinius leuorem esse aquam ponde-

L. de 1o. re, parui esse momenti, etiam si Hipp. id videatur in
a. & aer. sinuare, sed firmiori probatione confirmatum. Item

Erasistratus apud Atheneum decipi eos putat qui tali vtuntur librę experimento, atque se esse exper-
tum in aqua Amphiarati atq; Erithrię, quarū altera
vitiosa & altera optima, nullū discrimē in pondere
habebāt: docet tamē fidendū esse magis ipsius sca-
turigini, principio & ventis versūs quos aqua de-
fluit. Itē considerare docet transitū & fluxū versūs
Oriētē aut Occidētē, & alia plura quæ cōsultō prē-
tero. Ex quibus tamen colligendū est, aquæ leuita-
tem nō esse statera metiendā, sed vt cōsuluit Hipp.
qui cā esse leuissimā tenuissimamq; iudicat, quę ci-
tō incalescit, & quę citō refrigeratur. Cui accedit,
cā quoq; esse laudatissimā quę turbata citō clares-
cit. Aqua enim (vt eius vsum discas) nulli nō ætati
necessaria existit: sic Gal. pueros aquam bibere vo-
luit: adultos verò iam vinū dilutius bibere non de-
hortatur, sed parciūs propinandū monet: his insu-
per qui natura aut ætate tēperamentū immodicē ca-
lidū natūrā sunt, aquæ potū idē aut hor saluberrimū
esse docuit. Quōdverò senio cōfectis aqua inno-
xiē potetur, constat, quia aquæ potores salubriter &
diu-

diutiū viuere cōstat. A quā enim edacē dixit Hippo. quōd bibita cibi auiditatē augeat, nisi quis ad ebrietatē bibat quapropter qui salubriter ea vti ve Li. 6. po-
lit, cōsulat priūs naturā propriā, ventris robur, & to-
tius hominis temperamentū : tēpus item bibendi,
quātitatem & modū, iuxta dictum Hipp. consulen-
tis calidis naturis refrigerationem & aquæ potum,
& quōd sic ei assuecant vt cuiusq; actionibus pro-
fit, & tantum in gerat quod nec fluctuationem infe-
rat, & optimē à ventris robore feratur. Sed huma-
na fragilitas eō miseriç iam deuenit, vt nullus inno-
xiè aquam bibere possit, ob languorem quem ab
improbo viuendi modo contrahunt.

Quanti momenti sit rectus vini usus, tum quoti De vino
dianus euentus, tum antiquorum ferē omnium mo-
numenta miris laudib⁹ probant: vt beatus Am- Lib. 3.c.
brosius per hæc verba exprimit: Deus qui sciret xam.
quōd vinum sobriè potatum sanitatem daret, auge-
ret prudentiam, inmodicē sumptum advitia causas
daret, creaturam dedit, abundantiam humano arbitrio reseruavit, vt parsimonia naturæ esset magis-
terium sobrietatis, abundantia noxiū lapsū temu-
lentum sibi adscriberet. Quibus constat, quantum
possit præstare beneficium rectus vini usus. Utin-
mū etenim vino pro potu, pro alimento, & pro Li. 4.c. 5.
medicamento: & ob id censeo Pliniū dixisse, vino
natura est hausto accendendi calore viscera intus,
foris infuso refrigerandi. Potatum autem gratiam
ac beneficium efficacius præstat, quam quiuis alius
liquor: nam defert ob celerem motum, miscet ali-
menta ob tenuem substantiam, & plura alia bene-
ficia præstat.

Pro potu igitur plerumque aqua miscetur: quā
profectō temperationem ab homine prudente, &

E 5 medi-

Institutionum Medicinalium

medicinæ non ignaro excogitatam arbitror, vt fer
uor furorque vini aquæ accessu euetaretur, quo fa-
cilius potus officium præstat. Constat enim quos-
dam dilutius potare assuetos, qui meraciōri epoto
vel pusillo lœdantur: sicuti alios meraciōri assuetos
quibus vētriculus potionē dilutiori protinus sub-
uertitur. Nam vt Hipp. refert, hoc humiditatē in su-
perno ventre inducit, & flatum in infimo: illud ve-
rò venarum palpitationem & capitis grauitatem ac-
fitim. Sed hanc vini temperationem diuersam esse
in sanis ab ea quæ necessaria est in laboratibus sta-
tuendum, momentum enim vini his tribuum, ad
quandam veluti excitationem, quæ ad distributio-
nē in corpus aquam trahit, vt in hecticis & consum-
ptis corporibus par est: alijs verò plus vini addimus,
dum in animo est coctionem inuare. Sanorum verò
maxima pars vinum dilutius potat: verūm aquam
vinum vincere non est necessum: præter quā quod
qui meraciōri viuntur, non sine grandi periculo id
faciunt, nisi admodum robusti sint & laboribus de-
diti: Meracum enim, inquit Hippo, imbecillos reddit
homines. At in conseruationis ratione commodius
tutiusque est semper ipsum temperare, præsertim
his quorum ætas, consuetudo, natura aut capitis im-
becilli as vino repugnat: quibus non par mensura
adhibenda est, sed inspectis natura, temperamento,
ætate, regione & consuetudine. Quin vis & natura
vini consideranda est, vt pro eius robore plus mi-
nusue attemperetur, vel si alicui caput tentetur, lar-
gius diluere, aut parum ante prandium micam pa-
nis in ipsum infundere.

Pro alimento quidem frequentius utiliusue ma-
ior hominum pars vino vtitur: verūm quæ corpora
eo necessariò indigeant, quæ verò lœdantur, nunc

ex

explicare aggredior. Corpora enim calida (nam de frigidis nemo ambigit) dubitationem mouent, an vinum bibere teneantur. In qua re statuendum est, quod corpora lapsa ad sui reductionem, contrarijs prorsus gaudent: ceterum ad conseruationem solū modicè contrarijs: sic corpora, siue ætate, siue natura calida sint, vino egent diluto ea mensura quæ temperamentum non excedat. Qua divisione premissa, facile est varias authorum de hac re sententias dirimere, siquidem ad varia respicientes diversa protulerunt: sic Hippocrates consuluit calidis naturis aquam bibere aut vinum dilutum vel ta.
 molle & album, quod proximum est aquæ.
 Præterea pueros omnis Philosophorum schola
 arcendos esse à vino consulit, maximè Plato, qui Li.de legi
 refert, pueros usque ad decimum octauum an- bu . Dial.
 num degustare vinum non debere, ne ignem
 igne in corpus atque animum suggesterent: ni for- 21.
 tè salutis gratia id libeat concedere, vt Hippocra-
 tes consuluerat, dicens: Ceterum puerulos in- Li.de dia-
 fantes per multum tempus in aqua calida inadefac- ta.
 cere oportet, & vinum bibendum dare aquosum
 & non penitus frigidum. Senibus vero vinum esse
 amicissimum & utilissimum, ab omnibus videtur
 proclamatum, quod ipsis duo cōmoda afferat: unū
 videlicet, quod omnia ipsorum membra calficiat:
 alterum quod per vesicam & vrinam sanguinis se-
 rum purget, & ob id Plato inquit, quasi remedium Eodem 10
 aduersus senectutis duritiam nobis est concessum, co.
 vt reiuuenescere videamur. Verum si quis rem hanc
 diligenter peusiter, reperiet, nec id semper esse ve-
 rum, nec nisi modestissimè esse poterit: nam
 eadem ratione qua utile senibus videbatur, prorsus
 venit interdicendum senibus, qui yaleudinarij sint,
 poda-

Institutionum Medicinalium

podagrī vel defluxionibus à capite tentatis , aut vesicæ ardore vel renūm calculis infestantur . Nam qua ratione corpus vniuersum calfacit , podagrīcos lēdit agitatis ductisque ad ambitum corporis humoribus . Qua verò vrinam mouet , vesicam & renes affectos lēdit , quia & humores fundit , attenuat & in salsuginem agit : quod maximè seruandum erit in his quibus aut improbè coquitur aut præcalidum fuerit iecur , & excrementa alui duruscula . Præterea interdicit Plato vinum ducibus , militibus , nautis , magistratibus atque iudicibus munus suum obituris , sicuti & deliberaturis de rebus maximis : tandem omnibus , quibus caput tentatur si os viño colluatur . Denique tantum dare oportet , quantum caput ferre possit , idq; in summe exercitatis corporibus : in alijs verò moderatius , & dilutius quantum sat sit ad corporis alimoniā p̄f tandem . Quo factū est , vt ex modo alendi antiquitas præstantiorem vinorum differentiam obseruerit . Reperitur quidem vinum aquosum exiguum præstare alimentum : crassum & subruberum copiosius alere : quæ verò candida sunt , sed crassa , leuis quidem his alunt , plus autem tenuibus & albis . Præterea aquosa ocyssimè per vesicam expellunt , cætera non item : rubentia simul & crassa sanguinigignendo sunt accommodatissima , ab his nigra crassa & dulcia , his autem minus alunt quæ alba tenuia sunt , item & crassa & acerba . Ex quibus differentijs & nutriendi viribus , facile cuique erit rectam vtendi vino rationem elicere . Nā qui robusto sunt habitu , & laboribus dediti , vino nigro & crassioris substantiæ vt tenentur , quo difficulter corpus laboribus dissipetur : at qui vitam agunt sedentariā , & qui molles sunt carne , vinum tenue & album bibant .

bant, quo facilius renutriatur, vt facilius laboribus resoluentur. Cæterum corpora solidæ contexturæ, & quæ ob id difficulter aluntur ob pororum angustiam, viniis albis & tenuibus & quæ citè permeent, vsura sunt, sicut quæ raræ sunt contexturæ, vino nigro. Ventriculus item calidus, & in quo periculum est ne alimentum vratur, vino dilutiō gaudebit magis tenui & molli, aut nigro, sed maximè diluto: qui verò tarde perficit munia, albo & meraciō. Omnibus tamen obseruandum est, vt semper vinū cōcoquant, alio qui nec alimentū præstabit, nec calorem: quinimo frigidos affectus concitat, vt ex Gal. constat: Nutrimentum enim (inquit) necessum est vt calfact, alterari & mutari, nam si immutatum manet, etiam si calidum sit, refrigerabit.

Li. 3. de
temp. c. 2

Vino etiam utimur tanquam medicamento saluberrimo, cuius beneficium tale futurum est, qualis fuerit natura & conditio vini. Quapropter vinorū differentias in memoriam reuocare oportet, quas à gustu, colore, consistentia, odore, viribus potentia-que sumere oportet. Gustus verò in dulcem & auſterum, & ex his mediū diuiditur, hoc est quod nullam harum qualitatum manifestè repræsentet: cù hoc tamen Plinius plures alios in vino adiuuenit sa- pores, vt auſterum, acutum, dulcem & suauem. Co- lores autem vinorum sunt, albus, niger, fuluus, fla- uus & ruber, & alij intermedij, vt Galen. latius ex- pressit: at Hippo. vt varios habere colores, ita & vi- res scripsit: cæterum à consistētia differentiae etiā non paucæ sumuntur: nam alia sunt aquosa, alia te- nuia, alia crassa, in quibus media quoque inueniuntur discrimina. Ad hæc, vinorum quædam suauem spirant odorem, alia ingratum, nōnulla penitus odo-

Institutionum Medicinalium

ris sunt expergia: postremo alia valida & vehementia,
alia autem imbecilla & levia: inter quae etiam numerosio
res differentiae reperiuntur: quibus item conditioni
bus accedit tempus seu ætas vini, siquidem eius qua-
litates solet mutare vetustas. Ex quibus evidenter
constat, præter alendi vim, etiam alterandi non le-
uem sortiri. Secundò enim ordine calida sunt, & si
vetustiora sint, tertio: licet non omnia vina esse cali-
da constet ex innumeris Gal. testimonij: nam ali-
qua refert vim habere refrigerandi: ut alba tenuia,
noua crassa, & nigra austera, ac nonnulla etiam ve-
tusta, in quibus præ antiquitate igneū elementum la-
guere compertum est. In qua re intelligendum est,
vina refrigerare non dici absoluē, sed aut respectu
calidorum quorundam corporum, aut aliorum vi-
norum quæ calidissima sunt, aut ex eo quod non
probè conficiantur à pusillo corporis calore: qua
dilutione authorum controversia dirimitur facile.
Cum hoc tamen sciendum est, vina omnia unam
communissimam habere virtutem moderatè sump-
ta: nimis vitam iuari sanam, coctionem cætero-
rum alimentorum iuuare, distributionem etiam præ-
stare, sanguinis generationem augere, robur & fir-
mitudinem largiri, quedam magis, quedam verò mi-
nus. Sic quæ dulcia sunt (non quæ muscatelina vo-
cantur, quæ forsitan Gal. non nouit) munica sunt ie-
cori inflammato & obstructo, & spleni, & ob flatu-
copiam ab ipsis eleua: am hypochondria inflabunt:
profundi tamen his quæ à pulmone educi debent: bi-
liosis enim & sudaturis minime conueniunt. Vinū
autem austерum & quod in ventre diutiū mora-
tur, fluxionibus alui & ventriculi conductus. Vina
acria & vinosa quæ colorem habent fuluum, & fla-
uum, calida quidem sunt, & caput ac neruos tentant,
licet ventri sint utilia, præcipue septibus robustis.

Quapropter quæ alba & tenuia sunt, & quæ minus caput feriunt (qualia vina de Yepes, & de Càatalapetra & Ribadaua) sanis hominibus sunt utilia: ex nigris (vt de Illana) pretiosiora & sanissimilia: quæ vero crassiora sunt, multū sanguinē generant. Vinum pro tropū, quod ex vuis non expressis instillat, tenuius est, & obstructionibus idoneū, & sanguini gignēdo cōmodū. Quæ omnia & plura alia docuerat Hipp. Li. 3. de omnes vinoū vires depingēs: itē & Gal. quæ breui dieta. tati cōsulēs prætermisi. De vinorū autē cōdituris Li. 3. de a- tertia huius capitinis parte quæ necessaria sūt reperies. lim. facul.

Docuit humana necessitas varias potus differētias excogitare & cōsicere, nō tamē & quæ salubres. Sic Angli & Flādri ac plures alię nationes ceruizia utū uizia. tur, quā multi ceruezā nūcuparūt: quā cēseō Diōscoridē cythū appellasse, & Sophoclē britū: inuentā tamē à Dionysio Aegyptio, vt Suidas refert. Cōsicitur tamē varijs modis: nā modō ex tritico, modō ex hordeo, simplexue, aut aiomatis cōdita: vt cumq; tamē fiat, sēper ex lupulis confecta. Ex qua triplex paratur potus, easdē serē vires obtinens, quas vina obtinere diximus: primus aquosus, quē simplicē ceruizia dicūt: secūdus quā trihappeninā: tertius appellatur potēs & duplex ceruizia. Simplex vino aquoso correspōdet: potēs calfacit vt vinū venus: trihappenina medię est naturę, & apia gignere succos melancholicos, lapidē etiā renū & vesicæ, vt quæ crassæ sit substātiæ & exremētoſe: quo sit vt caput quoq; repleat, inebriet & obſtruções etiā pariat.

Eade in prorsus mala apud Indos efficit vinum De vino ex palinulis & maiz, vt refert Plinius: quapropter ab ex palinulis & maiz. horum potuum vsu arcendi sunt qui in ea mala oxyssimè possunt incidere, licet robustis & laborio his hominibus proficia sint, & plurimū nutrimentū

præ:

Institutionum Medicinalium

Li. 14.c.

26.&c. li. præstent, præter id etiam sanguinem expuentibus
23.c. i. non est inutile, vt eisdem partibus retulerat idem
Plinius.

Desidra Meminit etiam Plin. sidræ, qua Cantabri ferè omnes vtuntur, facta quidem ex pomorum succis prelo pressis, quæ non minus fæculentum separat ac viuum: cæterū calida remanet aut frigida, prout poma fuerint dulcia aut acida: utraque tamen flatus generat, & caput petit, sed gustu ielt suavis. Aestuatis verò temporibus quæ fit ex acidis pomis salubrior est, sicut frigidis quæ ex dulcibus. Quæ profectò dum acorem non cœcipit, salutior videtur, quæ cœrizia: plurimumque etiam præstat robustis hominibus nutrimenti.

De potitu pro fisi morbos a promotoribus. Præbendi huiusmodi potum indicationes ex quatuor rendæ sunt ex tribus, ex conditione nimirum morbi, ex causæ natura, & ex fisis vrgentia: quæ ultimadum in morbis adeo vrget quod potum expostulet, eum porrigere oportet, quem in secunda huius capititis parte diximus: dum morbi tempus aut cause morbi conditio id non viverint: nam in principijs accessionum potum dare, vetitum mille legibus est, sicut in statu largius porrigere. In qua re non satis constat inter authores quantum, qualem & quo tempore potum liceat porrigere laborantibus: na Græci frigidam habitantes regionem, ita religiosè cauent frigidam dare febrentibus, & mille conditionibus seruatis, vt ferè nullum inuenias laborantem cui securè potum porrigere possis. At Arabes qui calidior regionem habitarunt, ita licentiosè ipsum porrigunt, vt verendum sit, ne in contrarium habitum & morbum laborantem deferas. Sic profectò Græci hæc damna verentes, cauent ne laborantes visceris alicui-

alicuius obstructione sint affecti, tumorue aut dolor in viscere præcipuo insit, aut humor purus crudus existat, aut præsul imbecillitas aliqua ventris, ecoris, splenis, aut corpus nimis suu gracie. Quia propter potum in febribus aehorantur, nisi humore cocto & corpore ab his malis immuni. At Arabes fiduciam capientes ex febris vehementia, iuuenili ætate & bono corporis habitu, consuerudine & viribus hominis, libertatis frigidæ potu laborantibus indulgent. Ex quibus sic in contiouerſia ductis, non est ita facile elicere quando siti indulgendum sit & tebris ardori, quando vero his omnibus quæ Galenus dicit potum renueire. In qua re tenendum est, aliud esse accidentia & calorem quæ potum frigidæ exoptant, in principijs & augmento morborum aduenire; aliud vero dum coctiones viagent, & in morbi statu. Tunc ultra, si in principijs aut augmentatione succrescant, vel morbi efficaciam augent, aut tolerabilia sunt: quod si morbum intendant ut periculum sit maioris mali, aut laborans ita sit anxius ut nequeat citra molestiam sitem ferre, in dubitanter posthabitus quæ superuenire possunt malis (præseruum in calidis regione, tempore, natura & ætate) frigidam præbere oportet, in minori tamen quantitate (ne mala quæ dixit Gal. superueniant) quam Græci & Arabes in statu concedunt: tutius enim est recrudescere morbum, quam in tabitudinem ipsum deferre præ calore & siti. Verum si laborans placidè sum & accidentia tolerauerint, tutissimum mihi videtur Græcorum consilium, quo docent potum differre donec materia cocta sit, nam eo tempore facilis extinguitur flogosis non redditura, & mali materia ad vacuationem obsequientior redditur, & ob id comperimus plures à

F. potu

potu sudasse, vomuisse, aut aluum habuisse solutam. Cum hoc tamen potus ita laborantibus disponatur, ne nimia sit crucientur, aut morbus fiat inten-
sior, aut ipsi cogantur clam licentiosius bibere, aut
nimium indulgentes in morbi augmentum aga-
mus, præbentes liberalius affuetis copiose bibere,
maxime vbi periculum impendet occultæ colliqua-
tionis: quo tempore etiam si laborans non ex postu-
let, porrigitur oportet, nō quidem paulatim nec plu-
rimum, nec frigidum, nisi admodum valentibus vi-
ribus, sed temperatum & quantitate modicum, ne
mox effervescat suscendaturque iterum calor, aut
protinus recrudescent humores, aut internæ partes
quæ frigidum renuunt, sensibiliter lœdantur.

Verū dum morbus sibi potum exoptat, non fa-
cile est nosse quantum, qualē & quando conuenit
exhibere. Quā sanè rem si quis diligenter pensi-
ter, reperiet duplicitatione potū suam gratiam la-
borantibus impartiri: una quidem quatenus curās:
secunda verò qua roborans est: nam potus duas
præstat utilitates. Vnam ex sui substantia qua cor-
pus nutritur & vires roborantur, reliqua verò ex
propria potus qualitate, qua morbi quali attem-
perantur. Quo fit, ut aqua vehementissimis febri-
bus sit potus curans, sicut quæ passim parantur me-
dicaræ ea qualitate quæ morbo sit aduersa, & sic
vinum præsertim medicatum est potus curans, mo-
dò aduersus causam, modò aduersus morbum pug-
net. His habitis statuendum est, tria esse quæ potū
præcipue indicant in morbis: virtutis nimirum ro-
bur, morbum & consuetudinem. Virtus etenim cū
valet, consuetudini in indicatione potus cōsenit,
eum maxime potum indicans, quem consuetudo:
verū dum imbecillis est, aliquando dissentit.

Præte-

Præterea cùm morbus & consuetudo diuersos pœtus indicant, si morbi magnitudo accessit, eius indicationem certum est obscurare eam quæ à consuetudine sumitur: quod si morbo nulla esset atque digna accessit magnitudo, indicatio consuetudinis praetuleret. Sciendum tamen, quod cùm virtus ob imbecillitatem urget, eum semper indicat potum, quo maxime robotari possit: ex quo sit quod laboranti frigidæ assueto, modicum vini viarium gratia concedamus: at morbis enim tenet, qui morbo, aut eius causa contrarius sit. Verum cùm duæ ex his aut tres indicationes prævaluerint ex æquo, utrisque aut omnibus satisfacere oportet, acimisstis potibus qui omnibus satis sint: nam si vires & consuetudo plurimum urgunt, etiam si morbus æquè urget, vinum adhuc in acutis febribus concessisse Hippocratè obseruauimus: inquit enim: Multam aut vinum, utrum magis auxiliaturum putaueris: quod etiam laissimè Galenus probauerat.

Li. de rat.
li. 21. &
vi. 4.41.
Li. 8. & 9.
metho.

Medicatas potiones multis rationibus prodefit. De poti se scripserat Hippocrates dicens: Trigefactorias potiones in febribus ardentibus quando volet bibendas dato. Inquit enim: Sunt autem multarum operationum, aliæ enim mictionem inducunt: aliæ alui egestioneim: aliæ utrumque præstant: aliæ neutrum: aliæ solūm frigefaciunt: & subdit: Dabis itaque alias alijs, nec enim dulces omnibus conducunt, nec acerbæ, nec eadem enimes bibere possunt. Quo sit, ut potus omnes dividantur in aquam aliquò medicamento aut alimento decoctam, & in vinum pari ratione aliquo medicamento preparatum. Aqua igitur multis modis

F 2 parati

Institutionum Medicinalium

parari potest, tum ut à proprijs vitijs corrigatur, tū
verò ut alienæ virtutis aliquid acquirat. Vulgatum
est, coctione aquam laborantibus farari aptissimā:
verū si rem diligentius pensites, reperies tenuem
aquam coctionem citra annum ferre nō posse, nec
crassam, crudam & frigidam laborantibus fore pro-
ficiuam, nisi prius concoixeris; quippe coctione at-
nuatur & rarescit: at tenuis quodāmodo deterior red-
etur evaporata tenuiori parte, licet non crassescat

4. meteo.

L1. 1. Fen.

2. doc. 2.

c. 16.

6. popu.

par. 4

Li. 1. de sa-
ni tuer.

coctionem, ut Aristoteles scripsit, & Aucenna confir-
mauit: & cum hoc sat est leuiter calfacere, crudas
aquas coctione præmissa. Quippe triplicem aquarū
fortem scripserat Galen. coquendam esse, primam
palustrem, lutulentam, limosam, & graucolentem: se-
cundam quæ adeò cruda est, ut diu in ventriculo
immoretur, aut ipsum gravet, & hypochondria in-
flet, quam calfacere consulit Gal. tertiam quam in-
domitam Medici veteres nominarunt, ut puteaneæ
& elaboratæ ut ignis ope mitescant & moliores
fiant ac ratores, amissa limosa, vituminosa, aut ni-
trota parte, si forte obtinuerint.

Li. de loc.
in homi-
ne. cap. de
ter.

Porrigitur etiam laborantibus aquam quātum
bibi possit calidissimam, cuius indicationem præ-
stat dolor, angor, animi exolutio, ex flatu aut humo-
re frigido, acris & erodente, in ventriculo, thorace,
intestinis & alijs visceribus: qua etiam utinam ubi
flatu multi generantur & colliguntur, vel defectu
caloris improsperè sunt coctiones. Sic febrenti-
bus eandem præbuit Hipp. dicens: Febriem cibum
ne offeras, nec forbitionibus subtus aluum ducas:
in potu dabis aquam calidam. Cuius sententia fuit
Trallianus, & Aucenna sic scripsit: Et cum fuerit
calidior quam hæc, & in ieiuno bibita fuerit, multo
tiens stomachum lauabit, & ventrem soluet: eam ta-
men

men frequēter bibere est malum, quia stomachi debilitas virtutem illa verò quæ multum est calfacta, quandoque colicam resolut, & ventositates soluit.

Paratur insuper laborantibus aquā mille modis desumpt.s à morbi conditione, & à causæ natura. Sic dum crassum inscindere & attenuare intēdimus, petroselino, cinnamomo, ligno aloë & acido aliquo simplici incoquimus: dum incrassare, chalybe ignito fervere cogimus: dum calfacere, cortice citri: dum refrigerare, oxalide, hordeo, cucurbita & frigidis summis. In morbis tamen diuturnis semper aqua incoquenda est his quæ aduersus causas pugnant: in acutis verò his quæ morbi ferverem & qualitatem compescant.

Vina etiam mille modis condire parareque solebat antiquitas, verū n̄ usq; nostro sat est scire sanis corporibus vinorum conditaram nunquam esse vti leni, nisi præcautionis gratia, aut propter extirpatiō nem alicuius parui & lenti affectus: morbosis verò corporibus nō, nisi morbo prolixo afficiātur: quia vt medicamenta osa morbum paulatim depopulatur, & vt alimentum in penitiora loca se insinuat, clamque suas vires exercent.

Parandi tamen modus vulgatissimus fuit apud antiquos, tribus prorsus rationibus. Vna vt ab aliquo vitio expurgarentur. Secunda vt citra noxam bibi possint. Tertia vt conimodum aliquod peculia re præstarerit. Quibus autem modis vina præparauevit antiquitas, leges lib. de rect præsi. artis med. vsu. Qualiter verò vina in vsu medico cōdiātur, disces, si expenderis id posse fieri, vel per transcolationem per saccum aut lapideum mortarium, vel per cocturam. Transcolantur enim per saccum plenum aromatis,

Institutionum Medicinalium

etis, aut medicamentis, quibus ad morbi propulsio-
nem opus habemus, velut est piper, cinnamomum,
anisum, absynthium, zingiber, & alia quæ referunt
~~an-~~ hores. Parantur vina etiam per transcolationem
fusis prædictis aromatis in mortario collato, de-
super vino affuso, nam vñi efficitur proficuum &
gustui suave quod per lapidem instillat. Sic per co-
cturam multis modis paratur vinum: uno dum mu-
stū conficitur, proiectis ligatis minutimq; incisis
medicamentis, quæ vñi proficia sunt: quæ quidem
eodem modo vñi iam facto infundere oportet, &
per aliquod tempus permittere ibidem macerari,
aut soli feruenti exponere, aut duplici vase inco-
quere: præcauere tamen oportet ne vina aceſcant.
Eis verò medicamentis vña parantur, quæ cau-
ſam morbi illidere possunt: & sic conficiuntur
ex roſis, anetho, aniso, asaro, pulegio, fœniculo,
cinnamomo, & alijs huius naturæ, quæ & attem-
perandi, & calfaciendi, & alia pleraque beneficia
præstandi vim habent: hodierno verò vñi ex lig-
no Guayaco pretiosum paratur vinum, cuius
loco citato latius me-
nitimus.

D.E

D E C L Y S T E R I V M E T
glandium recto usu
 INSTITUTIO III.



V M nos experientia docet (præter antiquorū clysmata) longē flura & varia, ad diuerſiarum partium affeſtus clyſteria debere effingi, neceſſitate nouitatis coacti nouas coginur methodos instituere, quibus hoc communissimo & utiliſſimo

præſidio certius utramur.

Sunt profectò clyſteria & glandes ab authoribus inter topica auxilia nonnūquam numerata, quod intestinorum affectionibus ſint proſicua, & ſaþe inter vacuatoria & vniuersalia, vt ex Gale. euidenter conſtar. Quo ſit, vt eorum tractatio diſsecanda ſit penes beneficia que prafiant intestinis & partibus vicinis ac remouitoribus. Clyſteria verò que grata affectuum intestinorum iniiciuntur, aut euacuant que detinentur excremента, aut cohibent eos qui immodeſcē fluant humores, aut flatuſ diſcutiunt, doiores ſedant, detergunt, lauant, exſiccant & agglutinant ulceratas intestinorum partes nonnulla etiam carnem generant & cicatricem inducunt, lumbicos interficiunt & extrahūt, diſtemperiem corrugunt, & quādam aduersus colliquationem proſicua ſunt que non ſine magno artificio ab Aetio parantur.

At que ab intestinis euacuat, multis uſibus proſicua exiſtunt: nam quēdam indurata excremanta

F 4 emol-

Li. 4. a -
pho. 2.
Libro. 8.
phar loc.

Institutionum Medicinalium

emolliunt: alia partes constrictas laxant, nonnulla facultatem ad expulsionem excitant. Sic profecto luxuria diuersitate p[ro]equitorū operum, vnuinquod que diuersa constat materia: nam quæ indurata emolliunt, consciuntur ex malua, ali hæta, violis, radi ce borraginis, prunis, semine lini, addito decocto ex his facto, oleo dulci, de semine lini, amygdalairū dulcium, sesamino & butyro. Consciuntur etiam ex iure extremitatum animalium cum butyro, cari cис & oleo. Quæ omnia præter id quod quæ dura sunt emolliunt, laxant etiam partes, præsertim si ad dantur mucilagines fœnugræci, ali hæc, seminis lini, & cytoniorum: quæ quidem clysteria putida nuncupabantur, fœminis aduersa ob nidorem: item alijs caput ieniant & ventriculum offendunt & spiritus vitiant: quorum loco uti poteris clysma; is antiquo rū, quæ solū conficiebantur ex hydræleo & melle: quibus neq[ue] irritantia pharmaca, nec purgātia ante faciū eductionē adiicies, vt consuluerat Hipp. dicens: At si sterlus educere voles, nullum pharmacū bibito, sed alijs utere, nam præter id quod nihil magis efficient, plus ad intestina trahunt.

Alia etiam consciuntur clysteria, quæ irritandi excernentē potentia vini habent, qualia sunt quæ recipiunt mercuriale, siccā, atriplicē, parietatia aut earū de oculū: sal item omnis generis, nitrū, alumén, virtutē semen, & ex cōpositis hieram, benedictā & consimilia pharmaca. Quibus oleum admiscere aut pinguisum aliquid, vt vulgatum est, ita alienum ab omni ratione: frēnatur enim acriū medicamentorū vis, & sentiēdi potētia obtundit, nisi dum vtraq[ue] causa vigeret: quia eo tempore vtrisq[ue] uteris. Sic dū viscidorū excrematorū copiavigeret, quæ impedit senū, absurgētia præmittere vel admiscere oportet.

Ae

I libro de
morbis mu
lie.

Atquæ alium immodecum fluentem sifunt clysteria , varijs modis id nata sunt efficere : nam quædam humores incrassant: quædam partes comprimunt : alia acrimoniam retundunt: nonnulla lauant: alia etiam sensum obtundunt : idque aut stupefacta potentia , aut inducto intestinis cooperimento , ne mordeantur ab excrementis delabentibus . Considerare tamen oportet , eos tantum umores esse desandos , qui prætenuitate plurimum flammantur saltem & alios qui crassi sunt & mordendi vires habent , succos , si densaueris , longe maiorem efficiunt mordicationem , & citiorē concitatibunt fluxum . Sic clysternis adiicies , si densare volueris , succum plantaginis , rhu obsoniorū , balaustia , cornices granatorum , vel ex eisdem decoctum parabis , aut hordet torrefacti , oricæ , foliorum oliuæ , polygoni , consolidæ maioris , myrthi & similiūm . Præstant eandem usum bolus Armenius , terra sigillata , tragacanthum & amyrum . Prius tamen oportebit injicere clysteria quæ lauent & attemperent , maximè bilioſo & acri humore fluente , qualia ex ptyfana aut aqua calida , vel hydræleo & rosaceo conficiuntur cum decocto hordei , corticē cucurbitæ , lactucæ , scariolæ , florum violarum & similiūm .

Quæ verò lauant clysteria , vim etiam habent compescendi fluxum , ut mox referam , si prius dixerim , in omnibus exulcerationibus intestinorum ea clysteria esse alibi benda quæ vim habent oblenient intestina , quo minus ab humorum acrimonia natu ad motum excitetur . Quæ sane conficiuntur ex caprillo lupo , adipe asperino , gallinaceo , anatis , buviyro , oleo violarum vel rosarum , cum mucilagibus , vitellis ouorum , cremore hordei , amylo &

F 5 gummi

Institutionum Medicinalium

gummi tragacanthi. Sic per narcotica idem facies ex decocto portulacæ, hordei, aut ex lacte in quo dissoluatur philonij Persici aut Romani. 3. j. s. aut magnæ theriacæ. 3. ij. aut requiei magnæ, aut catapotiorum ex cynoglosso, ac si plurimum necesse sit aspergit, olei papaveris. 3. ij. vel opij grana aliquot, dummodo ex vino aut aqua calida intestina postmodum abluantur, quia his medicamentis non est plurimum immorandum.

Quæ flatus dissipanti clysteria, his constant quæ calida sint & modicè siccent, velut quæ consciuntur ex decocto camemali, anisi, fœniculi, origani, anethi, rutæ, serpilli, calamantis, maioranæ, & alijs humis naturæ, cum oleo rutaceo, camemelino, anethino & huiusmodi. Quæ verò valentius discutiunt, ex oleo sunt communi, in quo serbuerit caryophyllus, cassia lignea, cinnamominū, nardus, calamus odoratus, galanga & carpesiae addito vino. Quibus nunquā mox à principio tui ò vteris, nisi prius emollientibus, aut usus fueris, aut admiscueris: nā crassus nebulosusq; spiritus aut humor discutientibus attenuatus, nisi pars emollia fuerit & laxior facta, maiores concitat colores.

Verū quæ dolor in intestinorum sedant clysteria, maiori opus habent consideratione: nam si ex flatu doleant, quæ nuper retulimus proficia sunt, si ex crassa pittuita, eis addere oportet quam vim habent abstergendi, & nonnū quam quæ aenonyma sunt, ut oleum dulce, adeps anserinus, gallunacus, butyrum, & mellis modicum. Verū si dolēt sanguinem reiectione, quæ emollire primo loco diximus proficia sunt. Ceterū si ab exulceratione, opus est administrare quæ abluant, & obliniant, & attenuent humoris fluentis calorem & acrimoniam.

At

At si propter inflammationem doluerint, ea parare oportet, quæ anodynæ habent facultatem, quæ sunt quæ sunt ex succo portulacæ, vitellis ovo-rum, oleo rosaceo, butyro cum decocto maluarum & hordei, additis saccharo, aut casia fistulae pulsa: vel consici possunt ex asinino vel caprili lacte cum oleo rosa: um, aut amygdalarum dulcium. Quod si his non queuerit malum, coniecatari oportet, aliquid iam esse impactum, quod dis- cussionem postulet: quo tempore admiscentia sunt quæ resoluendi vires habeant, qualia sunt fennugrecum, canemalum & semen lini, quæ sensim addēda sunt, ne plus quam par sit, aut incalescat pars, aut ad ipsam trahatur: cui usui non nihil ex his quæ narcotica sunt addere oportebit. Verum si constiterit ad suppurationem vergere malum, putidis pinguisque clysmatis uteris, non tam- men crebro, ne intestini substantia corruptio- ne periclitetur. Quod si ex viscida pituita intesti- nis infarta doleant, præstant clysteria quæ vim habeant pituitam calcacere & euacuare: nam quæ solùm calcaciunt, plus humorin fundunt ac mouent, & grauiores concitant dolores. Si verò maligna ulcera præsint, ea sunt paranda clysteria, quæ abluendi, detergendi & exsiccan- di vires habeant, qualia ex vino consiciuntur. Si humor frigidus fuerit, vinum mellitum, decoctum hordei, oricætor factæ aut lentium cum melle rosaceo infundes. Verum si humor calidus exurensque fuerit, ea quæ refrigerare supe- riùs diximus. Quo facto, detergere curabis aqua cum saccharo, alumine & pumice, & decocto pis- cium salitorum, lentium, aristolochiae, panacis, & si thus addideris, facile cicatrix compatiatur. Qui- bus

Institutionum Medicinalium

Bus factis, intestina roborare ac firmare oportet clystina ex vino nigro stiptico, vel decocto ex rosis, plantagine, & rhu. Quod si vlcera plurimum ad putredinem vergant, adstringentia adaugere oportebit, ut partis substata firmetur, additis galla, thure, rubi ramusculis & punici corticibus: quippe eo tempore ab oleofis fugiendum esse consulit putredinis natura, ne sordidius fiat vlcus: ni velis vt Gal.

Li. 12. Me
th.

consulit, contra symptoma pugnare: nam inquit: In dysentericorum defectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel hircinum sepum, vel rosaceum ceratum per inferius indimus: quibus utique praesidijs ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maximè si putrescens aliquid habeant, sed vires interim conquiescunt. Quod si eò miseria in testimonum vlcus deuenierit, quod profundum sit, & vasa abraserit ac ipsorum fibras, tunc ob ingens periculum ad ea clysteria deuenies que crustas inducant, sanguinis fluxum cohibeat, & erosioni humorum obsistant: velut est quod recipit aluminis partes duas, corticis mali punici partem unam, decocti lentium quod sufficiat. Que verò valentiora sunt, ut fugere oportet, ita subticeo. Hoc tamen securissimo vtor, quod recipit florum rosarum, liquoris papaueris, acaciæ, gummi, balaustiorum, succi hypocistidis, singulorum partes tres: gallarum, seminis plantaginis, cuiusq; partes duas: licij Indici partem unam: levigentur omnia cum succo plantaginis & fiant trochisci, qui postea aliquo ex praeditis liquoribus dissoluti possunt pondere. 3. iij. Cum hoc tamen eis pharmacis plurimum innitendum non est, ut quæ plurimum dolores exacerbare nata sunt: semper enim in humilmodi indicatione vtor unguento albo Rasis, aut ex pompholige, rubrica fabricili,

brili, amyli & eius naturæ alijs. Verùm in omnibus dysentericorum clysteribus expendere oportet, adstringentia ac miscenda non esse, ni prius corpus vacuaueris, aut inestina ablueris. Item quæ frigida sunt frequenter non exhibebis: intestinorum quippe continuitate ventriculus coafficitur, & contiones turbantur, ac fatus augentur, & ob id frigidis addere oportet mentham, absynthium, cinnamomum & alia huius census.

Sunt etiam clysteria, quæ lumbricos vel ad infernas partes euocant, vel vbi cunque sint internecat: & alia quæ educunt & expurgant. Ad inferas vero sedes dulcedine alliciunt clysteria quæ conficiuntur ex aqua mulsa, lacte, melle, gallinarum iure, saccharo & vitellis ouorum. Verum quæ amara sunt & acida, ingratumq; habent saporem, postmodum iniicies, quibus internecabis & educes: quo fit, ut prædictis addere oporteat absynthium, abrotum, mentham & lupinos, ac oleum in quo hæc omnia ferbuerint: ex quo oleo & succo sisymbrij & pulegij confici etiam possunt non minoris momenti. Quibus addes quæ amarore interficiunt & repurgant, ut aloëm agaricum, cartam, rhalubarum, hieram simplicem & compositam: pilulas etiā quæ conficiuntur ex aloë, croco, myrrha & absynthio, quæ dissoluunt aliquo ex supra dictis: adiectis etiam puluisculis qui parantur ex cornu cervi, centaurio, mentha, pulegio, sisymbrio & aloë. Ascarides vero abstergunt clysteria, quæ ex aqua & cinere feruefacta cum melle conficiuntur, vel ex hiera, vrina, miria, & lixiuio, dummodo instrumentū quo iniiciuntur, non sit recta perforatum, sed perlata, quo facilius rectum intestinum ablui possit. Intenalmone etiam eadem prorsus clysteria sunt adhi-

Institutionum Medicinalium

hibenda, ac in affectibus intestinorum: secus res se haber si ex intemperamento fuerit, cum pituita salfa aut viscida: quippe tunc ex vsu erit vinum cū rosa teo & melle & vitellis ouorū incoctū & percolatū. At in vteri affectibus, vbi menstrua purgatio largior est, modicē infrigidantia & agglutinantia pharmaca per clysteria sunt adhibenda: maximè in calidis temperaturis, tenuibus humorib⁹, aut vbi avertæ admodū fuerint viæ: quippe hæc vias coarctant, humores densant, calorem compescunt, & si quid istu aut casu dilaceratū est, agglutinant. Hūt autem hæc ex tragacant ho, gummi Arabico & mastice, dissolutis aqua chalybeata, aut suumigata mastiche. Quæ quoque usum prestat: succus radicis filipendulae, aut decoctū eius: sed fugiendum est ab his quæ repellendi vires habent: nam longè maiorenſi affoleant fluxum concitare, sicut quæ actuali caliditate prædicta adhibentur. Præterea suppressionem purgationem concitant (dum ex plenitudine non sit, aut ipsa iam deposita) clysteria quæ mollis & calidæ sint nature, quantius calor siccans menses suppressat: quod de valida exsiccatione intellexit Galen. Sic profectò calida dum plurimum humectant, menies mouent, ut decoctum nepetæ: itē aceti, calamini hæ, dictamni, assari, costi & similium, quæ profundunt maximè causa exsiccatione frigida. Quod si femina non conceperit ob vteri laxitatem & humiditatem, aut abortierit, ea sunt adhibenda clysteria, quæ corroborandi & comprimendi vires habent, un modica exsiccatione. Quapropter clysteribus fluori vteri proficiens addere oportet origanum, thymum, anisum, camemalum, epithymum, & reliqua hutus generis, quæ humoribus discussis, patente corroborata, facilius manus suum implere possint.

Lib. 5. similipli.

sint. Cæterū si ob siccitatem fœmina non concē perit, vti oportet his clysmatis quæ superiū diximus vim habere humectandi, abluendi, & laxandi corrugatas partes. Si tamē ob flatus vberiatē vterus semen emittat, aut ob frigidū humorem fœmina sterilis fiat, clysteria adhibebis quæ flatus discutiat, qualia nuper diximus, additis quæ modicè exsiccent: præstito tamen in principio melle rosaceo, agarico, & his quæ piuuntam per alium diuertere & purgare possint, præsertim si addideris quæ vte rū respiciūt, vt est mercurialis, artemisia, & flos anethi. Quæ etiā clysteria prolapsos vteros firmius continere iuvant, si ex adstringentibus aliquid addideris. Duni verò vterus inflammatione tetatur, illi subueniunt clysteria quæ ex calido oleo, pinguedine anseris, gallinae, aut butyro consciuntur, additis fœnugræco, semine lini & lacte. Pari ratione ea prosunt in pruritu & vteri ardore, maximè si ex aqua tepida cōfeceris, aut decocto hordei, lacte seminum frigidorum, & his quæ refrigerent.

Renæ etiam inflammati consimilem expostulat clysteriū formā, hoc vno seruato, quod post ea quæ anodyna sunt & aliū soluunt, quæ attēperādi vim habent sunt adhibenda: & malo crescente, quæ modicè emollient cum leui resolutione. Cauere tamē oportet ab his quæ repellēdi vim habēt, nā longe magis ad renes ipsos pellent: sicut ab his quæ calfa ciūt & irritant, ne plus ad affectos renes alliciatur. At si ex calculo dolēt, similia sunt adhibenda his quæ colico dolori proficua esse diximus, qualia sunt anodyna, quæ & flatus discutiant, ac emollienti & laxandi partes virtutem fortiantur: nam ea ratione qua in angusto loco continentur, parte laxiore lacta facilius permeabunt & sine molestia.

Ne-

Institutionum Medicinalium

Necessū quoq; est, renibus dolentibus paruissimā
clysterium quantitatem iniūcere, ne renes compres-
Lib. 6. de
loc. c. z. si plus doleant: nam ob id censeo Gal. dixisse, colic-
corum cruciatus multo magis quām nephriticorū
lenientibus mitigari: quo loco non negat clysteria
nephriticis prodesse, sed colicos plus iuuari affir-
mat, quia alii subdūctione vterque affectus leuior
fit. Et ob id primō ea sunt adhibenda quæ excre-
menta euacuant mox quæ partes dilatare & emolli-
re possint, & dolores mitigare, quorum copia abun-
dē diximus. Renibus verò exulceratis profundit quæ
ex lacte aut aqua nūlfa, decocto hordei, glycyrrhi-
zæ, emulsione seminum frigidiorum, & aqua lacticis
cum melle aut saccharo consiciuntur, quibus calor
ab ulcere prodīens compescatur, & si quid ad re-
nes permeare possit auertant & extergant.

Verū si vesica inflammatione, aut ulcere labo-
ret, clysteria quæ vtero aut intestinis inflammati-
& ulceratis prodesse diximus, proficia sunt. Cete-
rum si viarum angustia vrina supprimatur, quæ cal-
culosis & colico dolori profundit: at si vesica resol-
uatur, & ob id nec pondus, nec morsum sentiat, ir-
ritanda est ad pulsū his quæ morsum inferant,
veluti est aloës non lota, ciclaminis succus, aut si-
clę & rosarum, cuni sale, melle & nitro. Sic cùm fluo-
re laborat qb resolutionē musculi claudentis oscu-
lum, ea quæ prolapsū vterum confirmant & con-
tinent, huic quoq; proderunt, qualia sunt quæ calfa-
cient & exsiccandi vires habent: at in vrinę stilli-
cicio & acrimonia, quæ a temperandi & cōpescen-
di malam vrinæ qualitatem vires fortiantur, nisi in
animo fuerit, acres & mordaces humores gratia di-
versionis ad intestina trahere.

Clysteria verò quæ euacuare & reuelare à dista-
tis-

tissimis partibus nata sunt duobus modis id effice
re possunt: uno lacescit a expellente facultate: alio
verò attractis & selectis humoribus propria medi-
camentorum facultate. Acria verò æquè irritant
naturam sopi amant distractam: quæ sanè præter
id proficia sunt his qui medicamento purgante
accepto nihil excreuerunt, & dum naturam ab ali-
qua fluxione conamus distrahere, ipsam ad inferas
partes euocantes. Verùm ab his atribus fugiendū
esse consulo in his, quibus ventriculus, intestina
aut uterus imbecilla sunt, aut nimis humecta: item
ardentissimis temporibus ac morbis, & corporibus
puerorū aut imbecillum, vel in febribus pestilen-
tibus, & vbi succi adeò acres sunt, quod dysente-
riam vereri oporteat: item vbi animi defectionem
vereinat, ut consuluerat Galen. Clysteria verò quæ
atra hendi seu eligendi potentiam habent, his me-
dicamentis constant, quæ præter id quod naturam
irritent, humores etiam feligant, ut ab alijs sepa-
ratos euacuent: facilius. Quam vacuationem ex Ar-
chigenis mente, & ex propria laudat Galen. quod Li. 2. 48
non solum intestina euacuent, seu reuulsionis gra- Glau.
tia ea quæ ad caput deferuntur, sub us alii cie-
ctione diuertat. Quo sit ut sumuopere profint, vbi
crebris vacuationibus est opus, virtus tamen, aut
æ gri voluntas, vel morbi empus, accidentisue al-
iquid id ex toto renuunt. Profunt ob eandem ra- Li. 1. phar
tionem laterum & capitis doloribus & fluxionibus, ma. loca
let hargicis, comitialibus, difficulter respiran- c. 10.
tibus, & tandem omnibus superiorum partium affe-
ctionibus. Recipiunt quidem hæc, sal, nitruin, bras-
cam marinam, centaurij succum & cucumeris agre-
stis, polypodijs, senè & epithynu decoctum: iridis
etiam succum, agaricum, turpetum, colocynthidē,

G vera.

Institutionum Medicinalium

Veratrū, scāmoniū, & ex electuarijs quodlibet, iuxta ideam & naturam humoris peccatis, & admistis quæ particulam affectam respiciant.

Præstant insuper clysteria vniuerso corpori suā gratiam varijs modis: nam quædā somnū conciliat & coctionem iuuant: alia item varijs accidentibus subueniūt: quæ verò somnū conciliant, id efficiūt, aut sedato per propriū contrariū accidēti, aut sopita animali potentia: primum sit per clysteria humectantia, si siccitas vigiliæ causa sit, sicut refrigerantia, si caliditas: & sic iuxta cōtrarietatē aliarū causarū quæ præ dolore aut alteriatione vigiliā inducerē possunt. Cæterum quæ somnum conciliant, narcoticorum aliquid recipiunt, quorum superiūs abunde meminimus.

Vniuerso etiam corpori prosunt clysteria, quæ ex alimentosa materia conficiuntur, etiā si hoc clysteribus donare, maximè sit apud plerosque graue.

Libr . 7. Verūm cùm Gal. testimonio constet, quæ in intestiapho. 10. nis continentur, per ventriculum aliquando rejci, etiam si plurimū ventriculus ea auersetur, mirum non erit, si quæ familiaria sunt esuriens vltro trahat, præsertim cùm non paucæ meseraicarum pro

Li: 3. de caus. sym pt. pagines ad tenuia intestina, & colon usque prouenant. Quo sit, vt licet Galen. ad iejunum tantum pertingere clysteria posse fateatur, per dictas meseraicas facile p̄cipuis membris cōmunicari posse. Conficiuntur huiusmodi clysteria ex iure aliquo aut ex stillatitio, vel ex carnis liquore, vitellis ouorum & vino, his maximè qui ex frigiditate imbecilles facti sunt: quibus adde triticeæ farinæ cremorem, ptyfanæ aut amyli dilutum: deinde ex his conficiuntur, quæ nobis familiarissima fuerint & boni odoris, vt audiūs natura consuetum

suetum alimentum ab insueto loco arripiat. In omnium verò clysterium administratione quę excrementorū alui ratione injiciuntur, consuetudinē egerendi inspicere oportet: nam plerūq; magis in posterū venter adstringitur: satius enim est in conualescentibus & debilibus & diuturnis affectibus aliquibus diebus naturae actū expectare, quam frequentioribus clysmatis assuescere, nam eis sublati, consueta vacuatio diutius protrahitur.

Mille præstāt beneficia nostris corporibus glandes: nā aliquando aluum irritat: à distatissimis trahunt: dolorē sedat & pruritū: vlcera recti intestini curat: ascarides interficiunt: reddere iniecta clysteria cogunt: purgantis etiam pharmaci actionem iuant: & tandem vicē clysterium gerunt, vbi laborans ea renuit: item hæmorrhoides prouocat: sedis & penis resolutionibus profundunt: menstrua ciunt, & somnum arcent profundum.

In glandiū equidē administratione, taxare cōuenit vulgarē constituēdi modū, quod adeò extēs magnitudinis fiant, quod facultatē expultricē aut nō irritēt, aut lēdant. Nā cūm expultricē solū habent irritare, dum podicem aut recti intestini extremum lacessunt, esse longioris formae est inutile: qua ratione cēleo satius esse minoris effingere lōgitudinis, sed majoris grossitiei, quæ nimirū dīgiti vtrinque acuti effigiem æmuleunt. Quæ verò attrahendi vim obtinent, præter id quod à toto corpore trahunt, reuelandi quoq; & euocādi à quām distantissimis partibus efficaces sunt, nec non & ex propinquis deriuādi: quo sit, vt proflint febris acutis, anginæ, suffocationib⁹, doloribus etiā capitis, vertiginis, & soporofis affectionibus, quia sopitam facultatem valenter excitant: maximē si

De glandibus.

*glandium
magnitudo*

Institutionum Medicinalium

præter irritantia medicamenta etiā aliquid purgāt
recepérunt. Primi generis sunt quæ conficiuntur
ex pyrethro cum sinapi, melle & resina, aut cū cen-
tauræ, pice & cera: ex grano etiam q̄nidio, panace
& hiera logodij. Secundi verò generis sunt, quæ
conficiuntur ex pulpa colocynthidis, turpeto, scā-
monio & alijs validioribus medicamentis: quæ pro-
fecto his tantum sunt ex v̄su, quibus aut sopita gra-
ui sonno est facultas, aut morbo grauiori op-
pressa, aut vbi à distantissimis locis reuelere est
necessum: quippe in alijs mitiores sufficiunt. At si
intestinorum doloribus mederi velis, dum ex fla-
tu concitantur, conficies ex his quæ simul anody-
nam & discutientem habent vim, vt quæ sunt ex
butyro, axungia, sepo, & pulueribus cumini, anisi,
dauci, origani, rutæ & similiū. Sic in hæmorrhoi-
dibus conficiuntur ex sepo cum indurato ovi vi-
tello, vel cum butyro cocto, aut feruefacto oleo
amygdalarum dulcium. Ulcerum verò dolori-
bus ex pauxillo opio leuiter torrefacto, & myrrha
castigato, addito emplastro ex cerusa: cui v̄su, &
hæmorrhoidibus molliores oportet efficere glan-
des, quām reliquis affectionibus: narcoticaq̄e ra-
rō & in parua copia his sunt admiscenda, quād
eis sedi appositis facile resoluatur: & ob id s̄p̄ius
oportet vino calido sedem abluere. Sic vbi sol-
lum mens est recti intestini ulcera curare, glandes
illiniæ vnguentis quæ abstergant, quæ carnem ge-
nerent, exsiccant & cicatricem inducant: qualia
reperies lib. 2. huius operis. Item lumbricis, quæ
ascarides appellantur, mirum in modum proficuæ
sunt, si eas conficias amaris & aridis medicame-
nis, velut est puluis absynthij, hyssopi, panacis,
vituminis, lupinorū, & aloës, cū resina & ladano.

Q V A-

Q V A L I T E R S A N G V I S
mittendus sit.

INSTITV TIO IIII.



T sanguinis missio magnū est auxilium, ita profectō diligenter ipsum considerare opus erit, ni velimus ex eius indextero vſu magna quoque damna accersire laborantibus, sicut ex recto vſu incredibilia beneficia. In cuius auxiliij administratione primò diligenter rimari oportet, qualis futura sit corporis dispositio, quę adeò grāde auxiliū expostulet: secundò ex quo vacantiū genere sit: præterea quibus modis sanguinem à corpore fundere licet: insuper quos vſus præstet sanguinis missio: & vltimò quibus indicationibus & conditionibus cā fieri metiri que oporteat.

Vnam mihi constat Medicorum consensu, eum corporis statū sanguinis detractionē expostulare, qui plenitudine humorū à medio & naturali recessit. Cuius status qui exactē notitiā cōsequi voluerit, legat Gale. lib. aduersus Iulianū, plenitudinē seu redundantiam duplē constituentem: vnam quicē qualitatum, & reliquam humorum. Hanc rursus ultimani subdiuiserat alibi in plenitudinem & corruptelam: istam ex humorū vitio ortam: illam veiō ex vbertate & abundantia. Sed hanc quę verius plenitudinis nomē meretur, diuisit eisdem locis, in plenitudinē quoad yassa, & (ut vulgariter fertur)

Libr. de
plen.

Libr. 3. de
sanit. tuē.

Institutionum Medicinalium

quoad vires: quas si quis attētiū cōsideret, pculdu
bio reperiet eiusdē esse rationis, & vtrāq; ad vires
pertinere: siquidē impossibile videtur, vasa corpo
ris adeò esse humoribus plena atq; distēta, q; ruptio
ne pericitari videātur, & quōd simul vires nō gra
uētur. Ratio est, quia animalibus ea capacitate prē
dicta vasa donauit natura, qua plena vires nō grauē
tur: verū si distēdātur vltra modū, ita vt vereamur
prēdictū periculū, vires quoq; grauari erit necessū.

L. I. a pho
ri. 3.

Qua ratione cēse Hipp. dixisse, in plenitudine ex
pedire bonū habitū statim soluere, vt corpus rur
sus nutriti incipiat, & ne in corruptelā & cacochy
miā degeneret, quōd vires plenitudinē vasorū su
stīnere citra hēc incōmoda nō possint. Ex quo cō
stat, vtramq; eiusdē esse rationis: nō tainē subinde
sequitur, eā quē est ad vires, fore necessariō ad va
sa, quia sēpe vires adeò sunt languidæ, quōd vel à
longē minori copia grauari possint.

Ceterū ea plenitudo quæ quoad vasa dicitur, duo
bus efficitur modis: nimirū aut omnibus humorib⁹
equaliter adauētis, quā Medicōes appellarūt plen
itudinē simpliciter: aut solo sanguine copiosiūs re
dūdant, & nūcupatur plenitudo sanguinea: modō
reliqui abūdet, sed sanguis supra oēs: modō reliquis
manētib⁹ in cōlibrio & solo sanguine exuperatē.

Verū si quis alius humor supra reliquos abūdaue
rit, reliquis in simetria naturali manentib⁹, redun
dātia potiūs dicetur, aut cacochymia, quā vnius hu
moris plenitudo, vt nōnulli cēsuerūt: quia sanguis
potest augeri citra vitiū qualitat̄is (cū calido natu
rali & nobis familiarissimo abūdet) reliquo rū verō
humorū nullus abūdabit copia, quin enā qualitate
vitiet corpus: at plenitudo quæ vulgariter dicitur
ad vires, nata est oēs nostri corporis vires preme
re, licet p̄cipue naturales; etiā s̄epius cōspicia

mus omnes labefactari, propter venarū cōtexturā & arteriarū viciniā:nā vt apertē insinuat Gal. inse Li. 16. de runtur in venis ipsis fibre quædā arteriarū & ner- vū part. uorū, vt facile probat cōsensus ille Hipp. & cōspī. ratio vna. Ex quo prodit quòd ex p̄dicta plenitu dine sensus quidā grauitatis in toto corpore p̄sist, animali potēia plus iusto grauata. Itē sit, quòd etiā si citra corruptelā incipiatur, protinus tamen sequatur caloris influētis & innati, ac naturalis potentiae viribus etiā grauatis & obrutis.

His habitis statuendū est, illā primā plenitudinis sortē, triplicē sui p̄stare considerationē: quippe primō, aut adeō leuis & parui monēti est, vt medio exercitio aut inedia, vel frictionibus facilē curari possit. Vel secundō peccat in ea adeō supra oēs sanguis, vt licet alij humores adauerti etiā sint, ille tamen supra oēs creuerit: quo tempore licet sanguinē detrahere expediat, non tamē sufficit vt plenitudo subsideat, aut affectus delitescat, absq; naturę ope & artis adiminicolo. Ratio est, quia cū sanguis reliquos humores supererit, & sanguinis missio ex equo oēs euacuet, necessariō in his qui remanēt, superior euadet semper sanguis, quē postea natura in finūcu los & tumores paruos ac benignos solet cōcerere adhuc sanguine missō. Tertio modo plenitudo omnibus ex aequo humoribus adauertis, cōstituta est, quæ sanè ē directo sanguinis detractionē expostulat, tanquam peculiare & propriū sibi p̄sidiū.

Præterea statuendū est, euacuationū omnium, quibus plenū corpus euacuamus, quasdā esse sensibiles, quib⁹ materia educitur sub propria forma: alias esse insensibiles humore mutato in vaporē: nōnulas rursus esse equeales quæ ex omnibus humoribus aliquid educunt, qualis naturę est venæ sectio:

G 4 inæqua-

Institutionum Medicinalium

inæquales alias, quæ vnum vel plures, sed non omnes humores educunt, velut est purgatio: rursus constat nonnullas esse vniuersales, quæ à toto corpore aliquid educunt, & alias particulares, quæ ab una vel pluribus partibus aliquid euacuant, sed nō ab omnibus. Quibus constat sanguinis detractione esse ex equalium euacuationum genere.

Insuper sanguinem detrahimus à corporibus multis profectò modis, quorum quilibet propriā & peculiarē habet in morbis indicationē: sic ipsum mittimus per venarū incisionē, per scarificationē cutis, per hæmorrhoides, & vnum per hirudines.

Ex quibus omnibus venæfectio duplex præstat beneficium: vnū quidē primū & per se, cùm solū vacuationis gratia in vtraq; plenitudine eo utimur: reliquū verò per accidēs, quando aliquid præstare volumus, quod sine euacuatione fieri nequit, vt cū refrigerationis gratia sanguinē mittimus, aut dū corpus sudare vel purgare nitimus, quo facilius & securius citra corporis turbationem aut calorē id possimus efficere.

Sed vt propriū ad huius auxilij dignitatē & efficacia accedamus, expēdendū est, prædictā plenitudinem quatuor modis dispositā in nostris corporibus reperiri: quippe aut vniuersum corp⁹ occupat: quo tempore euacuationē per sanguinis detractionē necessariò expostulat: aut à toto vel à parte ad particulā aliquā mouetur effectura malū: quo tempore reuulsionē desiderat: vel rursus iuxta partem, & in eius venis iam est, & plenitudo siens ac partialis nūcupatur; cui iure optimo debetur deriuatoria nūcupata euacuatio. Insuper aut hęc plenitudo partialis facta iā est, & permanet fixa in hęrenſq; parti, cui solū euacuatio à parte ipsa facta ex æquo deberetur.

Quibus

Quibuscōstat, quatuor esse per sanguinis detractio
nē euacuationū genera. Nec mirandū est me quartā
addidisse, cū Gal. solū tres numerauerit, quod fa
ctum necessariō est, ob humor s in oto aut in par
te dispositionē: nā cū inhāre alicui partī ulæ hu
mor, solū per illam desi. terat euacuari: cū n in ve
nis partis affectæ adhuc præst, tunc expostulat de
riuari: sicut reuelli cūm à propria sede mouetur ad
particulam afficiendam. At Hippo. primus omnium
quartam addit, cūm humores citra respectū ad par
ticulam aliquam in toto genere venoso copiosi &
quieti adhuc manent, quam veram plenitudinem
appellamus: quo tempore vacuationem simpliciter
nuncupamus, quia talis est citra considerationem
reuulsionis, derivationis aut euacuationis à parte:
nam ob id dixit: His de causis bonum habitum sta
tim soluere expedit. Cui vñsi etiam Gal. vt Hippoc.
sententiam confirmaret, in omniibus febribus putri
dis & continentibus, sanguinem mittere iussit, nem
pe ad deponendam plenitudinem, quo perfectius
fiat coctiones, & vt medicamentis subsit liber adi
tus: item ad ca'oris ventilationem. Quo sit, vt hac
ratione accepta sanguinis detractio, per se nec mag
nis, nec paruis affectionibus videatur magis conue
nire: siquidem Gale. ad sanguinis detractionem sat
esse dixit considerare plenitudinis, tū quantitatē, tū
qualitatē, & ob id dixii soli plenitudini ex vñsi es
se. Q'ipropter in particulari plenitudine tria quæ
diximus separanda sunt: nam primum præcauet, ne
ad partem consuetam in sanitate, aut signatam ali
quo accidente in morbo futuro humores confluāt,
voca a reuulsiō: secundū præcauet augmentum, eu
acuato humore in venis particulæ contento, dicta
deriuatio: tertiū euacuatio à parte nuncupata, quod

Li. r. r. a.
pho. 2.Li. 9. me
tho. 1.Li. 1. san
tuem. c. 6.
Li. de opt.
fect. ad
Tra.

G 5 euac-

Institutionum Medicinalium

euacuēt humorem in parte contentum.

**De reūl
foria sā
guinis
detra-
etione.** Sic profectō , tanquam à digniori, reuulsionis conditionem aggrediar: quam proculdubio antispasum appellant Graeci, hoc est , attractionem ad contrarium: quo constat nihil aliud esse, quā fluentium humorum incursus ad cōtraria reuocationem retractionemque, qua efficitur, ne confertim atque immoderat è ad aliquam partem fluant : itaque solum est impetus humorum præsidium. Verūn cùm ex Gal.decretis constet per verbum illud , antispasim, aliquando intelligendam esse retractionem ad contraria, nonnunquam ad partes distantissimas, & non raro ad originem, arbitrandum est, nec temere nec inconsulto id statuisse: sed quia his tribus modis reuulsio suam gratiam impartitur nostris corporibus, ita iuxta corporis dispositionem , nunc vna ex his reuulsionis sortibus opus habemus, nunc alia, nec vna beneficium alterius supplere vlla lege potest.

**Retra-
ctio ad
distātes
partes.** In qua re statuendum est , retractionē ad partes distantissimas, ei deberi particulæ laboranti quæ as-
suevit fluxionem suscepere, vel cùm denuo ad aliquam humores minantur aut incipiunt fluere: quod mille in locis commendatur à Galeno docente, dum pars superna laborat, ad inferas: dum myero inferior, ad supernas reuellendum esse, vt assueta natura dif-
fuscat à prava consuetudine, euocata per sanguinis detractionem in distantiori loco factam: quia ad partem sectam exonerat se corpus facile , inanita etiam parte magis à toto trahente. Habet tamen hoc præsidium dum citra alterius affectus complexum adhibemus, sola reuulsionis ratione, præcipuum locum in præcautione, vt in his quibus totum corpus fluxioni consentit, & qui diutius se

exer-

exercuerūt, vel ceciderūt ab alto, aut percussi sunt, siue ad sit, siue desit plenitudo: quod his verbis dixerat Hipp. Venę igitur sectiones iuxta predictum sermonem facere oportet: nam sectiones quam longissimae a locis faciamus, ubi dolores fieri, & sanguis colligi solet: sic enim mutatio magna minime repente fiet: quibus verbis manifeste ostendit ad distantissimas partes fluxiones esse reuelandas.

Li. de na-
tu huma.

Nulla facta distantiae consideratione, fluxiones Recurrendere docuit Galenus libro artis medicinalis, *sus ad ad originem facta retractione, siue origo proxima originē ma sit, siue secus, Quo sensu dictum est à Galeno,* Libro. 5. falsos humores à capite in pulmonem fluentes, metho. *taphia capiti admota reuelli: item Hippocrates, e. 13. dies in qua cœpit morbus, & principium ex quo Libr. 1. ad consideranda esse iubet. Sic in epilepsia à crure Glau. c 7. affecto fidissimo experimento constat ab eo- Li. 6. pop. p. 3. 18. dem crure esse reuelendum: sic in pleuritide ab eodem latere: in fluxu sanguinis narium curcita è regione partis per quam fluit apposita, optimè reuellit. Nec obstat Galen. varium Li. 4. seu. fuisse in reuulsionibus consignandis, cùm renibus inflammati à cubito & crure venam seca- 57. re iubeat: sicut in sanguinea coxendice: quod constat dixisse, quia renes ambigunt, & iecur in medio est corporis: quo sit, ut pari ratione ab utraque parte fieri possit reuulsio: præter quā quod in inueteratis haruin partium morbis à talo, in recentioribus à brachio id efficere consulunt. Sed explicabis Galenum longè melius, si dixeris reuulsionem esse duplē, localem vnam, & simpli-*

Institutionum Medicinalium

Simplicem aliam: illa quidem sit in fluxionibus quæ signatam habent originem & fontem fluentis humoris: simplex verò reuulsio in his fluxionibus exercetur, quæ à toto corpore dilabuntur. Sic enim dixit Gal. Nisi in origine fluxionis ad fontem retrahas, parum in reuellendo promoueris.

Retra-
tio ad
cōtraria
Li. 13. me
tho. c. 10.
Lib. artis
med. 25.

Longè maius facebit negotium in reuulsionibus efficiendis ad contraria retractio, quia authorū verba & varia, & obscura passim circa eius naturam reperiuntur. Nam licet Galen. utiliorem afferat esse ad reuulsionem distantiam, statuit aliquando eā debere fieri ad contraria: nonnunquam seruata rectitudine, cùm hæc omnia simul coherere sit perdifficile: inquit enim reuulsionem esse illabentis humoris tractum in contrariū, vt cùm ad oppositas & maxime distantes reuelliatur: & subdit, seruandam quoque esse rectitudinem dextrorum cum dextris, & sinistrorum cum sinistris: qua seruata, nulla amplius seruari potest contrarietas, quæ maior est dextrorū ad sinistra, & è contra. Sed cuiusque harum seorsum placet meminisse. Est igitur ad contraria reuulsio, propriè impetus humoris præsidium potius quam partis affectæ: quod longius distet contraria pars ab affecta, quam quod illi possit præstare gratiam aliquam sanguis ex contraria missus. Solùm enim contrario hoc motu, motus & impetus fluentis succi compescitur. Non tamen est ita facile dirimere, an per verbum ad contraria liceat intelligere partē contrariam ei ad quam fluit, aut ad contrarium motum ei quem seruat humor fluens: nam cùm humor fluat ad dextrum latus, maior contrarietas est si reuellatur ad sinistram humor, quam si per idem latus sursum ubi fluit reuellatur. In qua re proculdubio virumque licet intelligere: nam ad veram & ex qui-

quisitam reuulsionem, sat est aliquam adimplere eorum contrarietatum, quas reuulsionem includere in aphorismis scribit Gal. sursum nimirum, deorsum, dextrorum, sinistrorum, ante, retro, intro, & extra. Quarum diuersis locis meminit, dum intra eandem quadram seruetur oppositio. Ut cumque tamen fiat, ad contraria reuellere, longe maius praestabit beneficium præcautionis quam curationis gratia. Verum non leue est dirimere, qua nam ratione dixerit Gal. reuulsionem debere fieri, semper communione & rectitudine seruata, siquidem incompatibile videtur exquirere rectitudinem & communionem dextrorum ad sinistra: sed hac lege hunc nondum aperies.

Primus omnium Hippo. catixim, seu rectitudinem ut Gal. est inens, docuit seruandam fore in omnibus euacuationibus quæ per sanguinis detractio. nem fiunt: quam explicans idem Gal. dixit esse dextorum cum dextris, & sinistrorum cum sinistris. In qua re, prætermissa de fibrarum rectitudine Fernelij disputatione, eam solùm intelligere licet, quam explicat Gal. his verbis Ostensum nobis sa- pius est ab Hippo. dictum fuisse, quod partes secundum rectum sitæ, plus inter se communicant, & fruuntur: quam sententiam vterius exponit idem Gal. dicens: Si in parte dextra locorum passio fit, à dextra manu aur crure sanguinem detraxeris: si vero in sinistra, à membris quæ illi edirecto sunt. Quod libr. de sanguinis missione clarius explicuit: Quæcumque sanguinis eruptions. secundum rectum fiunt, maximam ægrotantibus commoditatem afférunt: quæ vero contra sanguinem excernunt, nihil iuare, aut potius nocere nata sunt. Quam sententiam veterius confirmat dicens: Secundum rectum costarū hypo-

De re-
nulsione
seruata
rectitu-
dine.
Lib. 4. de
fracturis.
Li. de usu
par. c. 7.
Li. 2. ad
Glau. c. .

Li. 1. acu.
comen. 18

Institutionum Medicinalium

hypochondriorum tensio, & splenis turbationes, & ex naribus eruptiones perficiuntur. Dimitto hac in parte exempla, & loca alia Hippo. quibus facilè probari possit, breuitati consulens. Verùm si quis rem diligentius pensaret, reperiet vniuersam rationem comoditati & usus reuulsionis per rectum factæ, pendere ex vasorum communitate, quæ maior est cumusque lateris ad se ipsum quam cum altero, & contarietas (vt controversia diluatur) seruanda est solum inter sursum & deorsum in eodem latere, in quo fieri possit restitudo, nam unius ad alterum alia exquirenda est, vt mox leges: sed hanc vasorum communitatem specialius expendere oportebit.

**De vaso
rum cō-
munita-
te seruā-
da in re-
uulsione** Cōmunicantur enim vñc, prima sui cōmunione, per proximas venarum diuisiones quæ vni trunco sunt cōmunes: nam vena, exépli causa, dextri lateris interna, germinationes in partes vicinas circū-distribuit, à quibus latus illud, secundūm partes suas minimas foneatur & alimentum recipiat: & cū fluētes humores inter initia fluxionis, in venis ad-huc manent, trucus, ille magnus, à quo prædicta gerinina fuerint disseminata, scalpello aperius, aut quiuis eius ramus, retrahit sanguinem cōtinui ratio-ne, & facilè ad apertā partē euocat. Quo fit vt secta vena basilica sinistri brachij, partes sinistri præsidium protinus sentiant. Denique propriè & verè dicuntur illæ parties cōmunicari per venas, quæ eas habent ab eādem concavitate & trunco deducatas: quod laudauerat Galenus dicens: Optimam fieri euacuationem per venas deductas ab his quæ in partibus sunt sitæ. Igitur cū pars quæ afficitur,

**Li. desan-
gui. mis.**

citūr, & illa cuius vena scinditur, venas habeat à communī & proximo trunco deductas, illę inter se venarum communitatē habere dicuntur: ideoque altero cruce male habente, reliquum scarificare iubet Galenus, propter communionem venæ, quæ bifurcatur in lumborum regione, à qua ad utrumque crus rami descendunt. Secunda tamen venarum communitas fit, cùm venæ eiusdem lateris ascendentēs, & descendentes communicant per sua orificia: nam oscula osculis eiusdem lateris coniunguntur & coeunt. Cuius apertè meminit Hippocrates his verbis. Communicant autem omnes venæ & confluunt inter se mutuò, & aliæ quidem sibi ipsis per se committuntur & concidunt, aliæ verò per venulas à venis extensas: quæ autem carnes nutriunt, ea parte inter se confluunt. Ex quibus manifestè colligitur, in pleuritide expedit semper ab eodem latere sanguinem detrahere, tum propter alia, tum maximè propter hanc communionem. Ex hac etiam communione prodit, & ob peculiarem venarum deductionem, nulla seruata rectitudine aut distantia, solum hac venarum communitate, in quibusdam partibus peculiarem fieri reuulsionis modum, ve cùm Hippocrates dixit: Posteriora capitis dolenti, recta vena frontis inscisla iuuat. Et similiter affecto uno ex temporibus venæ apertæ aut scarificatæ in alio iuuant. His suppositis, facile quiuis distinguere poterit, quando hoc, quando illo reuulsionis modo ut debeat: nam ad originem reuellere his affectibus ex yisu est, qui ex peculiari aliquo membro

Li. 6. dē
Io. in hu-
mine.

origi-

Institutionum Medicinalium

originem trahunt: ad distantes vero, his qui ex toto corpore solumentum suscepiant: ad contrariae virtus, numerum ad contrariam partem ei ad quam fluit, & ei a qua fluit: & tertio propter prouidentiam & præcautionem morborum, qui solent statutis aut inordinatis temporibus recurrere.

Prætereat in his reuulsioneibus id perpetuo adseruabis, quod in validissimis fluxionibus auctor, ut est causus, iactus aut plenitudo insignis, quia ratione est consonum a toto confluere, sedare oportet non solum in recto, sed in distanti ac saepe in contrario. Præterea ubi larga vacuatio exerceri non posset, quæ fluentem & fluxum humorem extrahere sufficiat, ex proximo loco exercenda non est, quia maiorem concitat confluxum vicini loci insufficiens inanitione: quo nomine crura ad haemorrhoidas & menses ciendos scarificantur. Quo sit ut in his si communias haberi non possit quæ per oscula sit, nulli dubium est, quin etiam præter reuulsionem aliquid eius quod proxime accedit parti, euocetur retrahaturque, ut consuluerat Hippo. Vtrumque esse obser-

Li. 6. pop.
p. 2. co. 8.

uandum præcipiens.
De reuulsionis etiam natura est, ut dum affectus urgentissimus est, maiores venas inscindamus. Secus res se habet in compescendis sanguinis fluxibus, in quibus quia plurimum sanguinis extrahere non datur, sed per vices & interalla, satius est minores inscindere. Prætereat in fluxionibus sistendis distantissimas venas aperire oportet, longe enim magis fluxio distrahetur. Verum tumoribus præter naturam, maximè internis, quo proximior fuerit reuulsio, eo tutor & utilior est, ut quæ minori sanguinis & virium dispendio maius prestat beneficium, & longe magis euacuet quod laetum est.

Item

Item non minoris momenti est in reuulsione efficienda scire eam recentibus fluxionibus plurimū ex vsu esse, vt vetustis deriuationem. Cum hoc tamen contingit reuulsionem diuturnis fluxionibus prodesse, sicuti Hippoc. dixerat, diuturnum ventris fluxum vomitu sanari, & antiquas oculorum fluxiones occipitis sectione. Quippe certissimum est, solis magnis ac vehementissimis fluxionibus reuulsionem auxiliari, vel si præsit magna humorum copia: quo sit vt in apoplexia & paralysi, quia impetuose nō mouentur humores, non liceat neq; ad distantes reuellere, nec plurimū sanguinis fundere.

Insuper nec verendum est in cutaneis affectiōnibus, vt sunt variolæ, & morbilli, & in febribus malignis in quib; maculæ apparent, sanguinem fundere, obtinorem retrocessus macularum: nam si plenitudo adhuc viget, sanguine missō longè minus delitescunt, imò & plures appārent, quia eo auxilio perfecit ars inceptum à natura opus, & non dum finitum: sat enim erat eo tempore adhuc inore sanguinis detractionem, expectare donec completū sit tempus apparitionis macularū, si modicē plenitudo deposita est, si vero nihil, nulla ratione differre oportet: sed de his latius libr. febrium.

In reuulsionibus adhuc superest, non solum fluētibus humoribus prodesse, verū & quietis: sed qui fluere in aliquam partem assuescunt. Iubet namque Galenus easdem venas secare in præseruatione quas in principio affectus. sed in principio iubet ad distantissima reuellere, ergo & in præseruatione. Quod clarius adhuc ostendit, quando idem sit humor qui in præseruatione, & qui prætente affectu reuellitur.

Qui exacte velit intelligere, quando liceat deriuatoria De ut-

Institutionum Medicinalium

citatione
deriuat-
oria. uatoria vti vacuatione, expendat prius, & diligenter
examinet, qualis sit dispositio & locus humoris pec-
cantis, vt facile ex modo modū vacuationis consu-
lat idoneum. Peccans igitur humor, aliquando par-
tis substantiae impactus inhæret, cura fluxionis cō-
plexum: nōn inquam in venis illius partis adhuc
continetur, ante quam ex toto in spatiis non natu-
ralia partis quæ afficitur decidat. Tertio verò &
vltimò ad locum afficiendum humores mouentur,
ac nisi prohibeantur, affectum generant, aut geni-
tum augent. Ob quas humorum dispositiones, du-
plicem licei constituere speciem auxiliij: nimirum
humoribus qui in motu sunt reuulsionem, et tamē
qui per partis affectæ substantiam dispersus est, va-
cuationem à parte factam, verū ei qui in venis
partis affectæ aut illis proximis adhuc continetur,
vacuationem deriuatoriā. Quippe, inquit Gale.

Li. 6. po-
pu. p. 2.
eo. 7. deriuationem solet Hippo. nominare, quando hu-
mores qui per non conuenientem regionem inci-
piunt ferri, ducimus, non per eam, neque per distan-
tissimam, sed per aliam propinquam. Quibus ver-
bis constat deberi deriuationem debilibus fluxio-
nibus: item diuturnis, sed quietib[us] humoris
bus, fluere tamen assuetis, dum impetuose fluere
non assuecant. Prodest etiam his affectibus qui
alijs vacuationis generibus non cedunt: idquè
duplici ratione, tum quod id quod in venis partis
continetur per vicinas partes iutiūs educatur:
tum verò, vt quod in mandante membro indies
aggregatur paulatim ante quam congregetur,
per partem libi proximam educat. Quibus profe-
cto sic intellectis, diluitur conglomatis quæ ex
d[icitis] Gal. oritur, qui impacto humoris & partē ob-
sidienti deriuationem confulit. Et alibi durante
pau-

Lib. 1. ad
Glan. c. 6
4. Meth.

paucō tenuique fluxu deriuationem esse molientiam docet: sed intelligendum est impactis humoribus præstandam esse per vicinā deriuationē, dum per partem non datur humorem evacuare: in fluxionibus verò tenuibus, & citra maximum impetum, deriuationem quoque, sed per paulò distantius à parte affecta, ne fluxionem maiorem concitemus, si sicut per propinquora loca. Cum hoc tamen satius esse arbitror eam reuulsionem appellare, ut cùm affectis oculis & lingua vomitoria negat, deiectoria verò commendat: contra tamen in priapismo, nephritide, sciatonica & podagra, deiectoria negat, & vomitoria commendat, cauens ne, si per propinquā moueat, nouas aut maiores fluxiones ad partes conciteret. Præterea in deriuatione exercenda solum opus est venarum communionem expectare: quo sit, ut saluatellæ dextræ insuffatio in febris inueteratis & viscerum diuturnis affectionibus, deriuatione facta, mirum in modum proicit.

Cùm ex humoribus qui fluxerunt, aliquid iam De vñ
est adeo parti impactum, quod nec reuulsione, cuatior
nec repulsi, resolutione aut suppuratione tolli ne a pat
poteat, sed maius aliquod periculum minatur:
tunc quidem evacuatione à parte facta, id peri- te afe-
cillum vitamus, humore ibidem contento edu- cia.
cio, ante quam pars in gangrenam degeneret. Quo
sanè præsidio utimur in his omnibus affectioni-
bus, in quibus verenatur ne in corruptionem comuni-
gret particula: sic in gangrena, in carbunculis, in
pestilentibus tumoribus, in morsibus venenatorū
animalium, in quibus timemus ut id quod adhuc in
parte continetur, in deterius migret: quo etiam pia-
H 2 fidie

Institutionum Medicinalium

fido utimur in gingibis, humore turgētibus, aut in
maculis, & defœdationibus alicuius particulae: que
opera plerūq; exequimur per cutis scarificationē.

Li. 13. me
tho.

His habitis, vt quis vti iuxta artis præcepta his
præfidijs sciatur oportet in memoriam reuocare Ga-
le. quandam sententiam quæ se habet in hunc mo-
dum. In principio inflammationum reuellendū es-
se quod influit, quod verò influxit, deriuatione tol-
li per vicinas partes: aut ab ipsam partē affecta va-
cuadū esse. Quæ sanè opera per diuersas venas exe-
qui debent: nā idē locus respectu vnius non potest
haberi vt distās & vt propinquus: nec rursus ma-
teria reuulsioni apta erit deriuationi obnoxia, quia
hęc in parte iā contineri debet, illa verò in motu ad
partem concurata.

Defcari
ficatio-
ne.

Li. 2. c. xi

Quæ opera exequimur quavis alia sanguis detrac-
ctione, eadē prorsus cōsequimur per scarificationē:
que nihil aliud est quā cutis ac subiecte carnis per
scalpellū dissectio, multis tamē foraminibus illatis:
quo sit vt sanguinē quoq; fundere sit nata, ac à to-
to etiā euacuer, plenitudinē deponat, saltē in pueru-
lis: per vicina etiā denuer, ac rursus à parte affecta
pr̄statiūs educat: que omnia citravalidā totius cor-
poris cōmotionē pr̄stat, pr̄sertim tamē debilibus,
pueris, & his quibus pervenā scissam sanguis missus
est, & vltériūs ipsum extrahere oportet, per venā ta-
mē scissam vires nō tolerat, vt Celsus apertē docue-
rat. Est enim, inquit, minus vhemēs, sed magis tuta,
etia si in medio febris impetu, aut existēte cruditate
adhibeat. Cū hoc tamē fugiēdū est ab hoc auxilio
in pueris cruditatib⁹ plenis, haud secus quā in cru-
dis adultis à sanguinis detractione: eque enim est
in

in pueris vehemēs scarificatio, ac in reliquis sanguinis missio: & ob id licet in adultis crudis & in febris vigore cucurbitis cū scarificatione uti vereri non oportet, ita prorsus in pueris satius est cruditates deponere, & febris decrementū expectare. Præstat suā gratiā in reuelliōdis humoribus mirū in modū: nā ob id dictū est. Altero crure male habete scarifi cabis reliquū. Humores etiā parti affixos, per scarificationē deriuamus: sic hemorrhoidas aut mēses evocamus, femoribus scarificatis: itē inflāmationib⁹, quas alia præsidia nō valuerūt ex toto finire, scarificata parte præsidū sit: vt in pleuritide cōtingit, nō sine magnaytilitate. Itē humoribus impactis scarificata cute, lōgē magis visum est cataplasma & reliqua auxilia profuisse, quæ antea parui fuerant momēti. Expēdēdū præterea est in huius auxiliij ad ministratiōne, vno ē tribus modis scarificationes posse fieri, vt Gale. consuluerat: nā aut tenuis & superficiaria efficitur, aut magna & profunda, aut lōgitudine, & profunditate inter has media. Quarum quęlibet diuersum in re practica præstat vñi: quippe quæ in superficie siūt scarificationes, nō trahūt ē lōginquo, nō reuelliūt, nō deriuāt, aut saltē morose, sed solū à ūma cute hæretē humorē educūt, quo sit vt magnis morbis opitulari nō possint. At quæ lōgiores & profundiōres sunt, plurimū sanguinem exhauriūt. Cuius rei testis est Gal. qui scarificato sibi crure, cū pestilētia laborasset, duas ferē sanguinis libras extraxit: quo sit vt à partibus remotissimis, vt à capite in crura, à crure in manū reuelliāt. Quę vero in medio vñiusq; sunt, earū pariter incōmodave rāt, ideoq; alijs præferri debet: nā ob id cēseo Hip. dixisse, terminū scarificationis tātū esse cutē ipsam. Yerū de temere has tres scarificationis sortes sta-

Li. 2. ad
Glau.Lib. præ
fagium
exper. cō
fir.Libro. de
cfl. Med.

Institutionum Medicinalium

tūras fuisse credas, sciendū est, leues ex v̄su esse, vbi tenuis sanguis viget, & in corporibus puerorum & imbecillū: si verò cōcretus aut crassus, profundiores. Incisiones autē fieri debet secundū pilorum positionem, in fronte verò per transuersum: ante tamen quā nō siant, vel pars touenda est aqua calida, vel cucurbitula afigenda.

De bīra
dīmībus.

Sanguinē autē per hūmidines fundere, cōmunissimū est in re practica: nā eis affixis & sugemib⁹ resūlso fieri aī quā distatissimas partes, & deriuatio, sed maximē ab affecta parte euacuare natæ sunt. Quę sanè munīja præstāt, vel vbi curi affiguntur, vel extremitatibus vasorū: hoc quidē vt vniuersi corporis plenitudinē, præsertim melācholicā, depōnat, aut à distatissimis partib⁹, vt à capite & corde reuellat, id quod ſarīs affixa etiā efficiunt: in quib⁹ locis parti ratione appositæ deriuare natæ sunt, ab ſplene, iecore & meserēo. Sic naſi venulis aut angulis oculorū, vel post aures affixa morbis oculorū & capitī medētur media deriuatione: itē pueris dysenteria laboratibus, si brachijs adhibueris, ſicut in cutis foeditatibus, plurimū beneficij præstabitis. Proſunt mirū in modū acutis affectionibus, ſi vires nō admodū cōſtēt: ſed maioriſ ſunt momēti in diuturnis & in aeterinis, vt in mania & melācholia & ſoporoforis affectionibus, ac in omnibus quæ ſiūt ex fæcūlētis & crassis ſuccis, quales hemorrhoïdes contineant ſolēt. Sic hemorrhoïdibus dolentibus & tumenti bus, ac varicibus ſummopere prodeſſe cōpertū eſt.

De quā
trate
ſa. qui-
nis ex-
trahen-
dī.

Cōstat medicā facultatē nō eſſe ex præceptis cōjecturalē, vt quæ perpetua & stabilia ſint, ſed potius ab actione & medētū opera, que cū certū eveniū nō habeat cōiectricē redit. Quare cū in curatio ne morborū nō ſolū videndū ſit quid morboſis af- feciti-

fectibus cōueniat, sed q̄ tñd etiam naturæ ferre pos-
sit, maxima ob id opus est prudentia, ne plus aut
minus naturæ triluas quām ipsa exigat, aut pernit-
tat curatio. Quæ sane cōfūctas, & cōiecturæ
indigentia, longè magis elucet in quantitate san-
guinis extrahenda, quām in quo quis alio artis prassi
dio. Sed vt quis propinquioreni verita i elicere
possit de hac re cōiecturā, in primis diligenter con-
sideret plenitudinis magnitudinem cūm affectus
vehementia: item & virium robur, quod in oīnī
bus evacuationibus p̄e oculis habere tenemur. Sic
profectò habita consideratione plenitudinis, tan-
tum extrahere oportet, quantum exsuperans lēdit,
viribus tamen permittentibus, aut tantum ab ea co-
pia quam præscribit plenitudo p̄termittendum;
quantum vires renuerint perferr. Qua ratione cē-
séo Hippoc. dixisse: Neque compreßiones ad ex-
tremum ducendæ, sed qualis natura fuerit eius qui
debet perferr, ad hoc elucere contienit. Ceterum
quantum debeat esse illud quod postular plenitu-
do, & rursus quantum illud quod renuit facultas,
cōiecturam & prudentiam maximam prærequa-
rit. Scio tamen authores omnes, p̄fertim veteres
illos sapientissimos, tres posuisse viriusque quān-
titatis mentrias, quarum prima desuntur ex Hippo-
pocra. p̄cipiente in ardentiissimis febris & ve-
hementissimis doloribus languore esse mitten-
dum vsq; ad animi deliquium: quam profectò mē-
suram incertam, grauem, & suo modo periculosem
arbitror, nam nec omnes, ad huc plus quām expol-
tulat plenitudo sanguine exiraēto, p̄b. inus ani-
mo linquunt, nec rursus his qui animo deficiunt sēp
sufficiēter sanguis missus est, ob vētricul oris sēfili-
litatē aut viriū lāguorē, vel mille alias occasiones;

Institutionum Medicinalium

ita ut incerta adniodū sit præscripta mēsura. Prēte
rēa nec omnino rūta est illa Gal. mensura, quæ flu-
xiōnis impetū cōsiderat, quia solet impetus multō
antea subsidere, quā debita quātitas sit extrācta, si-
cuti vlt̄ ra procedere impetu delationis aut viriū ro-
bore, quo sitvt postea laborātes deteriūs se habeāt,
& forsan morbus protrahatur. Prætereā suspecta e-
tiā videtur mēsura quæ sumitur ex mutatione colo-
ris sanguinis qui extrahitur: nā cū in altis corporis
sedibus affectio est, nec semel, nec bis sanguine ex-
tracto colorē mutat, donec iterata sanguinis detra-
ctione color mutetur, quod ferre vnicā venæsectio-
ne, nō sine periculo posset natura. Quo sit vt certior
semper mihi visa fuerit ea mēsura quæ ex conferē-
tia & tolerantia laboratis desumitur, quę eo certior
efficitur, quo magis partimur sanguinis detractio-
nes, vt singuliſ diebus diligēs Medicus rimetur quā
tū cōferat, & quantū etiā laborans ferre possit, vt
quādo subsistendum sit, vel vltra progrediendum
certius sciat. Dixerat enim Hippocrat. Nam euacua-
tiones quæ ad extremū deueniunt, graues sunt,
ne conantes morbum dirimere, facultatem ipsam
perdamus. Quamobrem, & conferentiā rimari o-
portet ex morbo minori factō, & toleratiā ex pulsu
qui vitalis roboris certū est indicū. Sunt tamē mul-
ta alia cōsideratione digna, quę non nunquā debitā
quantitatē permittunt extrahi: sāpius verò diminu-

Li. 2. c. 10 tā: quæ elegātissima oratione Celsus cōplexus est.
Sāguinē (inquit) in scissa vena mitti nouū nō est, sed
nullū pene morbū esse in quo nō mittatur, nouum
est: itē mitti iuñ:oribus & fœminis vterum non ge-
reptibus verus est: in pueris verò idem experiri, in
senioribus & grauidis quoque mulieribus verus nō
est: siquidē antiqui primā ylūmāq; ætate sustinere
nos

nō posse hoc auxiliū genus iudicabāt, persuaserātq; sibi mulierē grauidā, quę ita curata esset, abortuū es-
se facturā: poste à verò usus ostēdit, nihil ex his es-
se perpetuū, aliasq; potius obseruationes habēdas
esse ad quas dirigi curātis cōsiliū debeat. Interest
enim, non quæ ætas sit, neque quid in corpore in-
tus geratur, sed quæ vires sint: ergo si iuuenis im-
becillus est, aut si mulier quæ grauida non est, parū
valet, malè sanguis emititur: emoritur enim vis, si
quæ superat hoc modo erepta est: at firmus puer
& robustus senex, & grauida mulier valens, tutò
curantur. Quibus verbis & alijs quæ Galen. addit Libro de
(de tempore, regione, corporis habitu, crudorum sang. mis.
succorum abundantia, vigilia aut inedia diutuina,
& affectu syntopim inducente) facile erit collige-
re, vires solum hoc auxiliū posse renuere, cætera
verò minimē, sed quatenus vires inserviant: nā vi-
res tantum sanguinis detrahere docent, quantum
ipsas permittere visum fuerit, condonantes aliquid
regioni, ætati & alijs quæ nuper memorauimus.
Sic enim pensatis rectè viribus, & cum affectus cō-
ditione collatis, quantitatē etiam sanguinis de-
trahendi certò metiri possumus. Verū ut hanc
coniecturam certius efficere possis, cōsidera tripli-
cem esse vacuationis differentiam: primam quidē
esse integrā & perfectām quæ totā ferē mali ma-
teriam aufert: secundam utilem, sed non integrām,
quæ portione quadam humoris detracta, reliquam
efficit leuiorem: tertiam verò adeò exiguum vt ni-
hil ægrum leuet. Pari prorsus ratione vires in tres
partes secare oportebit: in integras nimirum, me-
diocres, & in fractas ac dejectas. Robustæ quidem
integrā & perfectām sustinent euacuationem, &
quantum affectus ychemenia & plenitudinis co-

Institutionum Medicinalium

pia postulauerint: mediocres, imperfectam quidē, sed cōnodam: cōfractæ verò ac deiecta nullā, aut partitā & paruissimā. Semper enim morbi magnitu do cum virū robore conferēda est, si tutò curatio nem exequi velis. In quibus enim quantitas men suris, vires non solum præsentes, sed quales futuras desideramus, sunt considerandæ: tūm ob acciden tia & casus quæ superueniunt, tūm verò, vt sufficiant coctioni futuræ.

**De occa
fione
mittédi
sanguin
em.** Occasionē mittendi sanguinē & idoneū tēpus, solum vrgēs necessitas & facultatis tolerantia præ scribunt, nulla habita de morbi tēpore ratione, exceptis morborum accessionibus, in quarum incre mens nulla lege licet sanguinem minere: quippe tunc ad extrema corporis se se versunt humores per cutim evasuri: quos iniquum esset ad internas reuocare, nisi scarificationibus vti necēsitas coegerit. At in doloribus, in quibus vt æquū est, quantumvis vigeat, sanguinē detrahere, ita à purgatio ne fugiendū esse cōsulit rei ratio. Itaq; saltē reuul foriē in doloris vehementia sanguis mittendus est:

**Li. de san
guini mis.** at in reliquis affectionibus, vt Gal. cōsulit, sanguis extrahi potest, quavis hora diei ac noctis, & vi que ad vigesimum, iuxta leges tamen adductas: nam intēstiua sanguinis detractio, spiritū exhaustio, calorem natuum eripit, principes animæ partes adeò refrigerat, vt actiones obiri nequeant, vnde cruditates, malus corporis habitus, aqua inter cutem, & alia incommoda subsequuntur. Verūm vt quis longè minus in sanguinis subtractionibus falli pos sit, expendat, quod ubi sanguinis copia cum viriū imbecillitate viget, potius vicitus parsimonia imminuenda est, aut parcissimo sanguine extracto per vices aut per scarificationem. Præte
rea

re à si sanguis non abundat, cùm accidens scissio-
nem venæ expostulans succrescat, ob id non lice-
bit ipsum fundere. si ad fauces aut pulmones decu-
buerit, si subito vocem supprimat, si quis ab altero
cadat, si conatus sit, si ex subito casu sanguinem vo-
mat, si intolerabilis dolor aut calor adfert. Insu-
per, quamvis in biliosissimis naturis & febribus
sanguinem causæ ratione non liceat imittere, refri-
gerationis gratia necessarium est: sic è con-
tra in frigidis affectionibus, quæ ex suppresso
sanguine prodeunt, mox à principio ipsum fundes,
habito causæ respectu, quamvis affectio fri-
gida sit. Præterea ratione symptomatis in alijs
affectionibus, vt dyenteria & diarrhoea, vereri
oportet sanguinem mittere: cæterum quia ie-
cuc calidum id exoptat mittendus est, & pari ra-
tione causa symptomatis ipsum mittimus, vt in
pituitæ fluxionibus suffocatiis passim efficiamus,
& in alijs quæ longiori oratione adduximus tō-
mo secundo, capite de recto prælidiis vñū. Præ-
terea, sanguinis detractiones præcautoriæ plerum-
que fieri desiderant vere incunis, sicut purgatio-
nes autumno medio vel desinente, vt latius eadem
parte probauimus.

Partiri sanguinis detractionem docent pro-
fectò multa: primum quidem conferentia & to-
lerantia cum præsentia eiusdem necessitatis, cui randa
satisfactum non est semel sanguine missio. Præ-
terea idem docent efficere viuum tenor, qui non sangui-
patitur confertam sanguinis detractionem, quem-
admodum in debilibus & conualecentibus, & his de-
tractio-
qui recidiuā patiuntur: item eas partimur ubi vere-
nus animi deliquium. Præterea in angina, diffici-
nam

Institutionum Medicinalium

nam si confertim in his sanguis extraheretur, proculdubio suffocationis periculum subirent, ob viuum animalium defectum. Eadem ratione vacuationem partimur in particularibus affectionibus, ut materia vitiosa prope partem affectionis sita, inter vnam & aliam euacuationem in venas exhaustas subeat, quam inde repetita sanguinis missio proptius eripiet. In bubonibus pestilentibus reiteranda sanguinis missio est, non procrastinanda, ne virulenta contagio venis diutius inhæreat: sed vtra sanguinis detractio futura sit maior, prima ne, an secunda, non satis constat: quippe utriusque reperies authorum decreta: sed controuersiam sic dirimes. Vbi nihil impedit & necessitas plurimū nō vrget, fatius est à parua incipere quantitate, præsternit vbi vires egri non habemus expertas: cæterū vbi eas cognouerimus, & ipse consenserint, vrgente necessitate, plus oportet prima vice extrahere, non obstante Galen. dicto, quo præcipit secunda detractione dimidiū addere: nam eadem parte constat prima detractione tres libras extraxisse, deinde post horam libram vnam.

Li. de san
guin. mi.
c. 17.

**De cu-
curbita
rum sca-
rifica-** Primus omnium Hippoc. eleganti quadam sententia, rectam vtedi cucurbitulis cum scarificazione docuit rationem, dicens. Cucurbitarum porro duo modi commodi existunt: quando enim fluxus procul ab apparente carne, compactus fuerit, circulum ipsius breuem esse oportet, ipsamque non ventrosam, sed prolixam, parte ad manum vergente, non grauem: quæ enim talis est, in directum trahet, maiore autem dolore per carnem disperso, in reliquis quidem confinilem cucurbitam esse oportet, sed circulum magnum: sic enim ex pluribus partibus id quod dolorem facit, educere cōperies ad locum

Li. de Me
dio.

locum conuenientem; nec enim magnum esse circulum putant, si non ex pluribus locis caro comprehendatur & contrahatur: at si grauis sit, ad supernos locos reptit, inferne autem magis detractione facit, ut saepe morbi relinquatur. Latitaque circuli, vna cum incumbentibus fluxionibus, & longe distantibus, a supernis locis multa simul attrahunt de alia carne. Contingit igitur humiditatem inde detractam apponi collecto inferne sub cucurbita seroso humore, & quae quidem infestant, relinquunt: quae vero nihil molestant, detrahi: magnitudinem vero cucurbitae, quae commoda sit, iuxta corporis partes, quibus oportuerit admouere, conjectare oportet. Vbi vero scarificationem subtus cucurbitam adhibere velis, sanguinem scarificandorum locorum conspicuum esse oportet, aliis nec circulum attrahendum scarificare ac pertundere licet, debilior enim est caro loci dolore affecti. Scalpis autem incurvis in summo non valde angustis utendu: est: aliquando enim serosi ac saniosi humores, viscosi & crassi veniunt, periculum enim est, ne in fixuris substent, vbi arcte fuerint incusse. Placuit ad verbuni transcribere Hippocrat. sententiam, ut constet quanta solertia docuerit cucurbitarum usum. nam & modum instrumenti, & adhibendi usum & beneficia, vna hac sola sententia complexus est, ita ut non sit opus alio authore ad ediscendum rectum scarificationis cucurbitarum usum: si quidem vbi corpus imbecille est, scissionem venae renuit, vel vbi symptoma aliquid, venam scindere interdicit, aut dum corpus vacuatum iam est, modo modo quod superest aut morbum efficit, minuit: reuelli etiam ad longissimas & distantes corporis partes: trahit item ab aliis abditisque corporis sedibus, ad extimam cutum:

Institutionum Medicinalium

cutim: sanguinis eruptiones cohibere valet: mēses
mouer: maligna ad cutem euocat, & innumera alia
præstat scarificata cucurbita beneficia, quæ simul
nullum ex alijs auxilijs præstare potest. Seruabis
autē legem in scarificādis cucurbitis & regulam cui
que morbo proficiam: nam dū præualet impetus
ad superiora, & aliquid prope partē principem mi-
natur ingressum, à superioribus partibus incipies
affigere cucurbitas vsque ad inferiora, & inferiores
scarificabis, quo maior fiat reuulsio. Verū si impetus
aliquo modo remittatur, & vrgeat superioris partis
affectio, ab insimis partibus incipies cucurbitas affi-
gere ad superiores, & in superioribus scarificabis,
quo post reuulsionē inceptram deriuetur quod tūc
magis vrget.

Præter ea quæ hucusque diximus de sanguinis
detractione, supersunt adhuc particularia quædam
præcepta, morbis quibusdam obseruanda, quæ vel
ad proprium cuiusque caput placuit potius relega-
re, aut ad librum de recto præsidiorū vsu, quām lo-
giūs protrahere institutiones, quas vt memoriter
facilè possis tenere, breues esse oportuit.

**De arte
riarū se-
ctione.** Ut arteriarū sectiones ab vsu iam diu recesserunt,
ita dū vsu venerint, cautiùs eas scindere, & prudē-
tiùs oportebit: nā primò existimandū est, solūm se-
candas esse in his affectibus vbi pulsiorius dolor
reperitur, isque diuturnus: in alijs verò aut mi-
nus futum est, aut parum vtile: quod si vsu venerit,
eas scindes quæ è directo partis affectu sitæ sunt:
quas eo tempore ferro carenti tutius est scinde-
re: alii enī periclitatur fluxu incomptescibili la-
borans. Eas autē secare iubent authores in calidis
& acribus oculorum fluxionibus, prope tempora:
iuxta aures in vertigine: itē in rubore facie: at quæ
iuxta

Iuxta malecollum sunt arteriæ, secantur etiam in vestitis coxendicis doloribus, quibus scissis, curadū est ne facilē scara dilabatur, ante arteriarum integrum coactus.

DE R A T I O N E P R A E P A- randi humores qui morbos faciunt.

INSTITUTIO V.



V M tota ferē ratio recuperandæ sanitatis circa noxios humores in morbis quos ipsi excitarunt versetur, & duplex sit circa eorum expurgationem artis potentia & ministerium: altera quę subministra est, & purgationi viam sternit: re-

liqua verò quę præparatos humores per se expurgat, operæ pretium duxi, de eorum præparatione prius diligenter differere, siquidem ea deficiente, omnis actio, quæ circa eos versatur, minus prospere cedat necessum est. Cuius rei gratia præstat humorum virtus, quæ à Gal. recensentur, Li. 3. art. med. huc transferre. Peccant proseq̄to humores, vel quantitate aucta, vel diminuta: qualitate item prima frigoris autem vel caloris, humoris vel ariditatis: præterea ob lentorem & crassitatem & alia id genus. Postrema virtus substantiae sunt, & ea vel universalis misti, qualis putredo est, vel particularis quævis delæteria facultas. Insuper statuendum est, vniuersam hanç tractationem tribus omnino capitibus comprehendendi: primum docet humores præparare ut

Institutionū Medicinalium

vt intra corpus maneant : secundum viam præbet
ac rationem,qua possimus eos disponere, vt prop-
tius faciliusque coquantur: tertiu expulsioni aptos
reddere humores commonstrat.

Quale- Solent humores adeò leui occasione ad motum
ge humo concitari, vt non solum quod redundat, verū quod
paren- utile & necessarium est, continuitate quadam eu-
tur , vt ares præ cœtur. Quod profectò fit, vel quia citatori motu
intra agitantur à natura, vel quia ipsi ex propria condi-
corpus tione inepti facti sunt, vt intra corpus maneant.
mancat. Quo tempore ars instituit modum & rationem eos
dein præparandi, vt sedato motu, & mutata prava
eorum conditione, intra corpus quiescant & subsi-
deant. Præparandi autē ratio nec vna est, nec vnius
modi, sed iuxta vitium, quod humores contraxe-
runt, quo ad motum concitantur: sic plerosque mo-
uet caliditas, alios tenuitas nimia, nonnullos acri-
monia & mordacitas, & alios vis alicuius pharma-
ci, vt in superpurgationibus conspicimus. Ita pro-
fectò sanguinem fistit, si estuans & calidior est, fri-
giditas, vt quæ immobilitatem & densitatem effi-
ciat, sed frigidis medicamentis semper admiscere
oportet calida & tenuium partium gratia penetra-
tionis, vt considerat Galen. qualia sunt quæ ex myr-
to, rosis, sigillo beatæ Mariæ & similibus parari so-
lib. 4. me-
tho. lent. At si acrimonia & mordacitate humoris flu-
Li. 7. phar-
mac. loc. xio concitetur, ipsum mulcere redde & quietū
his quæ leniendi vim obtineant, quale ex amylo,
portulaca, tragacantho & similibus paratur: si tamē
ex refrigeratis respirationis instrumentis sanguis
fluat, cauere oportet ab his quæ frigida sunt & den-
santia, vt quæ citatore in efficiant motum, vt con-
sultit Galen. Sic profectò humorum fluxum compes-
ces frenata qualitate, qua ad motum concitantur,
calfa

calfactis frigidis & refrigeratis calidioribus, acres & mordaces retundes, & sic de reliquis eorum conditionibus. Si tamen præ nimia humorum tenacitate laborantes exsoluantur, solidioris substantię eos efficies, medicamentis & alimētis quę crassis ora sint: item ad distantes partes reuocabis, sed longē secūrius & certius somno conciliato id consequeris, ut qui crassitiem pariat & sensum reddat hebetiorem, cuius præstantia & perspicuitate sāpe fluxus concitatur.

Vt coctioni aptos reddere possintus humores, De præ cùm naturalis potentia in ipsis perficiendis pigras aut impotēs est, tunc profecto multis modis operariet ipsos preparare & coctioni obsequentiores redere. In primis eo prorsus vñēris artificio, quo natura cùm prospera fruitur integritate, afflolet: nā- que prius substantiam sibi commissam communivit, liquat, fundit & attenuat, quām coctionem aggrediatur: sic dum chylum instituit facere, alimentum fundit, & veluti ad lictis forinam reducit: itē dum sanguinem nititur efficere, chylum liquat, & similem lotus carnis reddit ante integrum sanguinis consecrationem: & pari pensu de communib[us] alijs coctionibus subaudire oportet. Quod artificium docuerat Gal. dicens: Primo extenuare & insicin- Lib. 4 dē- dere, deinde coquere oportet: quo sit ut in omnibus san.t. cu. morbis qui ex crassi densaque materia fiunt, attenuantibus & inscidentibus sit procedendū, si co- etio prosperè futura est. Nam si natura quo tempore sibi constans est, hac via coctionē molitur, quāto audiūs id desiderabit à morbi vehementia defessa? præsertim cùm iudicium effectura est. Qui p[ro]pe tenuā a humorum substantia facilius suscepit ac formiam quam agēs nititur introducere, & prompte

Institutionum Medicinalium

qui similitudine cum re quæ coctionem molitus induitur.

Præterea inter præsidia quæ coctioni aptiores reddit humores, vnum & potissimum est ipsorum imminutio : quippe materia quæ nimis exuperat, aut penitus interdit, aut certè tardat coctionem. Quæ obrem incipientibus, crescentibusque morbis, nihil æquè iuuat coctionem ac sanguinis detractionem, ea quantitate facta, quæ quod naturam grauat demere possit. Ea profectò ratione dixerat Galen. Circa Libr. 1.2. initia verò illorum morborum, in quibus speramus phor. 29. ægrum cōualitatum, tentandum est maiora afferre remedia, de quibus dixit Hipp. si quid tibi videtur mouendum, moue : sunt autem hæc maximè quidem venę sectio, nonnunquam verò & purgatio, quorum neutrum oportet in orbo iam consistente adhibere : coctiones enim morborum tunc maximè videntur. Ex quibus constat, quantitatis imminationem potissimum esse præparationem ad perficiendam coctionem, nam vacuata materiæ parte remanet natura potentior supra residuum.

Tertio coctioni idoneos reddimus humores, pugnantes aduersus prauas ipsorum qualitates, quibus coctioni refragantur & resistunt: sic caliditas, frigiditas, humiditas humorū putrescentiū aut alter peccantium compescēda est: & ob id pituitosos humores calfacentibus, incidentibus & attenuantibus atque exsiccantibus præparamus, melancholicos humectatione, bilioſos, tenues & acres refrigerantibus & humectantibus aptos coctioni reddimus: nam ea ratione censeo Auicennam optimè dixisse : Et aqua frigida facit illud, cui si addideris aliquid acidum, optimè facies : nam frigido temperatur feroꝝ, & acido putredo. Duxerat

curerat etiam Hippoc. bilis flauæ aut cuiusvis eius Lib. de ve
speciei præparationem his verbis. Non sedantur teri n. ed.
autem hæc priùs quā in eadem repurgetur & pro-
sternatur & alijs misceatur : & subdit paulò infe-
riùs: Concoqui & permutari, attenuarique & cra-
fescere, & in humorum speciem per multas omni-
genas species contingit. Quibus constat & incrass-
ari & attenuari, & refrigerari & nūsceri oportet,
vt & concoqui & motus eius effrænes compes-
cere facilius possit. Sic dum meraca est, admiscen-
da: dum mota & eleuata, incrassanda: dum acrior,
mitescenda, & refrigeranda si seruida sit : cæte-
rum dum purganda est, & alicui parti impacta,
attenuanda. Itaque cum coctio de qua modo lo-
quimur, per assimilationem secundum qualitates
potissimum fiat, ea erit cuique humoris prior præpa-
ratio, que vim habet frænandi eam qualitatem, per
quam humor incoctibilis redditur, habita ratione
naturæ humoris, & inspecto recessu versus aliquam
deterrimam & alienam qualitatem à naturali & si-
bi propria.

Quarto coctioni obsequentiores reddimus hu-
mores, adacto nativo calore, quantum ipse humor
recessit à propria natura & conditione: quod non
est ita facile ac tutum, quod citra matrum consilium
fieri possit. Quippe in tumoribus præter naturam, non est difficile calorem partis adaugere
medicamentis quæ id valeant efficere, halituso
spiritu cohibito, quo calor coctioni aprior effici-
tur. At in febris & alijs morbis toti corpori cō-
minibus periculosum esset, quia suffocari periclitia
retur vniuersi corporis calor, sicut dum in parti-
cula plus cohibetur nativa diffusio quam par-
sit: nam protinus in gangrenam degenerat pars;

Institutionum Medicinalium

quo sit, vt in febribus requirat solūm calor medio-
crem temperiem, pro ratione qualitatis & quanti-
tatis humoris coquendi: quapropter flava bilis ob-
tusiorein, pituita acriorem, melancholia calorem
cum humiditate coniunctum expostulant: quem
caloris modum comparabis eis serapijs & medica-
mentis, quæ aliquid nostro calorū addant. Quod
cautē facies in corporibus biliosis, vehementibus
febribus, ac estuantibus temporibus: in pituitosis

Libr. 4. de verò liberaliūs: nam ea ratione dixit Gal. piper ad
fani tu. coquendos pituitos humores ex vſu esse. Qua-

Libr. 2. ad propter censeo Hippoc. dixisse, coctionē fieri per
Glau. contraria: & alijs in locis calida, frigida, extenuan-

pu. par. 2. tia, humectantia, exsiccantia, quietem, inediam, &
alia multa coctionem iuuare, quòd modum calorū

nostro vim habeant ponere, aut renitentiam humo-
ris frenare, quo potentior subsit calor: quæ potius
alimentis & reductione temperamenti ad pristini-
num statum securiūs efficies, quām intensiori fa-
cta eius qualitate, quæ sine periculo in morbis acu-
tis non fiet. Verùm cùm coction natura vincente &
assimilante materiam fiat, ob id ipsam frenare con-
trarijs, & calorem tueri similibus, coctionem iuuare
proculdubio est. Verùm obseruādum est in diu-
turnis morbis, calorem esse adaugendum his quæ
ipsum intensiorem reddant, quæ triplicis sunt effi-
caciæ, vt Galenus statuit de nardo loquens: prima

Li. 9. phar- quòd tenuantia sint: secunda qnòd calorem au-
ma. loc. geant: tertia verò quòd adstringant. Quippe ex-
tenuatio coctioni viam parat: caliditas coctionem
efficit: adstrictio quidem vim confirmat, vt de syru-
po de succo cytomorum cum pipere, de mentha &
corticibus citri Gal. scribit, quibus in acutis vti-
non datur.

Docet

Docet etiam ars humores ad pulsum parare: nam cùm coctio plerumque ineptiores crassioresq; red dat, & vt pellantur, tenuiores esse oporteat, ob id præmissa coctione, eos preparare opus est, vt pulchrè his verbis dixerat Hipp. Præhumectare verò antea corpus ipsius oportet per fomenta, quo magis pharmacis obediat: at verò statim curam adhibere oportet. Verùm quia expellendi eos à corpore non est vniqa via & ratio, sed plures, vt plura emundatoria, per quæ natura se se soleat exonerare, ob id cuiusq; seorsum meminisse oportet.

In qua re statuendum est, vnicam esse præparandi viam omnibus communem, aliam verò singulis propriam. Communis partita est etiam: nam uno modo licet quæ per tuſsim excernuntur præparare, alio verò cùm per reliquas partes Quippe illa quæ vi & impulsu animalis potentie facto, per canales semper apertos efficitur, mediocritatem inter crassitatem & tenuitatem requirit: nam quæ crassa & viscida sunt, vt pix aut mel, difficulter pellantur, quia impulsui animalis potentie tenaciter resistunt: quæ verò levia aut tenuissima sunt, qualis aqua & oleum, quia facile dirumpuntur & peruia fiunt, vi & impulsu difficulter pelli possunt, & ob id natura in eis mediocritatem exoptat, crassitatem attenuata, & tenuitatem incrassata ad mediocritatem. Alio verò modo præparare oportet quæ vi & efficacia naturalis potentiae debent à corpore pelli: nam cùm hæ potentiae solùm venarum & reliquarum partium compresione possint expellere, ob id quo minus humores resistunt, eo facilius pellantur: resistunt enim minus, si mediocrem attenuationem fuerint adepti: verùm quos vi medicamenti expellere nititur, longè tenuiores esse oportet. Nam cùm in va-

De hu-
morum
præpara-
tione ad
expulsi-
onem.

Lib. de in-
ternis af-
fect.

I ; cuandis

Institutionum Medicinalium

cuandis humoribus, natura & ars contrario se ha-
beant modo, sit profecto, vt quos natura pellit, co-
etione prenissa fiat, quæ vsque ad mediocritatem
increassat, ac si ultra eam perget, tui muneris erit at-
tenuare: ars vero, vt quæ vi medicamenti trahen-
tis perpetuo euacuet, quo tenuiores fuerint humo-
res, eo facilius expellit: atq; hæc sunt omnibus euac-
uationibus communia.

De euacua- Qui corpus purganti pharmaco euacuare per
catione que infernam aluum studuerit, necessario ipsum cor-
fit per pus & humores preparare prius tenetur: iuxta illud
aluum. Hippoc. Corpora vbi quis vult purgare, oportet
fluida facere. In quo opere humores hac lege pur-
gandos perpetuo attenuare oportebit, quo facilius
trahenti pharmaco cedant, adhuc tenues. In qui-
bus Gal. occasionem quærerit exhibendi decoctum
origani, tragorigani & pulegi. Probat huiusmodi
dogma superpurgatio, in qua post humorem si-
militudine medicamenti attractum, tenuorem ex
reliquis educit, & mox reliquum, in posterum affer-
uans crassiorem, tanquam minus obsequenter
huic tractionis & expulsionis generi. Cæterum
quando in morbis ad expullionem parare liceat ex-
pendendum est: quippe solum tungenies, vt qui
concitati sunt ad motum, & coctos ac euictos à na-
tura præparare oportet ad pulsum. Quo constat
eos plurimum errare, qui mox à principio hæc me-
dicamenta porrigit: cùm euidentissimum sit, præ-
paratoria hæc medicamenta humores turbare ac
monere, & facultatem etiam ante debitum tempus
ad pulsum laceſſere, & subinde coctiones intertur-
bare. Qua ratione solis prædictis humoribus tur-
gentibus & coctis constat ex vsu esse, vt quod co-
ctione crassius factum est, attenuatorijs expulsiōni
fiat

fiat aptum. Cui operi sat est, vno aut altero die ante purgationem ea porrigere, quæ & corpus præ-parent laxatis vijs clysmatis aut potibus medicatis & attenuatorijs, iuxta humoris purgandi ideam: biliosis quæ mulcebrem habeant conditionem: pittuitosis quæ attenuatoriam: melancholicis quæ humectandi vires habeant.

Duobus modis constat humores ad euacuationem per vomitum, posse specialiter præparari: suppositio quatenus ad attenuationem attinet, eodem modo deberi attenueri ac disponi. Verum dum vehementioribus pharmacis ipsum mouere studeamus, qualia sunt quæ ex elleboro consciuntur, satis est his quæ inscindunt & attenuant, præsertim si prius corpus laxum feceris aqua, molli inunctione, balneo calido, aut aëre vaporoso & tepido, quo facilius humores à toto ad ventrem fluant. At dum blandioribus medicamentis vomere oportuet, præter ea quæ extenuandi vim obtinent, ea pharmaca ministrabis, quæ humores suo calore fundat, leuioresq; reddant & ad superiores ventris partes alliciant. Qualia sunt tepida omnia, vt decoctum ex semine raphani, fœniculi aut erucæ cū modico oxy-mellite, oleum commune, hydræleum, oleum cum melle & modico aceto, mulsa cum ace:o & oleo, ac decoctum radicis atriplicis, asari & nasturcij. Quæ omnia dum tepida sunt, præter id quod humores tenuare & fundere valent, ebullire & supernare eosdem cogunt, & suo tempore contenent, nesciunt facultatem labefactant, & sua vi expellentem lassunt & irritant, ac totum corpus laxant, & verticulū effoeminant: quod opus ut ratiōnē consequaris, oportet antea cibar a laboranti porrigere plurima, varia, salsa, amara, acria, inscindētia, tenuia & abster-

Institutionum Medicinalium

Libr. 3. de gentia, & quæ vt refert Gal. biliosam habeant natu-
ram, vt præter id quod eis assumptis præoptius vé-
ter se exonerat, & separat à se quod impactum ha-
bet vel recipit, ipsum irritent & abstergant. Cæte-
rum existentibus cruditatibus in fundo ventricu-
li, sat est potionibus prædictis vti.

De præ- paratio- ne ad purga- tionem per vri- nam.

Duplex circumscribitur ad purgationem per vri-
nam præparandi corpus & humores ratio: una va-
cuato corpore, non solum per sanguinis missio-
nem, verum & per expurgans medicamentum,
quod sic lege sanctum sit, ne antea diureticis vta-
mur, quam huic maneri corpus reddatur apertius,
vt humores facilius dilabantur: alioqui maiores
fient obstructions, & maiores fluxiones. Altera ve-
rò præparandi ratio varia est, iuxta variam medica-
mentorum quæ vrinas mouere nata sunt differen-
tiam. Quippe triplex est eoru natura: una quæ mul-
tam aquositatem gignit: cuius naturæ medicamenta
triplicia sunt: quedam protinus in aquam mutatur,
vt semina melonum & tenuia vina: quedam etiam
vrinam efficiunt, abstergendo humores qui in re-
nibus & vasis continentur, vt terebinthina & ono-
nii radix: quedam rursus vitrumq; præstant, abster-
sionem nimirum, & copiosam aquositatem, vt aque
nitrosæ & falsæ. Secunda diureticorum conditio
humores noxios familiaritate substatiq; per vrina-
rios meatus trahere nata existit: quale est rhabar-
barum & casia fistula, quibus facile vrina tingitur.
Tertia verò eorum est medicamentorum, quæ ve-
rè diu reuca dicuntur, qualia sunt quæ pituitosos
humores, & quoquis crassis in venis contentos ex-
tenuare queunt, vt proprio capite latius scriptum
reperies. His suppositis, duobus modis corpus &
humores ad huiusmodi purgationes præparabis:

primo

primò exhibitis quæ multā vrinam suppeditare diximus, in minori tamen quantitate, quam si eidem purgare volueris: quod etiam faciunt diuretica cum in minori quantitate adhibemus: secundò eis medicamentis, quæ cuncta mordacitatem, acrimoniam & exsiccationē humores tenuent ac fundat, nulla prouocata ad meatus vrinarios aquositatem. In qua re ego vtor decocto intybi, adiāti cum syrupo acetoso, cichorij, lupulorum & hunc census alijs: qui bus primis diebus præmissis, adhibe te diuretica, aut ea quæ primo loco diximus in maiori copia opus est.

Cum sudoris materia tenuissimæ admodum sit substantię, facile sanè ejicitur per cutem, partim in speciem halitus ab insito calore soluta, partim violento motu confertim in aquæ speciem prorumpit. Quod profectò à calore sit, non illo qui siccandi vim habet, sed qui humidus sit, & vaporosus, & per halitum corporis diffusus, sudoris materiam calfaciat, fūdat ac tenuet, cuiusq; simul emolliat & laxet. Hæc dixerim, vt si quis velit humores ad prouocados sudores aptos reddere, sciat à naturæ actibus sumpto exemplo, qua lege & modo id teneatur efficere. Quod ut prosperè cedat, fieri tribus modis necessariò debet: primo diminuta humoris quantitate, quia immodicam nequibut medicamenta prorsus digerere: quo sit, vt non raro fluxiones sequantur, exhibitis sudorisfiscis auxilijs: secundo corpus vniuersum molle ac laxū reddere, & poros etiā aperire oportebit: quod facies mollibus quibusdā frictionibus, & inunctione aut tota ex decocto saluæ, camemali aut serpylli cū modico oleo, & in aere calido aut tāperato: tertio adhuc oportet crassos humores adeò tenuare, vt per quoluis anguitos

Institutionum Medicinalium

meatus facile permeent. Sunt autem medicamenta quibus id efficies, eadem met quæ sudores prouocare possunt, quæ calore & humiditate humores calfaciant, fundant ac tenuent. Interest tamen hæc differentia, quod assumptis his medicamentis, laborantes nō sunt cogendi ad sudorem, sed ad quietem aut ad somnum. Huius naturæ sunt mulsæ, decoctū tormentillæ, casiae lignæ, squinanti & radicum canarum & huius census alia. Itaque accepta ex quavis harum decoctionum sufficienti quantitate, supra tempore calida, summo mane sudare non permittes: & idem facies noctu dum laborans it dormitum. Postea verò sequenti die summo mane sudatorium præbeto, linteis & tegumentis laborare præmunito: nec ab re est, prædictis decoctis admiscere syrum adianti, lupulorum, fumariæ aut florū papaveris erratici. Quia ratione censeo ex arte esse, solum semel in die sudatorium præbere, & mane aut vespere præparare corpus & humores ad sudorem lege dicta: qua arte plures qui sudare citra maximū laborem nusquam valuerunt, facile deinceps sudarunt. His præmissis, scitò lög è diuersum esse præparandi modum in morbis acutis ac in diuinitatis & gallicis affectionibus: quippe in his cum eisdē quibus sudorem mouemus: in acutis verò solū cum his quæ calorem habeant temperatum, & vaporē dam calorem contraxerint, ex se plurimum effuderint: quale est decoctum aut aqua buglossæ, pentaphylli, camemali, boni aginis & similiū, cum lapide bezoar & cornu monocerotis, & alijs quæ latius scripta repertis lib. de recto præsid. artis medice vñ: nam breuitatis gratia placuit lectorē illuc relegare.

D.E

D E R E C T O V S V P V R G A-
tionis que fit per imum ventrem

INSTITV TIO VI.



Roclaimatum est ab omnibus Medicis, nullo renuente, vitia humorum purgatione esse demenda: quod alijs verbis designant, numerum caco-chymiam succorum propriè expurgationem exposcere. Cæterum cum in huiusmodi actionibus semper oporteat naturæ motum æmulari, scire nunc opus erit, per quæ loca se se natura assuescat exonerare, cum his succis molestatur. Quod profectò multa ostendunt: primò quantitas & qualitas humoris Iudicantis: Iæ-sionis ipsius modus: locus in quo continetur humor: partis item præstantia: æ gri etia proprietas & voluntas, & ultimò naturæ motus. Sic melancholi-cis per inferiora, biliosis per superiora iussit Hipp. copiosos humores evacuare, non per sudorem nec per urinam. Item locus monilitatur à parte ubi con-tinentur succi: nam vetriculus per urinamq; aliuum, hepar per urinam præcipue, nec non & per alias re-giones. Præterea sunt homines qui certam quan-dam evacuationem renunt, & aliam audiē ample-xantur. Item is locus est eligendus, per que natura insinuauerit motum inchoare, ni graue periculum ea causa subsequuturum vereamur.

Verū vt hæc specialius & certius intelligere pos-sis, expende humanū corpus yniuersum, tribus oīo-regio-

Institutionum Medicinalium

regionibus integrari, quarum quælibet suum habet peculiare emunctorium, & etiam sortitur proprios ac peculiares succos & excrementa. Prima quidem à gula in medias iecoris partes dirigitur, in qua ventriculus, venæ meseraicæ quæcunq; ad portas descendunt, caua iecoris & lien includuntur. Quæ sanè regio plurimis humorum vitijs subiecta est: nam præter alijs excrementa, alios gignit & suscepit humores, crudam nimirum pituitam, bilē ac melancholiam, cùm ultra modū creuerint, quod in proprijs receptaculis contineri non possint, & denique omnes humores, quos Medici superuacuos nuncuparunt. Que sanè virtus contrahere solent in copia, qualitate, & substantię modo. Secunda autē regio à medio iecore in tenues partium singularū venas porrigitur, comprehendens conuexa iecoris, venam cauam, & quicquid illius incidit inter alas & inguina. In qua sanè regione plethora propriè solet concipi, pariter & cacochymia procreatur, quæ profectò quadruplex esse potest: leuis nimirū quæ unius humoris redundantia sit, dum sanguis non sit: altera fit paulò deterior, cùm adhuc stante aquabiliitate omniū, unus aut plures succi, vel substantiam, vel temperiem mutant. Tertia sit cùm ē prima illa corporis regione humores illi quos superuacuos nuncupamus, iecur prætereuntes, in maiora vasa dilabuntur, conspurcantes sanguinis massam. Quarta adhuc multo deterior est, in qua humores aliquo modo vitiosi redduntur, ut per morbos exitiosos coningit, dum ex vitellina bile, porracea & eruginosa & deum atra bilis oritur. Quibus profectò visum fuit quintam addere, cùm ex immoda sanguinis profusione ita reliqui succi effrænes & vitiosi fiant, citra mutationem, nec in qua-

qualitate nec in copia, quod lesuri necessariò sint: quia vt cunque ab eorum consortio sanguis separatur, eorum qualitates dicuntur exuperare. Tertia verò regio reliquias venarum propagines & omnē corporis nōlem, quæ in singulas partes & summā cutem profertur, complectitur: in qua quidem ea succorum vitia reperiuntur, quæ ex maioribus venis deriuantur: etiam si dum in ipsa intemperamentum vitiosum contrahitur, praua generentur ex alimento excrementa, quæ mille morbos, & cutis fœditates efficiant.

His suppositis, huiuscæ vacuationis statuendum est hoc esse institutum, vt redundantes humores alios nimirum à sanguine, vi medicamenti purgantis à corpore pellat. Quo fit, vt meritò interdixit Hippoc. sanis corporibus purgationes: nam cùm purgans medicamentum familiarem humorē ab alijs separet & extrahat, dum talis non redundauerit, certum est naturam ex vi medicamenti passurā. Itaque solūni debetur purgatio copiosis succis, & his etiam qui à toto genere sint præter naturam, vt corruptis, quovis modo vitium contrahant, licet copia non exuperent, qui tanquam si abundantes essent, pharmaco sunt educendi: reliquos verò qui non abundant, sed sola mala qualitate aut intensa peccant, dum corrīgibiles sint, sola alteratione cibis vel medicamentis facta compescendi sunt, si aliter, expurgandi, quia vt abundantes haberi debent.

Verūm vt quis prudenter & vt par est, hoc præstantissimo & maximo præsidio vt valeat, primò expendat, num humores qui in corpore presunt, in prima, secundaue, aut tertia regione existant, vel faciles sint aut difficiles, crassi aut tenues, eroden-

tes

Institutionum Medicinalium

tes aut secus, sinceri, an sanguini & reliquis admixti, vel propria humiditate orbati, nū copia an qualitate naturam molestent, & an quieti, vel varijs locis agitati, cocti vel crudi adhuc existant: nā iuxta cuiusque conditionem, hac aut illa purgationis sorte docet ars illis subuenire, iuxta varias purgandi formas, quas exponere sic aggredior.

De blanda purgatione. Diuiditur itaque hæc vacuandi ratio prima sui divisione, in leuem purgationem, quæ leuissimis fit medicamentis: & in feligentem & minoratiuam: ac rursus in plenā, quæ per electoria etiā medicamēta persicitur. Quæ sanè diuisio, ex loco seu regione in qua humores peccātes vagātur, desuinitur. Blanda hæc purgandi ratio solū proficua est humoribus superuacuis, cum suis conditionis sint, siue calidi, siue frigidi, vitiosi aut superabundantes, quos diximus præesse in prima illa regione, à gula ad medias iecoris partes: præterea solū perficiēda venit blandissimis medicamētis, & his quæ citra electionē nata sunt purgare. Huius profectò vacuatio nis primus omniū meminit Hipp. sic scribēs. In purgationibus autē mercuriale ante cibos edat, & cibis mollissimus vtatur, & acria edat. Sed apertiū ad hoc in principijs morborū constat leui purgatione

Li. de natu. mul. Lib. 7. pop. usum fuisse: nam in historia filij Cidis hæc refert verba. Sexta die alii egestio à mercuriale, & calor & dolor cessasse videbatur: rursus eadē refert verba eodē loco in historia Andreæ. In qua re statuendū est hæc blāda medicamēta triplicis esse potētiae & efficacie: nā quædā euacuant leniēdo aluū: quedā lubricando, nonnulla rursus cōprimendo, ex quibus omnibus nulla vis nullaq; violētia infertur in natu rā: quo sit, vt nec feruiddissimus tēporis status, nec etas puerilis vel decrepita, nec cōtraria cōsuetudo,

nec

nec vlla morbi cōditio hanc vacuationis fortē videatur renuere. Hui⁹ naturę est mercurialis, māna, casia fistula, cōserua rosarū, & id genus alia. Pr̄tere rea habet hæc blāda purgatio hec propriū & peculiare (pr̄ter id quōd ferē omnib⁹ morbi tēporib⁹ fieri possit) quōd in principijs maximē sit proficua: nā cū hæc non expostulet humorū coctionē, sicut ceterę purgationū sortes, potissimū hoc tēpore de siderat fieri, vt quę propria & proficua sit superua cuius humoribus, qui pr̄ter id quōd in prima re gione vagantur, nullam amplius possunt recipere gratiam à natura.

In qua re vt rationabilius fiat, pr̄mittēdū est, qđ in morbis qui non oriuntur ab his superuacuis humoribus, quales putridæ febres sunt, ea licebit in principijs citra delectū vti: quo tēpore tutior est quā dū natura aggressa est aliorū humorū qui morbum cōstituūt coctionē: quo fit, vt ea abutātur qui pr̄missa sanguinis detractione eā adhibent: nā in febribus, malignis pr̄fertim, coctionē interturbat, & alia accersit accidentia. Quod studēs pr̄cavere Lib. 3. de Hipp. hæc scripsit: Quod si nō ab initio egrū curā morb. dū suscep̄eris, sed signis iā in lingua existetib⁹, sine re oportet, donec iudicationes pr̄terierint, & lingua signa miiora facta fuerint, & nec medicamētū dederis, nec ad purgationē faciēdāclysterē adhibue ris, prius quā iudicationes pr̄tereāt: quib⁹ cōstat solū primis diebus citra vllā pr̄parationē debere administrari, vt quę pr̄ter alia bona quę pr̄stat, viā parat sanguinis detractioni. Cū hoc tñ dū Medicus primis diebus accersitus nō fuit, aut sanguinis mittendi necessitas plurimū vrget, nō est extra rationē & mentē Hipp. ante septimū hac vti purga Li. 7. pop. tione, licet utilior logē foret statim primis diebus.

Verūm

Institutionum Medicinalium

Verum quo tempore morbus ab eisdem superius
cuis humoribus, siue in propria regione, siue in
quavis alia concitatus fuerit, non licet eos absque
præparatione educere: quod tamen sub distinctio-
ne fieri debet: nam aut hi putrescant delapsi in ma-
iora vasa: quo tempore non nisi præmissa coctio-
ne sunt educendi, & admixtis feligentibus pharma-
cis: aut putrescant in propria regione: tunc enim
putredinem compescet & protinus purgabis, admis-
tis medicamentis putredinem cōpescientibus: vel ci-
tra putredinem aliquem concitant affectum vbi-
cunque fuerint: qua profecto occasione eos præpa-
rare expediet his medicamentis quæ pugnant ad-
uersus manifestas qualitates, ut si crassi sint, tenui-
tibus, si tenaces, inscindentibus, & sic iuxta cuiasq;
vitium Nec displicebit quæ eligant etiam medica-
menta, aut saltē in traheendo maiores vires habeat,
blandioribus admiscere, vel eorum quæ leuia sunt
maiorem copiam porrigit.

Vltimò tamen ab assumpto prædicto pharmaco
iuscumani bibat & ger, si summo mane sumpserit: non
enim placet eis semper cibaria admiscere: nam vi-
tiosi succi simul cum alimentis in iecur & venas se-
pe trahuntur, maioris mali forsan causa. Cum hoc
tamen insipienda est laborantis consuetudo, & fa-
cilitas aut difficultas egerendi mox cibo assumpto,
aut secus, ut ea quantum possibile fuerit adserue-
tur. Interdicere etiam in his qui valido pollēt calo-
re, somnum oportet, vt Hippoc. scripserat dicens:
*Ej somnum quām maximē prohibeto, quo purga-
tio & citius & copiosius fiat.*

Libr. de
mo bis.

De ple- na pur- gatione. Plena feligensue purgandi ratio ea est, quæ pri-
mū abundeque intestina, ventriculum, viscera &
primas venas, deinde venas maiores, postremò mi-
nores,

minores, & habitum corporis feligenti pharmaco euacuat, cuius sanè ministerium maximum facebit mille rationibus negotium: namq; nosse humoris peccantis naturā, quali ve medicamento debeat secerni, quāta rursus medicamenti quantitas sit adhibenda, tēporis item occasiōe, corporis prēterea & humoris apparatus, indocta plebecula nequit, maxime si vires & naturam laborantis in mediū adduxeris. Quo fit ut periculosa sit de pharmaco exhibendo deliberatio, vt Hipp. scripsit dicens. Quæcunque verò pharmaca purgant bilem aut pituitā, in his pericula fiunt, & culpa medentibus imputatur, quām maximē igitur ea vitare oportet. Verūm ut certiori calculo eo purgationis genere vti possimus, statuendum est, eam purgationem exposcere humores cuiusvis naturę sint, turgentcs tamē & cōctos, modò medianam illam corporis regionem habient. Cruda verò nulla ratione medicari licet: tūm propter alias quas Medicorum schola statuit rationes: tūm verò quia medicamenta purgantia quoru[m] ope debēt expelli, nō habent cū huiusmodi crudis humoribus similitudinē eā, quæ inter medicamentum & humorē prærequiriuntur: putredo enim dissimiles reddit humores. Neq; obstet turgentcs citra coctionē licere excerni: nam in turgentia habemus naturā adminiculantē, & minori medicamēti negotio humores pellūtur. Quapropter primò videndū est, quid turgentia sit, & quid coctio, ac insupei quæ similitudo coctione acquiratur in humoribus cum medicamentis, ut prosperè cedat purgatio.

Li. de affectionib.

Quantūuis de turgentia humorū variae reperiantur authorū sententiæ, vt latius reuimus lib. ac recto præsidiorum vsu, hac tamen in parte breuitati consulendo statuendum est, verbū, turgere, quāuis

K transf.

Institutionū Medicinalium

- Libr. i. de quāuis trāslatum sit ad humores, solū ad naturā rē caus. plan.** ferendū fore, vt Theophrastus dixerat, qui refert c. 6. plantas turgere, hoc est habere appetitū germinan
Li. de hist. an . c. I. di. Pari significatio accipitur hoc verū orgā, apud Arist. qui loquens de quadrupedū foeminiſ, inquit, ad cōcubitū turgere. Sic etiā Hipp. vſus est hoc nō frāc. tex. mune orgām eadē significatione, statuens ossa quę 18. excisura sunt, e iā turgere: quibus cōstat, turgētiā vere ad naturam, nō ad humores referendā esse: vt latius probatū reperies lib. de recto præsidiorū vſu.
- Libr. i. a. phor. 2.** Quid si Gale legeris huiusmodi vocē humoribus trībuſſe, existimā magno fecisse cōſilio, nimirū vt ostendereret, qualis futura sit natura humorum, qui nullā præmissa coctione pharmaco debet expurga ment. i. ri: quod clariū existimabit se docuisse ex irritamento & conatu, quę in naturā totius corporis aut partis humorē huiusmodi inferunt, qui cū ob acri moniā, mordacitate, aut quodvis aliud vitiū, adeò la eſſerim naturam, vt turgere ipsam efficiat, tunc eos turgentēs appellavit, & expurganti medicamento esse educendos statuit ante vllam coctionē: quā profectō nulla lege recipere possunt, quia non permittūt naturā diu eos in aliqua parte cōtinere, sed hinc inde expulsis, nullam ab ipsa grauiam recipere possunt: & ob id eam habemus ad eorum purgationem adminiculantem. Cum hoc tamen non semper expectare oportet hos humorum inordinatos motus, sed ubi aut proprie abundantiam aut aliam humoris deſerrimam qualitatēm, natura appetitu quodam concinatur ac surgit vt ſe ſe exonerere, fruſtra tamen, quia aut impotens, aut grauata id perficere nequit, une quidem iuuanda eſt, nec omni tenta diu pati, quia forſan succumbet. Natu-
Li. de arte ra enun. inquit Hippocra. Stimulata & impulsa, artis peritus

peritis quæ facienda sunt demonstrat. Quod etiam alibi dixerat statuens nihil temeré, nihil
que negligenter agendum: siquidem turgere na- Li. i. p. 2
turam, non solum contingit calidis & acribus
humoribus concitatam, sed & à multis, & à frig-
idis, et am si ipsi non moueantur, sed solum
natura apponente conatum ad eorum pulsus &
motum, licet non possit. Quod etiam docuerat Libr. de
Hippocrat. qui turgere foemina refert pituito- n. orb. mū
forum humorum copia: quo sit, ut saepe natu- lie.
ra varias incipiat vacuationes, & ab inceptis mox
subsistat, & impotens auxilium exposcat & mon-
stret. Quod ele. antissima sententia AEtim ex Li. i. se:
Antilo docuisse constat, his verbis. Cū igitur pur- 3. c. 23.
gare volueris, prætenuare oportet ac secare cras-
fos & viscidos humores, & meatus aperire per
quos humores transferuntur à purgatorijs medi-
camentis: & subdit, & serosos quidem ac tenues
humores in principio morborum euacuare oport-
et, in crassis vero ac viscosis concoctio expectan-
da est, qualis est pituita & bilis atra: sed & in omni-
bus diuturnis morbis semper coctionē expectate
oportet, in acutis vero, cū cōmota fuerint materię,
etia in princip. o pharmacū exhibere, & tamē cum
multa cautione. Neq; obstet, nunquā expellere na-
turā nisi dum concoixerit, nā id semper sit, cū animal
naturæ legibus gubernatur: verū quo tempore pug-
nat aduersus noxios humores, non tenetur adser-
uare legem, neque consuetudinem aut ordinē: quo
sit, ut saepe turgeat & vacuari desideret. Cum hoc
tamen expendendum est, si corpus crassis cibarijs
plenum sit, aut crudis humoribus grauatū, vel
obstructione magna præcordiorum laborat, aut
si denique inflammatio vrat, purgatione vtendunt

Institutionum Medicinalium

non esse: nā hac ratione Hipp. quosdā pestilentia laborantes, purgatione quē nimiū furenti materię conuenire videbatur, offensos fuisse cōmemorat.

Expedita turgetię natura, coctionis quā purgantia pharmaca desiderant, naturā & differētias expē disse nūc operæ pretiū duxi. Cruditatis igitur in vniuersum quatuor accepta modis reperitur. Primo pro incōfecto alimēto, siue in vētriculo, siue in icore, siue in venis: quarū cruditatū ad purgationē nullā licet expectare coctionē: quia defectus vnius membra, alterius ope nequit emēdarī, saltē ex toto. Secundo cruditas etiā nuncupatur, quae in superua cuius humoribus reperitur, qua solūm sūnt crassiores, tenuiores, calidiores, frigidiores siue quā par est: quo tempore prēmissa eorū præparatione, purgari possunt. Tertio accipitur cruditas pro humorū redundantia, vtriusq; nempe bilis aut pituitæ, modò vñus, modò plures redundēt, modò tenuiores, crassiores aut distemperatores facti sint. Sic humores sinceri, tenues, acidi, falsi, & adhuc humores naturales, dum supra modū creuerint, nullā coctionem admittūt, neq; eorum vitia coctione emendarī pos sunt. Quamobrem præparatione solūm prēmissa ad expulsionem, eos expurganti medicamento licet euacuare: nisi velimus expectare coctionem, qua alijs concoctis, eos faciliūs pellat natura. Quar to & vltimo cruditas sit per putredinem: nam putredo quae corruptionem molitur in re quam inuidit, dissimilem eam reddit in substantia & qualitatibus: quae dissimilitudo verē cruditas dicitur: siquidem coctio est quae facit cessare putredinē, seu assimilatio vel similitudo rei quae coquitur manete substantia. Hæc enim est ea cruditas, de qua dixit Hippocrat. non mouere cruda: nam cùm humores dissim-

dissimiles facti sint per putredinem, nullam habent cum medicamento trahenti similitudinem, & sic non cedet cruda passio, neque naturam habebimus adminiculantem. Qua ratione tantum turgentia licet medicari, aut cocta, hac significatione accepta, siue crassa sint, tenuia, biliosa, serosa, melancholica, pituitosa, superuacua, intra venas cōtentia, modo putrefcant. In quibus omnibus inuiolabile est præceptum, coctionem expectare, sicut in eisdem humoribus ubi nō putruerint, frustra & erroneum est tandem expectare ad purgationem, quia non sunt naturæ dissimiles nisi per qualitates solum, quas expedit suis contrarijs corrigeret & absque coctione expurgaret: at in putrescentibus humoribus secus res se habet, quia putredo corruptio est substantiæ & qualitatū ab alieno calore, vnde natura rursus eam materiam aggreditur emendare, quod a similando consequitur per coctionem.

Cuius rei gratia meminisse oportet, tres esse in nobis ex Gale. mente alterationes: una quidē est in qua sit perfecta assimilatio secundū substaniā & qualitates, nutritioni proficia, cuius vitio prodeunt tres illae cruditates, quas diximus nō posse amplius coctione emēdari. Alia vero est alteratio, in qua nulla sit assimilatio, & illa est verè putrefactio, quæ ad corruptionē omnino tendit dissimilitudine intermedia. Alia vltimò est, in qua simililitudo sit per qualitates, dissimilitudo vero manet in substâria. Quā quidē Gal. aliquādo coctionē appellauit, ob eā partem in qua sit assimilatio, aliquando putredinē, ob substaniā quæ relinquitur inutilis. Quo fit, vt meritò dixerit Gal. Coctio est quæ facit cessare putredinē manente substâria. Itaq; coctio hæc nequit ad nutritionē tēdere, quia nequit assimilare substâriā,

K 3 sed

Institutionum Medicinalium

Fed solū qualitātes, quib⁹ euictis cessat putredo. Ea dē prorsus modo in febribus putrefactes humores à natura coquuntur, & post coctionē relinquuntur in venis substātia humoris putrefacti sive concocti, qui veluti cinis est, & puri proportione respōdens, quē per feligēs medicamētū doce: euacuare ipsa artis ratio. Rectē igitur scribit Gal. humores in quib⁹ accēsa est putredo, coquēdos priūs esse, deinde euacuandos: nā coctio facit vt substātia quæ euacuari debet, facilius ab alia separatur, & actu fiat quod priūs erat potentia: siquidē humores putrescentes (nā qui iā prorsus putridi sunt, nulla ratione coqui possunt) cū tota massa, vt aiunt, sunt cōmixti, & natura coquendo totū illud efficit excrementū quod vincere potuit. Qua ratione cū expurgans medicamentum habeat excrementum sibi familiare, biliōsum videlicet, pituitosum aut melancholicum, & natura ab eodem infestetur tanquam ab extraneo, mutuo auxilio, ralientis nimirū medicamēti, & expellētis naturæ, sit regularis & proficia purgatio.

Li. 4 acut-
torū. . 7.
Li. de loc.
in hom.
Li. 3. de
p̄p̄t.,

De occasione verō seu tēpore exhibēdi expurgās medicamentū, nosse oportet, eā accipiendā nō esse à numero dierū, vt Gal. cōsuluerat, sed in turgētia quo tēpore apparuerit periculū alicuius partis p̄stantis: in reliquis verò qui vrgēt, nō nisi pr̄missa coctione: quod sic scripserait Hippo. Medicamentū tandem donec corpus floridū est, ne propinato: non enim vacuatur nisi parū, vt pote corpore turgentem cūm autē gracilis ac macilentus fuerit, tūc bibendū exhibe & euacuabitur: qua sentētia aperi è mōstrat in febris remissione & nō in vigore, quē turgentia appellat, tantū esse purgantū. Quod alijs verbis sic scripserait: Cū verò impetu fertur morib⁹, & q̄ grū & Medicū à curationibus quiescere cōuenit, ne quid mali

mali inducatur: etiā si aliquā id naturā utiliter fecerit, vt in quibusdā febribus malignis: sed nobis nō datur in eisdē idē efficere, quia sēpe in grauiissimas dysenterias degenerat morbus. P̄i grērēa verū est diebus imparib⁹ purgationē moliri, vi sentēna est Hipp. dicētis. Quicūq; iā à felib⁹ cōtinuis correp 1:b 4 de ti pharmaco vñ sūt diebus paribus, h̄i nūmū purga moro. tī nūquā sunt: qui verò in diebus impatiens, nūmū purgari sunt: multi etiam perierunt nūmū purgati.

Verū vi res purgationis prospere cedat, animo euoluat diligēs Medicus, id medicamentū esse ad purgationes eligēdū, quod vñ experientiaq; maiorum probatū sit iuxta ideā peccati humoris. Quod Hipp. cōsuluerat dicēs: Oportet igitur primū biliosis dare quod bilē expurge, pituiosis quod pituitari: ea nēpe que magis regioni & vitæ moribus familiaria sunt. Quātitas vero medicamenti cōprobanda quoq; est experimenio: in qua re nulla p̄o. est haberi certa mēsura, ob ingentē corporū varie atē: dixit enim Hipp. Incerta est conjectura eorum qui ad quātitatē in purgatione cauti procedunt. Quia ratione interrogare oportet, si aliquā o laboras medicamentum sumpserit, qualiter se gesserit, vt ab euentu præterito certior tibi subsit conjectura: quod si nunquā sumpserit, satius est iteratō purgare, quam semel exhibitu pharmaco laborantem aut perdere, aut aliquod malum euocare. Sed vicunq; sit, consterna est morib⁹ vehementia cum virium robore, quo felicius cedat euacatio.

Purgatio minoratua ea est, qua materia morbi De mi- minor redditur circa ipsius principia: perficitur q; norati- feligenti pharmando, licet in minori quātitate qua in plena: ac debetur etiā humoribus in secūla regio- ux pur- ne existentibus, quorū tanta est quatitas (sine pu- gatione

Li. de me
dicam. ex
pur.

A 4 ueſtanc

Institutionum Medicinalium

frescant aut secus) quod timor sit, ne natura succubat, atque ante integrum eorum coctionem deficiat aut hebetescat. Quo fit, ut exhibito hoc purgationis genere, quo materia minor fit, natura reddatur potentior supra residuum, illiq; securius dominetur. Quantumvis neotericorum plures statuant, & ex Hippocrate mente nitantur probare, nulla lege esse in morborum principijs minorati pharmaco purgandum: cum hoc tamen euidentissimum est, Hipp. primus om

Lib. 4. acu
to.
niū fuisse minorationis authorem: nā inquit: Hos si ab initio purgare volueris, id ante diē quintū facito, ubi vēter murmurauerit: si non, à medicamentis abstineto: verū si murmurauerit, fuerintque excremēta biliosa, scammonio mediocriter purgato.

Quod apertius adhuc confirmat Gal. in cōmēto dices: Purgat igitur in morbis qui ante decimā quartā coqui, non possunt, sed clarius adhuc idem Hippo. paulò inferius sic scribit: Nam vel statim ab initio prius quam in partem aliquam cōfirmentur humores, medicādum, vel posteā cum ad maturitatē per ducti fuerint: quam ob causam & prima interdum die, & secunda & quarta & interdum quinta medicamenta dedimus. Ex quibus manifestè elicetur in acutis morbis licere minoranti pharmaco uti, ubi veremur citra damnum ad statum peruenire non posse. Nec prædicta Hipp. dogmata intelligi possunt de humoribus turgentibus: quippe hos non solum

Li. de me
d. ca. ar-
in principijs, sed quouis morbi tempore educere oportet. Nec rursus obstat dixisse Hipp. Quæcunq; igitur à febribus fortibus corripiuntur, ijs medicamenta purgatoria dare non oportet, donec remiserit febris; sin minus, saltē nō intra quatuordecim dies. Quam sententiam, solum de plena purgatione subintelligendam arbitror: cum ipsem et author dix-

dixerit: Medicari in valde acutis si expedit eâdem
die: & inchoâtibus morbis si quid tibi videtur mo-
uendum, moue. Quod Gal. pari ratione confirmat
dicens: Principio morbi antequam vires successu
temporis collabantur, & morbus augeatur, deberi
humores febris aut alterius morbi authores extra
corpus pelli. Quod confirmauerat etiam dicens,
principium morbi esse tempus in quo si quid vr-
get, aut purgare aut secta vena vacuare licebit: præ
fertim cùm statuat solùm à coctione, aut statim à
principio desumendam esse purgandi occasionem,
non à dierum numero. Nam eo tempore naturam
sentimus onustam & ceu nauseabundam, expostu-
lantem huiusmodi evacuationē, vt ex pulsuum inę
qualitate facile colligimus. Nam ob id dixit Hipp.
Natura autem stimulata & impulsa artis peritis que
facienda sunt demonstrat. Quòd si in acutis raro
id esse agendum Hipp. consuluerit, non ob id cre-
dendum est id vetuisse, sed cum præmeditatione es-
se agendum. Quo sit vt firmum sit huiusmodi pre-
ceptum stante prædicta necessitate.

At in morbis diuturnis alio modo res considera-
da est: nam vbi multa fuerit materia cum periculo
suffocationis, vereri non oportet purgatione mi-
norem reddere: quòd si periculum non vereamur
(quod in acutis fieri non decet) eâdem etiam mi-
noratione vti oportebit, apparente tamen coctio-
ne, quam expectare non decet, vbi periculum immi-
net, quia vis medicamenti in crassioribus succis per
meare nequit, nisi apta coctione. Itaq; in diutur-
nis pericolosis protinus minoranti viēris: in non
pericolosis incepta coctione: in acutis vero citra
coctionem, aut inceptra etiam, ceterum non perse-
uerante: nam in his morbis quibus coctiones de-

Li. de op-
ti. sec. ad
Tras.

Li. de to-
tius mor.
temp.
Li. 4. acu.
46.

Lib. de ar-
te.

K s litescunt

Institutionum Medicinalium

Sitescunt & occultatur, triplici ratione tenemur me dicamento minorante viii: prima, ut quod semel coctum est, è corpore excernatur, quippe detenum Iesurum esse sperandum est: secunda quia intercepta coctio, facultatis onere pressæ indicium est: tertia, quia materia aliquod minatur accidēs, quod præcauere necessum sit. Itaq; in his minorare quidem conuenit, ceterum expectatio coctionis principio, ut consuluerat Trallianus: nāq; non sunt humores cocti finendi vt in veteritate veniant, ne denouo recrudescentes morbum adaugeant.

L. 12. c. 7

Cum autem laborans suasponte renuit expurgans medicamentum, aut nequit deuoratum retinere, aut ob inficitiam vel mentis turbationem, aut si sanus homo est, & ventris siccitatem patitur mole, siam, cogendus non est ad huiusmodi præsidium: sed eū supplere oportet per odorata & umbilicaria medicamenta, quæ pluribus proficua fuere: pueris nimirum & foeminitis, quibus mercurialis & sicalitra cum buryro & oleo violarum frixa plurimum prodest: sicut succus earundem herbarum cum oleo amygdalarum dulcium in vnguenti formam redactus. A dulioribus vero prodest linimentum quod recipit succi radicis ebuli, fells bouini ana. 3. iiij. l. aloes. 3. j. salis gemæ, virtusque ellebori ana. 3. j. qui bus missis tacto linimento, maximi est vsus. Præstat

L. 1. sc. 7

vel ex AEti j decreto, medulla colocynthidis, semē erat. rura silvestris, elaterium, granum gnidium, semē lecuri ice, fel taurinum, sta: his silvestris. Præstat & vnguentum quod recipit olei illiorū & amygdalarum dulcium & Luyri rancidi ana. 3. j. aganci, asarj ana. 2. j. Ceræ nouæ quod sufficiat, sicut vnguentum, quo vnguetur os ventriculi. Aliud recipit succi sambuci, & succi mercurialis ana. 3. iiiij. mel-

lis.

hs, farinæ orobi vel lupinorum ana. 3. ij. misce & fiat vnguentum: sed horum maiorem copiam reperies lib. de recto præsi. vsu. Laudat insuper Ralius in hac re tanquam secretum maritimum, sicut cuo potia, quibus manu sepe acutus donec incalcent, venier facile soluntur: quæ sanè recipiunt scammonij, aloës, myrrę nigra ana. 3. j. quibus puluerizatis cum succo coriandri formentur duæ pilule.

Cum tanti sit momenti purgandi ratio, ut vel sanitatem integrum, si ut par ell fiat, aut grauisima alioqui accersat mala, experientio fidissimo comperimus, non sat esse, quæ hucutque dicta sunt, nisi exactè dixero quot si contemplaturus scopos, qui absque errore quenquam sit purgatus. Quos ad tres tantum breuitatis causa reducere institui: minimum ad corporis purgandi propriam & peculiarem naturam, ad vires purgantis pharmaci: & ultimum ad morbos, quorum ratione utimur purganti pharaco.

Circa primum nosse oportet præter communem hominum natum, laborantis temperiem, aetatem & partis affectæ suum, naturam, societatem, acumē sensus & heberudinem, vehementiam ac virtutis robur, & ultimum peculiarem hominis conditio nem. Nam sunt qui facile propensi existunt ad medicamenta capessenda: alijs adeo ipsa aueriantur, ut ventriculus horreat & contremiscat: item nonnulli à quo quis medicamento, quantumvis leuisimum sit, offenduntur: plures assuetis guadent & iuvantur, reliquis plurimū offenduntur. Quo fit, ut nec omnibus biliolis corporibus aut morbis quæ bilem purgent, sunt adhibenda, nec eadem quantitate: nam cuique placere solet suum medicamentum, & probata etiam quantitas, ne his

Institutionum Medicinalium

his non consideratis, nobis vsu veniat, quod de se refert Hipp. qui ab his medicamentis assumptis plures refert perisse defectu harum considerationum. Quamobrem, si vel renuerit, vel offendatur, vel nō fuerit assuetus, vel quicquid aliud, quo auer sari medicamētum videatur, adfuerit, tunc quidem cōsilium est, à leui aliquo subductorio purgationē tentare, & prout aliis tolerauerit, vltierius licebit aut porrigerere, aut subsistere: nam iētare oportet in re tam graui, sicut omnes qui aliquid incertū aggre diuntur prudenter faciunt. Certiorem insuper elicies conjecturam, si medicamenta purgantia exactè cognoueris: nam cū minihil temere aut negligenter sit aggrediendum, id priūs nouisse oportet, ca uentes in primis inexperta medicamenta: tutius enim est expertis potius atque vſitatis à peritis Medicis vti, quam in expertis, etiam si à vulgari & pri uato quodam homine plurimum extollantur. Quod etiam damnauerat Hipp. dicens: Quod enim peregrinum est, cūni uondum intellexerint an bonum sit, magis laudant, quam familiare quod iam bonū esse sciunt, & alienum magis laudant quam probē notum: adeo enim quæ nota sunt laudat Hippoc. vt etiam si non profuerint, eorum tamen prouidentia habere commendet: verū si quando necessitas compulerit nos in expertis vti, se scitari à peritiōibus & antiquioribus viris opus erit, qualiter se laborantes gesserint eis assumptis. Ut cūique tamē sit, semper mihi habui persuatum, satius esse vernaculis vti, ac proprijs cuiusvis regionis medicamentis, vt quæ cum cohabitu: oribus cognacionem habeant, quam exieris. Ex quibus etiam quantum fieri posit, & morbi natura postulauerit, similiora adhibere conuenit, vt quæ minus turbent & magis operau-

Li. de frācturi, in
princ.

Li. de ar-
ticulis.

operentur, nisi adeò vehementia sint, quòd admitescendum ea, opus sit aliorum miscella: correctioribus enim tutiùs vteris, quàm his quæ sua sponte effrænata existunt.

Tertiò considerare oportet morbos in quibus quotidie Medicorum vulgus deceptū fucata quādam apparentia, in discriminatē purgantibus medicamentis abutitur. Nāque in biliosis non protinus quæ bilem purgant sunt adhibenda: quippe in cauſonide & exquisita tertiana alteratione potius agēda res est, quām purgatione, quæ in his morbis bilem vehementer per corpus mouent & exagitant.

Legem autem huic rei posuerat Hipp. dicens: At si os non afficiatur, verū ad imum ventrem tor-
mē irruat, pharmacum deorsum purgans bibendū
dato: quòd si hæc signa non apparuerint, vt in ter-
tianis, balneum commendat Galenus, & in cauſo-
nide frigidæ potum: nam in acutis passionibus
rarè esse vtendum medicamentis consuluit Galen.
Cui vsui necessari est considerare regionem, anni
tempus, humorum peccantium ideam, occasionem,
morbi vehementiam, & quando in morbum inci-
derit homo: & an ex furente vel quieta materia or-
tus sit: acutus, an diurnus, vñus ne, an plures simul
morbi coniungantur: item humorum præpara-
tionem, coctionem, vias & corpus, qualiter hæc om-
nia se habeant. Quibus consideratis cōstatibit quid
agere aut non agere oporteat. Pari ratione in vir-
ginibus, castis ac religiosis fœminis, quæ ex semine
aut sanguine retentis aliquo affectu premiuntur, ra-
rò & cautè vtendum est pharmacis purgantibus:
exacerbantur enim prædictæ materię magis, &
subinde accidentia sæuiora fiunt: sat enim est blâ-
dioribus vti.

Nec

Institutionum Medicinalium

Nec minoris momenti est considerare, caput febri
entis non esse purgandum, ne cōmōdis humori
bus vi ipsius medicamēti caput feriatur: ob idque
**Lib. de lo
ci, in ho.** scriptum reliqui Hipp. Caput febri
entis ne purga
to, ne furiosus fiat.

**Li 4. acu.
tex. 113.** Prēterea vbi ex flatu accidentia aliqua prodeūt
in ventriculo aut mesentero, utero vel capite, non
protinus vtendum est frequētibus purgationibus,
nam plures solent suboriri flatus ex impotentia fa
cultatis, quae nequit ipsos discutere, quām ex mate
riae vitio: quo tempore purgantium v̄su longē ma
gis redditur impotens, & flatus copia maior, vt
expressē scriperat Hippoc. Verūm si flatus ornatū
potius materiae vitio quām virium impotentia, pur
gandum tunc est, sicut in alijs plus cōscutientibus
vtendum.

Purgationes etiam formidare oportet in his qui
bus insunt hēmorrhoides: item menstruis deficien
tibus: vel in his qui tenesmo aut alii fluore de fa
cili tentantur, & vbi intestinum aliquod ulceratur,
aut inflāmatione tentatur: vel vbi aliud admodum
sicca fuerit: sic in fluxībus articularibus, non nisi
inclinatio malo, & tunc his medicamentis, quae par
tem respiciat, vt sunt pilule arthriticæ, quibus antea
non datur v̄s: nam si antea purgare oportuerit, vel
his que blandē purgent, vel electorijs est vtendū.
Lib. de ve Purgationes item in quamplurimis morbis inter
ratri v̄su. dixerat Hippocr. eos nominatim signans: v̄crūm
gatione vtendum, sed cūn v̄su venerit, cautē effi
ciendum. Preterea, in quartana non est protinus
abstinentia a purgatione, nec mox a vehementi
bus incipiendum: sed cum ab alio morbo non pur
gato prodit, purgandum est adhuc in principio &
validis

validis medicamentis : verum si incipiendo proce-
da, vel debilitibus, vel nondum. Cum hoc tamen
in spleneticis & melancholicis non protinus vren-
dum est copiosis euacuationibus, nec blandis me-
dicamentis, sed ut consuluerat Hipp. dicens: Si ve- Libr. 1. de
rò solenicus fuerit, ne purges, nec succis nec laete, morbo
neque sero, sed eo quod modicum ingestum, pluri-
mum educat.

Duo tamen in hac re consilia pre oculis habeo:
primum commendat Hipp. dicens: Medicamenta for Li. de lo-
tia à natura in debilibus morbis dare non oportet, cis in ha-
nec paucitate medicamenti debilitas facienda est mi.
(licet contrarium fateatur Avicenna) sed fortibus
natura, fortibus pharmacis viendum est, debilibus
vero, pharmacis non fortibus. Nec partiendum est
medicamentum, sed singulis secundum naturam, me-
dicamenta enim sunt omnia quae praesentem statum
transmouent. quod eleganssimis verbis AEtius sic Lib. 1. se.
3.c.24.
scripsera. In summa vt endumi est purgatorijs me-
dicamenis in his quibus vires validae sunt, & vo-
luntas prompta est, & qui ventrem robustum ha-
bent, & multam inutilem materiam in corpore col-
litunt. At pinguis & graciles ad purgationem inu-
tilles sunt: insiper & qui multo sanguine abundat,
& qui assidue animo linquuntur & ægre reuocan-
tur: & qui circa vomunt, & omni occasione: pueri
item ac senes, & mulieres quibus menses valide pur-
ganuntur. Et qui valde purum habent corpus, & qui
certam habent virtus rationem. Quæ omnia dilu-
gens Medicus minari tenetur ante purgationem,
ut ciura periculum sui operis finem
coniequatur.

Q V I D

Institutionum Medicinalium

Q V I D A G E R E O P O R T E A T
Vbi sanguinis missione & purgatione
simul opus est

INSTITUTIO VII.



ON Sat est nouisse, quibus legibus curaturo liceat sanguinem mittere, aut expurganti pharmaco vti, ni prius in omni curatione diligenter examinet, à quo nam principum auspicari licet: an videlicet à sanguinis missione, an ab expurganti medicamento: cùm nō raro accidat, vtroq; auxilio simul esse opus, & vtrumq; maximam sui præstare indicationem, siquidem non est ita facile nosse, quo eorum primò vtendum sit. In qua re expendat, aliter duo hæc auxilia consideranda esse quo tempore prima corporis regio euacuari desiderat, & simul sanguinem oportet mittere: aliter vero, cùm à venis maioribus plenitudinem deponere oportet, & simul cacochymiam euacuare. Sic in primo corporis statu conijcere oportet, an vtraque necessitas pariter urgeat, an altera reliquam supereret: nam si hæc virginis, cōsultius esse existimo, primam regionem lenienti pharmaco primùm purgare, deinde sanguinem mittere: siquidem dum hæc scatet excremētis, sine dubio si præmittatur venarum inanitio, facile quod in ea regione vagatur, venas irruens sanguinem conspurcat: verū si mittenendi sanguinem necessitas plurimum urget, ut in his qui patiuntur anginam aut phrenitidem, & in his etiam

etiam qui ab alto ceciderunt, aut percussi fuere, periculose & graue est sanguinis missionem differre. Quod Celsus egregie docuit dicens: Cum sit minimum crudo sanguis mittendus, tamen nec id perpetuum est, nec semper res coctionem expectat: ergo si ex superiori parte aliquis ceciderit, si contusus est, si ex aliquo subito casu sanguinem vomit, quamvis paulò ante sumperferit cibos, tamen protinus ei demenda materia est, ne si subsederit corpus affligat: idque etiam in alijs casibus repentinis, qui strangulabunt dictum erit: at si morbi ratio patitur, tum demum nulla cruditatis suspectio remanente, id fieri: cruditates enim huiusmodi satius est vomitu aut clysmate demere, quam sanguinis detractionem differre. Verum quia potest aliquando contingere, utraque necessitate simul concurrente, quod morbus cuius gratia auxilia desiderantur, ex his superuacuis humoribus concitentur, existente etiam in venis plenitudine: tunc profectò expediet humores hos superuacos, à quibus affectus prodit, conuenienti pharaco educere, deinde sanguinem inittere: ne sanguis superabundans eiudem malo fiat materia.

Cæterum si humoribus viuum insit ex plenitudinis & cacochymiq; permixtione, exumauda præstis est, cœu res in agni momenti, humorum qui in venis accreuerunt differentia. Cum enim alterutia plectora præsit, sanguis quidem largiter fundetur, donec ad mediocritatem redigatur: hoc vñū subsidium grauatas vires leuat, nec vlla tūc purgatio ex ipsu est. Cæterum dum impiori sanguine venæ implentur, estq; ex cacochymia & plenitudine permixtum vitium, virumque vacuationus genus desiderat. At si qui venas implet sanguis ca-

L lidios

Institutionum Medicinalium

Iudicior est ac multa bile perfunditur , extrahendus protinus est, idque parcius quam in simplici plethora, solùm quantum sat sit ut plenitudinis virtus videntur: quod vero adhuc superest, non venæsecione, sed purgatione pelli debet. Quæ sanè purgatio, post sanguinis detractionem tutius fiet : tum quia refrigeratum est missio sanguine corpus, tum vero, quia metus perturbationis vel obstructionis augendæ demptus iam est. Melancholica item plenitudo venæsecione ante purgationem demenda est, parciis tamen quam biliosa: at pituitosa plenitudo omnium maximè sanguinis missionem renuit, ut quam frigore non mediocri polleat, & viribus imbecillis semper iungatur: qua ratione pertimescenda est venæsecchio, aut parcissima efficienda, vel non mox à principio.

At si maior cacochymia appareat, attento animo rimari oportet, an febris ab ea succendatur, an seclusus: nam si primū, circa moram à sanguinis missione est auspicandum: at purgatio differenda est donec coctio appareat, nisi humores turgeant: sanguine vero missio largius & citius purgandum est. Denique eo parcius sanguis mittendus est, quo magis cacochymia inualuerit, quoniam vires parum firmæ solent esse. Qua ratione nisi venæ supra modum plenæ sint & graue periculum impendeat, sanguinis mittendi vicaria erit leuis expurgatio, eaque iterata, maxime si æger sanguinis detractionem perhorrebeat.

Cæterum si sors tulerit, quod pares vires plenitudo & cacochymia fortiantur, non ut nonnulli cœferunt, indistinctè à quavis licet incipere, sed considerandum est, an hæc vasorum plenitudo obstructio nœ efficiat: quæ sanè dupli ratione sanguinis de-

tractionem præire cogit: tūm quia ante pūrgatio-
nē obstrūctiones huiusmodi auferre oportet, quod
in casu posito sanguinis detractione commodiūs
siet: tūm verò quia hæc obstrūctio purgat: bus ob-
est medicamentis: quippe stantibus obstrūctione &
plenitudine, vis medicamenti permeare nequit, nec
humores commode trahi. Præterea considerare
oportet, an ex cacochymia & plenitudine febris
suboriatur: hoc enim certius nobis indicium præ-
mittendi sanguinem præstat, nisi quid obliterit ex
his quæ Gal. recenset: nam in minuta plenitudine,
quæcumq; putrida, aut aliter inquinata superfunt,
per conuenientem regionem facilius extrahere li-
cebit. In reliquis verò dum par est utrumque vi-
tium, & febris non adest, haud abs re fuerit à quo-
uis initium sumere, dummodo alterum non sit
magis morbi causa quam reliquum, nam eo tem-
pore à potiori morbi causa principium curatio-
nis summere oportet. Cum hoc tamen satius est
Gal. consilium tequi, qui à sanguinis missione inci-
pere iubet, nisi in sanis corporibus voluntas æ gri
aliud postulauerit.

Vltimò tamen monere hac in parte lectorem ex-
pedit, dum predicatorum auxiliorum aliquod renuit
laborans, an semper reliquo supplere possimus al-
terius indigentiam. In qua re quamvis Oribasius,
Paulus ac etiam Gal. statuerint incistntē substi-
tutionem horum auxiliorum cuique licere aggredi,
dum alterum renuitur, non ob id inconsultò, &
indiscriminatim debet fieri: namque eorum sen-
tentia sic ut iacet accepia, medicinalibus dis-
ciplinis plurimum videtur auersari: siquidem
dum in febribus sanguis redundat, eum pur-
gatione demere non licet, immo nec per yrinas,

Lib. 1. ad
Glau. ca.
vlti.

Lib. 4. de
fani. tu.
Li. 12. me
tho.

Li. 7. me- *Vt ex eodem Gale. videtur constare: nec per sudores: quod licet aliquando fieri possit, non quidem pari securitate & breuitate. Incalescit enim corpus indies non vacuata plenitudine, à cuius euacuatione incipere consultit Gal. Quia quidem ratione non oportet similitate obtumorem, & præstare que non possunt non nocere pleno existente corpore: nam si purgamus, & quabilem quantitatem sanguinis relinquimus: si sudores aut urinas mouemus, nihil magis plenitudinem demimus. Nisi Gal. sententiam hoc modo velimus intelligere: nimurum, quod si sanguis primis diebus non mittitur, statim degenerat in alias humores, quos purgatione demere & quum est. Cæterum consilium hoc Galeni, non intelligitur nisi quod purgatio fiat quo tempore debet fieri sanguinis missio: nam in febribus & purgare, & sudores mouere ac urinas necessum est, verum alterum nequit fieri loco & tempore alterius. Quare cogendus est æger ad sanguinis missione, cui si obstat, pronunciato periculo, tutius est ad febris refrigerationem indicationem conuerte-re, cibis, poculis, hirudinibus atq; scarificationibus, vt Trallianus docuit: quod si renuerit, ægro insalutato satius est discedere. In alijs tamen morbis vbi par est necessitas, quod laborans elegerit exequendum est: verum sine aliquo horum auxiliorum sudores aut urinæ moueri non possunt sine noxa. At in quibus sanguis mittitur ob dolorem, casu aut percussionem, tuò possumus loco missione sanguinis sudores mouere, quod profectò natura sua sponte tuò efficere habet. Verum dum utroque auxilio opus est, & utrumque laborans renuit, affectio eo tempore maius facessit negotium. Quo casu consilio AEtij uti oportet, qui in hunc*

hunc modum profert. Quando quidem verò, quidam adèò formidolosi sunt & mollitie fracti, ut neque nomen venæ sectionis aut purgationis audire sustineant, non melius tantum sed & fortunatius est nullum talem contingere: & tamen si ad curandos ægros cogamur, prædicere oportet diurnos dolores eis affuturos, vigilias, articulorum torturas & claudicationes, præsestitim si crassus & multus sit sanguinis fluxus. Abstinentia igitur ciborum illis constituenda est, & clysteres moderatè fortes injiciendi, & pharmaca vmbilicaria imponenda, epomphalia à Græcis appellata, quæ sanè vmbilico apposita aluum ducant. Utendum etiam glandibus cum succo ciclaminis, elaterio & similibus: atque hoc de purgatione dixisse sit satis.

D E E V A C U A T I O N I B V S
Quæ fiunt per epicrasim seu paulatim
 INSTITV TIO. VIII.



V A Ratione in alimentorum exhibitione dictū est, præter quantitatē, qualitatē & formam a que occasione, modum etiam exhibendi alimentum summopere oportere nosse, sic pari ratione in quovis evacuationis genere exequendum venit. Quippe id etiam natura sua sponte

L 3 Vult-

Institutionum Medicinalium

vtiliter efficit: paulatim enim & sensim non raro excrementa euacuat, & aliquando subito & conser-
tim: quod etiam in euacuationibus efficiendis ne-
cessitate naturae Medicus exequi tenetur.

**Li.9. me-
sho.c.10.** Est quidem euacuatio per epicrasim facta, vt ex Gal. constat, ea nimirum, in qua quod vitiosum est paulatim euacuatur, & quod salubre est insuper pro eo reponitur: nam exquisita huiusmodi euacuationis significatio ex renutitione & vacuatione paulatina constituitur. ita vt corruptio humoris, quia vrgenter vacuationem expostulat, satisfactum sit vacuatione, & viribus imbecillius renutitione, quod multi interpretantur intensam temperationem ex vtroque factam, nimirum vacuatione noxijs, & repositione necessarij. Ex quibus constat vacuandum fore & multum, sed quia multum fieri nequit, s̄epius fit, parum tamen, vt & viribus prouideamus paucitate, & vitio vacuationum fre-
quentia.

Purgare enim s̄epe & parum duobus modis contingere potest: nimirum per communes corporis canales, utramque videlicet aluum, virginam & universam cutem, aut per proprios & peculiares cuique parti affecta: huius non meminero nisi libr. harum institutionum secundo: illius vero hac in parte, statuens fieri hunc purgationis modum, quo tempore ea quantitate medicamento utimur felicente, que confertim non euacuet, neq; rursus minorem reddat materiam notabiliter, sed sensibilem tantum moliatur euacuationem. qua quidem nota constat differre à plena & minorante purgatione: præterquā quod hæc nec semel, nec bis venit exercenda, sed s̄epius & eodem medicamento, parua tamen quantitate. Qua etiam purgationis lege usus fuit

fuit Hipp. dicens: Cūm euacuatus fuerit & **corpo-**
re debilis, internam aluum tertio quoq; die deor-
sum moueto, quo & corpus potens sit, & supernæ
regiones humoris exortes.

Potissima autem ratio huius euacuationis ex tri-
 bus potissimum fumitur: ex qualitate videlicet hu-
 moris peccantis, ex ægrotatis viribus, & expatiëtis
 particulae natura: crat si nāc; humores, ut nequeūt
 nisi paulatim concoqui, admonent quidem sēp̄ius
 esse euacuandos: Iuxta Tralliani præceptū: qui ve-
 rō tenues sunt & vñiformes, quia recipiunt vnicam de euaci-
 & vñiformem coctionem, temel & confertim edu-
 ci desiderant. Quibus constat, hoc vacuandi genus
 conuenire omnibus morbis diuturnis, quibus inest
 ingens materia corruptæ copia, quo necessum est
 vires esse diminutas: aut acutis, quibus adiunctæ
 sunt languidae vires, quæ maiorem euacuationē fer-
 re nequeunt. Sic ea utilissima efficitur in quotidiani-
 nis & quartanis febribus, tamen transacto princi-
 pio, quo educatur quod coctū fuerit, via relicta ad
 residui coctionē: quod in spurijs quartanis summo-
 pere ex vsu semper fuit. Sic in morbo Gallico &
 omnibus alijs, in quibus copia coi ruptorū succorū
 magna est, hac vtimur euacuationis forte. Nam cūn-
 tota tere humorum massa sit infecta, cōfertim plu-
 rimū extahere, eset præter artis insti utum: præ-
 terquam quod vires spirituum resolutione ex con-
 fera euacuatione fa ilè laberentur, præserit
 quod vbi humores sunt corrupti, vires quām rau-
 cissemū cōstan: præterquam quoc: ob id tam est
 in his corporibus necessaria renuntatio, quām cor-
 ruptorum educto, & sic alternatim viruinque de-
 bet fieri. inamuntur enim & attemperantur tunc.
 Præstat euam suam gratiam hoc vacuandi genus

Institutionum Medicinalium

acutis affectionibus, dum humorum copia, quæ vacuationibus plenioriſt & facta maior superst̄, quā quod speremus naturam posse superare. Quapropter syrups quos quotidie porrigitur, oportet tertio quoque die addere vel rhabarbari. - 3. iij. infusionis in aqua cichorii, aut expressionem. 3. ij. foliorum senæ, vel. 3. ij. liquoris nouem infusionum rosarium Persicarum. Experimento quidem fidissimo comperimus multis profuisse, quibus maiores vacuationes, vel nullius fuere momenti, vel perficere non possunt, aut earum occasio non datur.

Secunda verò indicatio ad huiusmodi vacuationem moliendam, sumitur à laborantis viribus: nam qui robusti sunt, certim factas euacuationes sine noxa ferunt: qui verò infirmis constant, tutius sensim & per interualla vacuantur. Quia ratione in diutinis malis, in quibus vires conantur præcaere, ut quę diutius cum morbo sunt pugnaturæ, tutissimum est consilium parum & sæpe euacuare: nā ex subita & copiosa vacuatione, licet peccantis humoris plurimū extrahatur, insinuores supersunt vires quā par sit, ut cū prolixo morbo diu sint pugnaturæ. Cum hoc tamen, si in prædictis morbis vires robuste sint, plurimum euacuari potest, partita tamen vacuatione: si verò debiles, parum & sæpe purgabis.

Particula patiens potissimum præstat modum vacuationis per epicrasim: si quidem dum particulę actio sibi soli inferuit, audacter quæ in ipsa continentur vacuare licebit. At si ministeriū partis commune fuerit omnibus particulis (qualis naturæ est vētriculus, cerebrū & iecur) non leuis habenda est de virtutis robore consideratio. Quia quidem ratio ne ab his paulatim oportet euacuare, ne cū morbo etiam

etiam membra facultas deficiat, & proprio ministro atque communi non sufficiat. Verum cum non sit pars actionum dignitas, ad portionem dignitatis prospiciendum est robori. Præterea consideranda est indicatio, quam sensus partium suppeditat, quando omne medicamentum contemnit, quæ tardi est sensus, etiam si non leuiter mordeat: quo fit, ut pleniorum sustinere possit euacuationem: quæ vero acuto possunt sensu partes, doloribus vehementioribus cruciantur. Et ob id partitam expostulant vacuationem, vel leuiori medicamento facta. Situs etiam partium vacuationes metuntur: nam partes quæ cum ventre communionem habent, ut quæ venis amplissimis constent, tunc possunt purgari confertim. Verum quæ aut longius distant, aut profundiùs sitæ sunt, aut per angustas tenuesque vias communicantur, nullo modo ferre possunt plenam euacuationem. Quo fit, ut in capitis, pulmonis & thoracis affectibus, in articularibus morbis, in inueteratis obstructionibus, mania & alijs grauioribus affectionibus, purgatio per epicrasim cæteris utilior sit. Remari etiam oportet, an particula quæ vacuare intendimus, quotidiana propagatione superuacuos illos humores generet: nam eo tempore consultissimum est crebro purgare, ut quod indies aggregatur, antequam in maiore molem succiescat, paulatina euacuatione, quæ morbos sunt effectura euacuet: nam in his particulis confertum euacuare, præter id quod nihil amplius iuuat, pars imbecillior redditur, & maiorem generat excrementorum copiam, præterquam quod directius trahatur a parte affecta frequentia, quam copia quæ vires labe-factat.

Præterea in huius auxilijs administratione, ma-

L s ximum

Institutionum Medicinalium

ximum inuenitur præsidium in malis non exacte
exploratis, in quibus ad individuam usque specie
peruenire non datur: in quorum medella ea mode-
ratione adhibenda sunt præsidia, ut saltem non no-
ceant: nam in his saius est curationem incipere
quam perficere, ut ex euentu coniectura de morbo
habita, scientia sit, tunc maxime cum præstitu au-
xiliu inuit, aut maiori intensione vel copia habet.
Habet insuper paulatim actio aliud vitium, quod
præter viam quam præstat ad veram affectus noti-
tiam, minus habet, & tutius vitium corrigit. Qua-
ratione censeo Hippocrat. dixisse, plurimum ac re-
pente vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrige-
rare, vel vtcunq; aliter corpus mouere, periculo-
sum esse: & subdit: & omne nūnūm naturæ inimi-
cum, quod verò paulatim sit, tuum est. Sunt quidē
qui paulatim omnes vacuationes sieri desiderent,
vnde cunque siant, excepta ea que sit per imum ven-
trem: id quidem multis rationibus. Prima, quia me-
dicamenta que per urinam, vomitum, sudorem &
alias peculiares regiones expurgat, nequit ea quan-
titate ferre natura, que vniuersim & repente edu-
cat: & ob id desiderant hę partes minutam vacua-
tionem. Secunda, quia viæ per quas ab illis partibus
se expurgat natura, adeo angustæ sunt, quod maxi-
mam humoris copiam capere cura maximum dis-
crimen non valeant: quo sit, ut in his frequentia
purgationis paruitate unius supplere debeat. Ter-
tia verò, quia humorum crassities, que aut per su-
dorem aut per urinam sit, non potest simul & re-
pentè disponi, ut cōferim excernatur: quapropter
natura non mouet semel urinam, sudorem aut vo-
mitum, sed sèpius. Quarta quidem & ultima, quia
paulatim vacuationibus securius trahuntur hu-
mores

mores à partibus, quām his quæ confertim siunt nam hæc potius euocant viuēsi corporis humores ad affectam partem, quām ab ea quidquam detrahere possint: qua ratione ante omnē purgationem per epictasim, necessariò prærequiriunt totius corporis prouidentia, ne subito humores moti ad affectam particulam confluant.

DE R A T I O N E P V R G A N D I per vomitum

I N S T I T U T I O I X .



Vantumuis ab usu recesserit cu-
ratio morborum quæ vomitu per-
ficitur, cum hoc tamen quia eam
in plerisq; morborum saxe pro-
ficiuam experiri, ob id placuit
illi dicare proprium caput. Pur-
gat se te ventriculus per aliū fe-
cessum & per vomitum non raro: qua ratione cito-
phagum duabus tunicis constitutum fabrefecit na-
tura: quarum altera ut Galen. placuit ad cibi potus Lib. 5. de lo-
que deglutionem vtitur: altera vero ad eam quæ vo-
mendo sit expulsionem, l'cet contrarium videatur
asserere, deglutionem statuēs perfici sola membra Lib. 2. de
na interna ex vallis longis constante, sed deterius facul. na-
quā si etiā externorū circulariū ope iuuaretur. Ve-
rū cum hoc duo contrarij motus ab eisdē vallis pos-
sunt fieri(nimirum vomitus & voratus) si princi-
pium motus à diuersa locorum positura incipiatur
nam in voratu à parte superna trahere aggreditur:
in vomitu vero ab inferna, quæ extremita primò
collo-

Institutionum Medicinalium

colligit, & sursum trahendo pellit. Quo sanè motu illuuiem expurgat è præcordiorum membranis, è cauis iecoris ac lienis & pancrea omnis generis superuacuos humores allicit: in ventriculum enim ex his locis viæ breues ac expeditæ magis quam in aliud directæ sunt, per quas facilis est vomitio ab interioribus primò, deinde consecutione quadam caput reliquumq; corpus leuat: quo circa omnibus opitulatur affectibus, qui à præcordiorum impuritate ortum ceperunt, languenii appetentia, naufragia, cibi fastidio, vomitioni crebre, ventriculo, præcordijsue distensis, ictero, cachexia, febribus intermittentibus, emicranie ac reliquis capitis affectionibus, quæ præcordiorum sympathia contractæ sunt.

Lib. I. problem. 41. Recenset Arist. vomitoria pharmaca esse in quadruplici differentia. Prima eorum est medicamentorum quæ extranea sunt & inconsueta, à quibus natura alteratur excitaturque: secunda eorum quæ viscida & crassa non sunt, ne ventriculo adhæreant, sed levia & tenuia citra vllam adstrictionem: tertia quæd vehementis sint facultatis, ut valenter natum laceant, veluti elleborus: quarta vero & vltima quæd in maxima sint quantitate, ita ut virtus ea nequeat tolerare: quorum loco alimentis varijs & multis utimur: quippe validia & copiosa citò corpus inferemerent. Illud interim huic loco adjecere placuit, plurimum oportere nostram extatem tanquam suspectis (etiamsi maxima bona præsent) vomitorijs maxima cautione vii, ob varias & non contemendas causas. Nam humores descendunt ad intestina innata grauitate facilius quam ad ventriculum condescendant: sunt que plures & multo latiores mesentericæ venæ à forta ad intestina, quam ad

ad ventriculum delatæ, licet brevior sit via ad ventriculam. Præterea à intestina excrementorum susceptioni parauit natura: & cùm sint membra ventriculo ignobiliora, incoluntur eò deferuntur noxia. Adde, quod brevior via est à corporis mole per meseraica vas a ad intestina quam ad ventriculum: nam facilius à ierore ad intestina quam ad ventriculum, etiamsi brevior videatur via, licet ut diutum est à pancreis & vicinis partibus brevior sit via ad ventriculum: tractus verò humor cùm medicamenti vi extra pelli non possit, sed recipientis membra potentia, tanto maiori facilitate ab intestinis excernetur quam à ventriculo, quanto maiori commoditate intestina in excernendo præstat, ob duplarem qua possunt excretoriam utraque membra, præterquam quod Hippocrat. authore robustiorum naturam requirit vomitio delectione ipsa. His non obstanibus, iani est momenti vomitorum præsidium, ut rebelles & penè indomitos morbos ubi debite athibeatur facile curat.

Liber. 1-
pho. 6. 2.

Mouere tamen vomitum tribus medicamentorum fortibus docuit usus & sidissima obtinatio: prima quidem est cibus humectans tempesta usq; ut ptytanæ tremor, ficus recentes comedisti, superbibita aqua calida vel tepida, vel tremore hordæ, mulsa, vino dulci, syrupo aceroso, oxymellite simplici vel aqua hordæ tepida. Mediocria quidem medicamenta sunt flos & semen anethi, semen & radix atriplicis, raphani, rappæ, eructæ, laurici, dauci, & radix betonicae ac semini melonii & cucumeris: valentiora verò existunt genestæ flos, siliquæ & semé, nullus vomitorius comedisti, vel eius decoctū, sampsaci & ebuli folia radix que, vel a jhanu silvestris, ciclamini radix & succus: valentissimum est vera rum album

Institutionum Medicinalium

albūm, veteribus olim frequenter vſitatum, nobis autem omnibus formidandum, ſicut hodie Stybiū & hydrargitum, nec non puluis graciolæ, atque etiam agaicus, quo noſtris temporibus facilius & tertiū vti poffimur. Quę omnia ex parte affectus & corporis & naturæ eius, ex ſenſuq; ægri, ætate, ſexu, habitu, temperatūra, anni tempore, regione, vietū, inſtituto vitæ, excrementis, affectibus animi, & his quæ ſuperueniunt, facile perdiſces, an hæc omnia conuererint in laborante, vel quoquā eorum proprius cuique fuerit. Sed pr̄termiſſis conditionib; quas antiquitas requirebat in his quos ad vomitū cogebat, vt quæ potiū pr̄erequirantur ad validiora medicamen'a, ſat eſt tres tantūm in quoquā corpore exquirere: quarum altera eſt corporis natura vomitiū prona: ſecunda humorū propenſio & motus ad ventriculum: & ultima quotidiana eorum ibidem generatio. Quibus ſtantibus aut quauis earum, rei ratio conſulit vomendū potiū eſſe, quā malia purgatione vſendum: dum modò id non prohibeat morbo alicuius particulae ex his quæ ventriculo vicinæ ſont. Quod ca-

Libr. 4. a-
pho. 7. &
8.

uere iubet Hippocrat. dicens: Tabidos cauentes ad ſuperiora purgationes, ſicut arcere enam oportet ab eodem auxilio diſſiculer vomentes & me-

Libr. 1. ad Iancholicos. Nec obſtet Galen. dixiſſe, quartana fe-
Glau. bre laborantes curari crebris vomitibus: nam aliud eſt melancholicos ad vomitū cogere, & aliud in accessionib; quarto die humore moto ad ventri- culum, per ipsum pellere. Pr̄tereā licet graciles ad vomitū aptiores ſint, vt Hipp. refert, id tamen non licet intelligere de morboſa gracilitate: quod Cornelius optimè animaduertit. Tempora etiam vomitibus efficiendis idonea adſeruare oportet,

iuxta

iuxta Hippocrat. decretum, qui sex mensibus hy-
 bernis vomendum esse statuit: hoc enim tempus
 pituitosius est aestivo, & morbi circa caput & re-
 gionem illam sunt, quae est supra septum transuer-
 sum. Cum vero aestas & calor fuerit, infusis vten-
 dum est: nam tempus istud aestuosum est, & corpus
 biliosius, & lumbi genuaque grauantur: quin & ca-
 lores suboruntur, & in ventre termina sunt. Idem
 confirmat Celsus qui pri uitam in ventre per hys-
 mem genitam vomitu esse purgandam docet. Sic Lib. de sa-
 Hippoc. supra septum transuersum dolores purga- lu. die.
 tione per superiora egere, infra per inferiora signi-
 ficavit. Sed contraria omnia tententiam statuit Libr. 4 a-
 Hippoc. dicens: Per aestatem partes superiores vo- pho. 1 . &
 mitu, inferiores per hyemem medicamentis purga- pho. 10.
 re: ac ruis faciliter vomentes vomitione purgados, Lib. 4. a-
 minimè tamen hyeme: difficulter vero vometes de pho. 67. .
 iectione purgados, aestate tamen. Quæ difficultas
 sic à Galen. dirimitur. Quando igitur generatur in
 ventriculo pituita, aut hor nobis est, ut pituitam vo- Lib. de sa-
 mitibus expurgemus, & bilem estate innatantem re- lib. 1. die-
 trahamus: eorum: verutamen vniuersum corpus ta. com. 5.
 purgate si statueris, estate per ventrem superiorē,
 hyeme per inferiore purgabis.

His præmissis, vomedi ratio tribus modis huma-
 no corpori prodeesse potest: primo quatenus vomi-
 tus reuulsoriū est auxilium: secundo qua deriuatoriū
 est, & vltimo quatenus enacuatoriū. In quo ope
 cōsiderandū est, nec temere, nec vicunq; nec qua-
 uis præmissa præparatione eius ministerium aggre-
 diendū fore: quippe frequenter aut violenter vomere,
 dum reuellere aliarū partū vinosos succos ad ventri
 culū studenius, periculose & graue est: solū enim
 opus est ut humorum fluentium ad articulos, vel
 quamvis

quāuis aliā partē impetus compescatur, non quidē
vt ad ventrem reuocetur: sat enim est, quod in me-
dio itineris humores remoren̄t. Cui usq; sat est
bis, terue in hebdomadavomere, nulla p̄emissa p̄e-
paratione & leui factō irriuamento. At dum ad de-
riuandum ex vicinis partibus humorem vomendū
est, tunc quidem primo & secundo & interdum ter-
tio die, sine intermissione vomere oportet: verūm
si vacuandum est quod in ipso vētriculo viget, sat
est per interualla, vt in ipso aggregatur: quod fa-
cies tentata prius ventriculi & humoris p̄para-
tione. Ad deriuationem verò solum ventriculum
aliquot ante dies aqua tepida abluere oportet, qua
vijs laxioribus factis, facilius à partibus vicinis re-
cipiat, & facilius vomat. Verūm si vacuādū est quod in-
nata, sola tepida copiosa vti oportet, qua sursum
ferantur vagantes humores. At si infartos succos
vacuare studueris, variam & copiosam alimento-
rum sarcinam prius porriges, vt facilius quod in-
fartum est adhæreat alimentis, & cum eis exer-
narur.

4. acut.⁹ Legem tamen ponit Hipp. vt cognoscamus quan-
do copiosam aut paulatinā per vomitum liceat ef-
ficere euacuationē. Quippe biliosam subito educe-
re poteris: inquit enim: A estate per superiora, abū-
dat quippe ea parte eo tempore: redditi etiam signa
abundantiae dicens: Quod si os amarum fuerit, vo-
mere confert, quia signum est redundantis bilis ea
parte. Item sciendum est an homo faciliter vomat,
quia vehementioribus pharmacis vti non datur, &
ob id facilitate vomendi adimplere oportet quod
medicamentorum moderantia nequit. Quo fit, vt
ad plenam purgationem prærequirantur humorum
copia, inclinatio naturæ ad ventriculum, & propri-
tudo

tudo ad vomendum, administratio etiam leuiū me dicamentorum, qualia bilis natura expostulat: laxatibus enim & fomentis facilius fieri.

Prettereā ut plenam euacuationem biliōsis humoribus conuenire diximus, ita omnibus pituitosis, aut quoquis alio vitio affect s debetur paulatina, prou eoū est quotidiana in ventriculo propagatio, aut aliunde in ipsum transmissio. Precautio etiam satius temporibus vomitum assuescimus mou're, dicen e Hippo. Utendum est vomitibus si humidiores sint, ei in mense, si sicciore, bis: & alibi inquit: Qui vomere bis in mense vult, melius sibi consulat si biduo continuauerit, quod am si quarto die, vt prima die cibos expelleret, secunda commotus humores: quia id satius est in his morbis qui minantur periculum. Verū in his in quibus affectio non properat, sat est ineunte vere, vt consuluit Hippocrat. aliquibus diebus vomere, praeferit min si ventriculi vitio multa in corpore congeratur pituita, aut si ipse homo ex vitio ventriculi plurimum vomat: & tunc quoquis tempore vomat oportet, vt consuluerat Hippocrates dicens: Nam si quis homini vomenti aquam multam bibendam dederit, eluentur ea per quæ vomit vnā cum vomitu, & sic vomitus sedatur. Confert etiam , vt Celsus refert his qui ventriculi vitio ante febrem horrore & tremore vexantur: sic AEtius vomere contulit in interallis morborum qui repetunt per vices. Quod his verbis dixerat Hippocrates: Si vero quaria apprehenderit, siquidem impurgatus fuerit, primum caput purgato, & interpositis tribus aut quatuor diebus, pharmacum sursum versus purgans dato in ipsa deprehensione. Idem etiam consu-

Li. de die ta.

Li. de ratione vic priuat.

Li. de loq ia hom.

Sec. 3. ca.

12. sec.

Li. de af sec.

6. po. p. 5

M luerat,

Institutionum Medicinalium

- Li. 6. pop. fuerat, in accessionibus fieri, à quo censeo AEtiū
part. 5. mutuasfē, sicut in fluxibus intestinorum pari ratio-
ne consuluit: nam humor qui sua natura difficul-
Lib. . quos ter mouetur, facilis in principio accessionis ipsum
& quādo. mouente natura educetur: quod Galen. etiam con-
sumiaueit. In quo sensu intelligendus venit Aui-
cenna cùm dixit, in die paroxysmi nō moueas, hoc
est per aluum. Considerare tamen opus erit in re
uulsoris opere quando tutius aut secus fieri possit:
nam si ventriculus fluxioni consentit, ad originem
reuocanda est, & per eam expurganda: quod si totū
corpus inueterata consuetudine ad distātes à ven-
triculo partes transmittat, presentaneum est reme-
dium vomitu hujorum impetum in contrarium
verttere. At si fluxio à capite fiat, vomitibus auer-
timus à paribus insimis ad quas fluere consuevit:
Libr. 6. a. sic diuturnas alui fluxiones curat, vt statuit Hippo-
pho. 16. dicens: A profluvio alui forte correpto, vomitus
Li. de die superueniens bonum. Pari etiam ratione dixerat
ta. Hippocrat. Cùm igitur quis aluum sistere volet,
amidē deuoratum cibum euomere oportet prius
Li. 5. pop. quam humescat, & infra detrahatur, & magis acer-
bis & austoris edulijs vti. Quod etiam retrahit
idenrauthor de viro qui Athenis habitabat, chole-
ra correpto, qui elleborō sumpto in lentiū iuscū
lo vomuit, & sanitati restitutus fuit. Prodest etiam
omnibus inueteratis affectionibus, & veteri proci-
dentiam retrahit.
- Derivatoriè etiam non parum commodi affert,
vbi humores expurgandi in partibus ventricu-
lo vicinis continentur: sic ex vsu est inueterata
affectionibus jecoris, splenis, mesenteri, & inte-
stinorum gracilium: quo sit, vt ex vsu sit hydrope
laborantibus, regiomorbo, ictero nigro; hypo-
chon-

chondriacis, anhelosis, si ex vlcere aut intemperie non proueniat.

His non obstantibus ,monet Celsus , ne quis qui valere & senescere volet , hoc quotidianum habeat: nam veteres solum cum nihil spei in medicina deprehendissent , ad vonitum configiebant : quod Empirici vehementissimis medicamentis tentant in grauioribus malis efficere . Verum neque configiendum est omnino ad hoc praefidium, nisi in grauioribus malis , nec in quibus leviter adhibendū: quæ omnia latius libro de recto praefidiorum vſu scripta reperies.

Q V A L I T E R L I C E A T corpora per urinam purgare

I N S T I T U T I O X.



V M urinam prouocare neque admodum sit consuetum , neque semper tutum, ne quis vim auxiliij huius importunè & citra rationem experietur, huius doctrinæ summam tribus tantum capitibus complectar, Quorum primum docebit quæ partes per urinam commode purgari queant: secundum quibus id medicamentis tutò fiat: tertium vero qua ratione, & quo morbi tempore.

Circa primum reuocandum est in memoriam
M 1 quanti

Institutionum Medicinalium

Li. 3. me-
sto. quanti momenti fuerit apud Galen. & sapientio-
res omnes, ea quæ ab affectis partibus præstatur no-
titia & indica:io. Cæteruni exclusis à præsenti
cap. considerationibus, quæ circa eam à tempera-
mento, ab actione & à sensu particulæ sumuntur,
tantum de his, quæ à figura, situ & connexione par-
tium demandantur, differere mihi est in animo, eo
quod per quem locum particula expurgari deside-
ret, facile commonstrent. Sunt autem partes om-
nes, quarum vitium ex vrina licet deprehendere,

Lib. 6. de-
loc affec.
cap. 4. aut per eam regionem purgare, quas his vel bis Ga-
len. recenset. Ita etiam vbi ex sublunioribus pars
aliqua affecta est, excrementa cum vrin's siecta in-
tueri, & ea suspectarum partium essentiæ compara-
re oportet. Qua sententia constat, partes eas posse
per vrinam expurgari, quarum affectus ex vrina
deprehenduntur, ut eadem parte refert, dicēs: Igi-
tur per vrinas expurgantur gibbae hepatis partes,
atque omnes quoiquot sunt his superiores. Præter
quas etiam aliæ inferiores per eandem regionem
tanquam per propriam, facile liberantur, ut renes,
vesica, vterus, & partes his ministrantes, ita & ve-
nosum & arteriosum genus: ut idem author retele-

Lib. 3. art.
med. rat dicens: Quęcunq; verò in hepate, vel venis, vel
arterijs vel renibus cōtinētur, per vrinā & per ven-
triculum expurgantur. Nec minoris momēti est pur-
gatio per vrinam partibus thoracis, præsertim cū
affectus à venoso genere fouetur: alioqui rarū est,
quæ in his partibus firmata sunt, nisi in pus vertan-
tur, per eam partē purgare, ut de vomica pulmonis
retulit Gal. Quę non licet in hac re confēnere: nam
experiētiæ credulitas parere debet: quantūvis per
cor videatur difficile pus deferri, ob accidentia &
pericula quę succrescere possunt: siquidem facultas

qua

quæ illud defert ea par e, præcauet quominus lœda datur, tūm quod rōl usta sī, tūm quod ibidem nō recipiatur, sed pellatur materia, quæ licet pus sit, cui etum & superari n'est.

Quibus præmissis, sciendum est qualia futura sine medicamenta huic ministerio proficia. In qua re prænuntenda est differentia inter purgationē quæ fit per vomitū, ventrē & vrinā: quod illa plerunq; desiderat fieri per electoria pharmaca, vt quæ humorē nitatur sub ppria forma extrahere: hęc verō tantū perficitur uno medicamentorū genere omnibus humoribus proficuo. Ratio est, quia omnes humores possunt facile in seream naturam mutari, vt facti renibus similes ab eis trahantur velut vrina: quia purgationes reliquæ sunt vi medicamentorū: hęc verō renū efficacia, præcedente humorū mutatiōne in seteā substanciali. Sic profectò mendicamen̄ia huic usui proficia in duplice sunt diffrentia: nam aliud est apud Galen. vrinam mouere, & aliud diureticum esse: nam quidquid diureticum est vrinam mouet, non tamen vice versa. Ea verò quæ verè & propriè vreita dicuntur, acia vehe- menterq; calida & sicca esse oportet, vt sanguinē discindant, discernantque à crassioribus partibus eas quæ aqueq; sun̄, tenues & seroſe, quas renes tra hentes in vrinam conuertant. Quod sanē opus nō si, vt ferrur, seroso humore separato à sanguine, eo modo quo serum coagula a crassiore parte lactis: tantam enim caliditatem sustinere natura non potuisset: sed quia huiusmodi medicamenta pituitosum crassum concretumq; humorem fundunt, ipsuſumq; in aquosam substanciali mutant, & id segregant, vt idem Galen. aduertit, parte remanente crassa, non coagulata. Cum hoc tamen ea

Institutionum Medicinalium

§. Simpli. peculiariter vretica dicuntur, vt Gal. refert, siue vrinam mouētia, nō quia solū moueāt vrinas, sed quia solas, absq; id quōd menses & lac moueāt: nam finitima sunt omnia hæc medicamenta. Diureticum vero secūdo significato, omne id est, quod vrinas mouere potentiam habet: quod in triplici differentia existit. Primum vrinas mouet, quia plurimā aquosamq; materiā corpori suppeditat, quā cūm renes trahunt, simul etiam educunt humores in venis contentos: qualis naturæ est vinum album aquosum, & seminam melonam. Secundū idem opus efficit abster gendo humores, qui in vasīs & renibus continen tur, cuius census est terebinthina & ononis radix. Tertiū verò quod vtrumque præstat, abster sionem videlicet, & plurimā aquosam humiditatē: vt aquæ sponte nascentes nitrosæ aut falsæ. Quibus non sine ratione quartum addi potest, quod etiam familiaritate substantiæ humores noxios per vrinam trahit, vt casia fistula & ihababarum.

Ex quibus sanè medicamentorum sortibus, peculiari ratione partes quēdam dū afficiuntur, desiderant propriè vretica medicamenta, & omnino renūūt quæ vrinā mouent: quales sunt partes quæ vrinæ deserujunt, & emulgētes venæ, renes, vretenes & vesica. In quo rū affectionibus nulla ratione sunt adhibenda quæ vrina augent, vtcunq; sint, nā plus lœduntur & obstrauntur plurima vrinæ quantitate, sed desiderant vbi obturatæ sunt, per sibi proprias regiones expurgari medicamentis, quæ valcant à suis affectibus vēdicare, qualia sunt quæ aliquo modo vretica dicuntur, vt quæ callosas siue tophaceas substantias inscindunt. Sunt autem hæc, vt radices regiorum asparragorum, rubi: betonica, item, polium, acetum scyllinum, & radices etiam

etiam apij & fœniculi: quod quidem & tutiori modo efficiunt, hic et tardius, quæ lac, menses & semen mouent. Et ubi in eisdem partibus humorum crassorum ac viscidos copia inest, quæ absterget etiam vrinas mouent, si adiuicet alijs cōmisceas, maximè si virus præfuerit: nam ab his quæ copiosam vrinā suppeditat, potissimum laxantur, dum calculo, obstruētione aut tumore præter naturā afficiuntur. Cæterū qui p̄p̄isus vreutica medicamenta desiderat, sunt affectus qui aut totū corpus aut aliquam signationem eius partē ex his quas retulerā, afficiunt. Nam cūm hęc aliquādo eligat humores biliosos aut seriosos, ut de iua satiua & de caprifolio fertur, eis uti oportebit: sed maximè dum affectus venosi generis à crassis, viscidis & tenacioribus succis sunt, præsertim si concreti & frigidi fuerint.

At quæ vrinā suppeditant & mouent, affectibus etiā debentur qui à crassis humoribus, et tēi in obadustionē & siccitatē concitantur, quiles metabolici & his proximi sunt, quia quæ aqua sunt medicamenta, cōmīstione fluidiores reddunt, & ad viuinę officinas cōueitūt. Huius census sunt vina tenuia & aquosa, & melonū feminā. Hęc tamē est diuinā inter verę vreutica & vina mouētia phainūta, quod hęc vrinā mouent aquosam & mulā, illa vero multam, cassam & humore peccante sedētam.

Considerare insuper oportet tempus idoneum seu occasionē expurgandi corpus per vrinā: quo in præsenti bipartitam habet indicacionem: unum quæ tempus respicit, alteram vero quæ corporis dispositionem. Circa primam sciendum est, quod præmissis remedij qualitate (quæ ex affectus natura) & quantitate (quæ ex magnitudine cause) & in agendo vehementia (quæ ex affectus magnitudine)

Institutionum Medicinalium

Li. 3. prog.
noft. 23.

dine defumi debet) tempus idoneum utendi hoc præsidio, exquirendum est secundum varia morborum tempora, ac secundum vim & potestatem medicamenti, quo vrinas mouere intendimus. Nam in morbis qui subito & confertim soluuntur, subito etiam & confertim vacuari oportet: & cum hæc medicamenta lentè & paulatim operentur, sit ut prædictis affectionibus vel nullius sint momenti, vel obsint. Cum hoc tamen hi affectus admittere possunt transacto principio, aut vacuatione praemissa. Cæterum si morbus ex his fuerit qui paulatim & sensim soluuntur, proprius per vrinas vacuari desiderat, ut Galen aperiè docuit dicens: Sæpe dictum iam est, ut humores corporis calidiores tenuioresque paratissimi sunt ad excretionem, crudis vero & crassis, aut per abscessum aut per coctionem natura medeatur: porro id ipsum ut per coctionem medeatur, excretio quædam est, quæ ex urina magna ex parte raro per aluum efficitur. Verum cum principium in huiusmodi morbis diurnis, quæ escendum esse monstrat, & status sit tempus coctionis & mutationis affectus, videbatur declinatione esse expectandam: sed cum morbi diurni paulatim coquuntur, & non confertim, & tota materia simul, ob id ut paulatim coquuntur, paulatim possunt per urinā purgari. Occasionē etiā præbet opportunissimam his auxilijs corporis dispositio: cui iure optimo reduci etiam possunt anni tempora, humorū copia, obstructio & corporis densitas. Verum ex his omnibus quæ maius facessunt negotiorum in mouēdis vrinis, sunt humorum copia & viarum angustia: siquidem nulla ratione sunt adhibenda, materia existente multa, sed illis præstatur occasio, ut dictum est,

est, post magnas evacuationes: alioqui viæ coarcta-
tæ nequibunt magnam succorum copiam capere
citrus grauius periculum. Quo sit, ut proficuum exi-
stet hoc vacuandi genus in materiæ reliquijs cras-
sis & viscidis, quæ alijs medicamentis cessuræ non
sunt. Item eorum usum cauere oportet ubi prædi-
ctorum membrorum vasa nimis obstructa sint, ne
maior & pressior fiat obstructio. Cauere item opor-
tet ab hoc auxilio tabescentes & macie confectos:
calidos item affectus, saltem donec deferuerint:
eos insuper qui patiuntur tumorē quemuis & exul-
cerationem partium urinæ seruientium: siquidem
longissimè à parte fluxione tentata reuellere opor-
tet, non ad eam trahere: & pari pensu id obseruan-
dum est in urinæ suppressionibus. Præterà vt in af-
fectibus cutaneis quæ aluum purgant, prodeesse pos-
sunt, ita quæ urinam mouent non raro vita sunt le-
dere, nisi prius corpus expurgaueris, & acrem hu-
morem compescueris, ne exulcerari contigat vesici-
cam: & ob id ea vitare oportet in plurimum urinæ
succis, nisi nollia & humentia miscueris. Sic dy-
senteriam non licet ad urinam diueitare, nisi prius
humorem frenaueris, aut humor bilotus sit, vt his
verbis scriperat Hipp. Bilosis conducere medica-
mentis urinam ciētibus uti, retusa prius frenataq;
bile. Sic cautè eis vtendum est in fœminis albis
vteri purgamentis laborantibus, ne vel plus iusto
mensis moueant, vel urina reddatur acrior & mor-
dator. Ea etiam articulatis morbis non
sunt adhibenda, neque ali s qui urinæ
difficultatem pa-
tiuntur.

Lib. de af-
fectioni-
bus.

M 5

Q V A

Institutionum Medicinalium

Q V A L I T E R L I C E A T P E R
sputum purgare

I N S T I T U T I O . X I .



S T Profectò spuendi ministerium quamplurimis morbis adeò vulgare & vtile, & in plerisq; necessariū, vt ad illud(vbi cetera artis præsidia non profuere) nō sine magno laborantium cōmodo configiendū fit.

Euidēissimum quidem est

& quotidiano euenu confirmatum, posse per sputū purgari caput, thoracem & corpus vniuersum, licet non desint qui ventriculum etiam posse affirment. Quarum partium morbis ex usu est, maximè quos pituitosi humores excitarunt, quibus aut caput imbecillum quotidiana generatione abundat, aut corporis vitio suscepit: hoc quidē vt ab eodē deriuet, illud verò vt euacuet. Quo sit, vt nō solū in capitib; affectibus, verū & in omnibus alijs, quos defluxio à capite excitat, distracta per os pituita, plurimum prospicit: pari etiam ratione quod in partibus vicinis continetur, efficaciter deriuat. Præstat insuper suam gratiam diuturnis omnibus affectionibus, præmissis tamē alijs plenioribus euacuantibus gratia cōterendi reliquias: at in grauioribus & magnis morbis, vt lethargo, epylepsia, paralysi & similibus, non solū ad conterendas humorum reliquias, verū & ad pleniū & citius purgandum uile est: nā quæ caput infestant, dum nō datur pliori purgationi locus, tūc possunt per palatum extrahi,

extrahi, ea quantitate quæ ferè morbi magnitudinis respondeat.

Medicamenta igitur, quæ per sputū purgare possunt, duorum constat esse generū: unum quod proprietate & particulari vi trahat ad se ex capite humores: quale est turbit, colocynthidis meoulla diu in aceto cocta, agaricus, cartamus, pyrethrum, cyclamen, elleborus, anemonis radix, & staphisagria.

Aliud verò genus est eorum quæ medianib[us] primis & manifestis qualitatibus, acrimonia nimirum & caliditate pituitam & alios humores fundant & ad palatum delabi cogant, & multa salvia per eos excreta caput purgant. Quæ, & quæ primo genere continetur, in ore sub aliqua forma continguntur, tempore sufficienti ad humorum tractū. Cæterum inter hæc omnia medicamenta, quæ iam mitius, nonnulla verò acruis suas vires pangere compertum est: ut mastix, lauri folia, capparis radix, sal, nastrum, & sinapis ac eruca, & alia huius naturæ: præter quæ reliqua maiores vires habent. Ex quibus triplicem possumus medicamentorum formam componere: gargarismata videlicet, masticatoria & linimenta: hæc quidem his qui facultatis imponentia masticatorijs aut gargarismatis uti nequeat. Sic gargarismata ex decoctis cum melie & vino & modico aceto cōficies: masticatoria ex pulueribus cum cera, mastiche & terebinthina, carne passularum aut frumenti, aut ex eisdem linimentum cum melice rosaceo aut crudo: quibus melioris gratia addere oportet quæ mucilaginosam habeant, lenem & mulcebrem substantiam.

Prætereà nō sine magna ratione factum est, hæc medicamenta duorum esse generum: nam si affectus ex leuioribus fuerit, sat erit mitiorib[us] virtutis: at si morbus

morbus celerem motum sortiatur & grauis sit, & laborans forsitan obliuiosus, tunc quidem ad grauiora perueniendum esse consultit vrgen: i.e ratio: nam his solūm prosunt, quae illi a purgandi facultatem habent, & quieta ad sui locum humores alliciunt.

Vt leuior fiat grauis illa & obscura difficultas circa purgationem à thorace per sputum, orta, & quam nullus adhuc dirimere valuit, nec ego etiam certus sum ad vnguem exequi posse: sciendum est, quibus possit thorax vniuersum & ea quae intra ipsum continentur, affectibus premi, & quibus etiam modis purgari iuxta partis affecta, corporis & humorum qui peccant, indigentiam, & quibus medicamentis fieri possit. Primum itaq; nosse oportet, instrumenta respirationi seruentia (præter illatum vulnus) pati posse distemperiem, tumorem præter naturam, aut inundans pus, ac yltimo exuperantes & infartos humores, præter cōpressionē ex flatuosa substantia vel vicino aliquo corpore. Quorum medella, dum tussi aut difficiili respiratione premitur homo, vulgatum est bechica statim porrigena esse medicamenta, aut appellata arteriaca, quoꝝ authores passim meminerunt. Sed horum usus non est ita facilis, certus aut eidens, vt vulgus ignarum arbitratur: nam cum hęc sint inter se longissimis interuallis dissidentia, graue erratum est, uno alterius loco vti: sic enim varijs constat differentijs arteriacum appellatum medicamentum: nam quædam fluxum fistunt: alia dolorem sedant: multa inflamationibus prosunt, veluti dulces potiones, que eluendo partem iuvant, vt Hipp. docuerat. Quædam itē abscessus resificant, attenuant aut concoquunt: alia rursus vlcus abstergunt, resificant & purgant pus: nonnulla exasperata leniunt, aut leuigata persa-

Libro de
morbis.

persanant & adstringunt, & sanguinis fluxum si-
stunt, & iuxta primas qualitates alterant perplura.
Ultimò tussicularia seu bechica appellata reperiū
tur plurima. Operantur quidem mira hac varietate
hęc auxilia, iuxta rationem affectus aut affectę par-
ticulę: quapropter Gal. hoc medicamentorum ge-
nus in duo diuisit, in bechicum nimirum seu tussi-
culare, & purgans à pectori, & in pleuriticis & pe-
ripneumonicis congruens: qua ratione monuit iacē
author magna cum præmeditatione esse eis vten-
dum: siquidem bechicum solūm habet tussi mea-
tā thorace purgare, reliqua vero arteriata appella-
ta, aut aliquod in pectori subministrant officium,
aut ad bechica medicamenta præparant vias vel hu-
mores. Quę licet purgare dictum sit, cum hoc tamē
nullam habent vim purgatoriam, vi Gal. expressit, Lib. 5. sima
docens distinguere cataracta ab his quę alio mo- pli. c. 19.
do trahit, hoc est per tussim, qualia sunt quę bechi-
ca appellantur, quod nulla alia ratione quę in tho-
race continentur expurgari possint, quām tussi, ex-
citata media animali facultate, ad id lacescit a vi & ef-
ficacia prædictorum medicamentorum: quia nullā
aliā viam expurgationi his partibus concessit na-
tura, quām per validum animalis potentię motum,
his instrumentis respirationi seruentibus esse-
stum.

Cuius tamen naturę sint hęc medicamenta his
verbis docuit Gal. Continget item ad tussim impe-
tum cire inæqualitate quadam in gutture præter pli. c. 19.
naturam proueniente. Quippe cùm spiritus per pu-
ram leuemq; ferri viam consuetus, si quando in
minentia quadam impingat, tumultum quendam
ac veluti inæqualem concussionem in gutture ef-
fecit, atque ita ad tussim animal prouocat. Portu
duplex

Institutionum Medicinalium

duplex ea affectio est , aut resiccata exasperataue , que in arteria est membrana, aut in eequali in ea corpore delato, siue liquidū sit, siue solidū. At ubi vel id ipsum plusculum vel aliud quodpiam, seu liquidū, seu solidum corpus in aspera deteriur arteria , iam inde tuſſire necessum est, donec à spiritus vehementia quod molestat, propulsatum deieciatur. Quibus verbis constat , bechica propriè esse que mordacia sunt, quia exasperant & irritant , & etiam quæ oleosa sunt & pinguia, quia illitu in eequali inaequilitatem pariunt. Que sane medicamenta his ratiū ex viu existunt, quibus aliquid excernendū in thorace continetur. Sed dum tumores in duritatem comigrant (nam cum per refudationem evanescunt, tutissimum est præsidium eis uti, quo facilitius quod refudat, expellat natura , quemadmodum utu venit in omni pleuretide, aut peripneumonia) dum etiam cruda exsilit inflamatio, graue & periculō plenum est eatunc adhibere : multo etiam adhuc deterius in ulceribus & alijs continuū solutionibus, aut sanguinis eruptionibus. Verum quando eis uti gratia excernendi putis, conceditur , mixtum debet esse medicamentum, mediæque naturæ, ut Gal. consulit, ma. loc. c. qui ex antiquorum mente arteriaca medicamenta triplie constare differentia refert. Prima quæ omnis acrimoniæ sunt experientia, & exquisitè levigant asperitatem, & meatus obturant: altera eorum est, quæ predictis sunt contraria, exasperantia & irritatio: tertia eoru quæ in medio ambigut, lenia & citra acrimoniā, & que exergētis sunt facultatis, qualia sunt que in detergendo ulcerū pure plurimū valent. Quo sit, ut ubi opus sit, pus aut quid aliud ex thorace pellere, hæc quæ in medio sunt medicamenta, magioris sunt beneficij: tūm ut vasa levigantur ut irritetur

retur animal & facilius pellat: præterquam quod in puris eductione longè præstantiora sint, quod leniant, abstergant, vias parent, & dolores leuent. Re conditi verò humores, crassi, infarti, & pus thora cē inūdans, ac riora expostulauit medicamēta, maxime si quæ Gal. appellat preparatoria, præcesserint, quæ inter bechica memorauit, ut calida & quæ vini Lib. 5. sim
habent extenuandi, nam valde acris vitare iubet pli. c. 19.
Hipp. his verbis. Aliquādo verò id qđ valde acre Libr. 2. de
est, eductionem sputi non obtinet, sed insuper vis ratione
cosum id facit & ledit: quapropter moderationē in vic.
omnibus seruare oportet, & paulatim incipere do-
nec ad iustum sit deuentuni. Quo fit, ut in humo-
ribus crassis educendis expectorandisq; opus sit
viroq; medicamentorū genere, nimirum vires obri-
nenie irritandi & mordēdi, & modicē etiam calfa-
ciendit, at q; extenuādi: & sic in tenuibus, & vbi vię
ampliores sint, sat sunt quæ bechica dicūtur & illi-
tu etiā iuuent, & his simul quæ incrassandi & cogē-
di vires habeant, nā securius & citius quæ à pulmo-
ne oportet educi, pelluntur. Tandē sic ea varietate
componere oportet medicamenta, quæ ē directo
respondeant affectionibus quæ s̄epe complicari
solent: nam ob id cum prædictis admiscere opor-
tet quæ dolorem sedant, quæ abstergunt, quæ leui-
gant ac discutiunt. Placuit tamen simplicia, ex qui-
bus iuxta cuiusq; indicationem confici possunt, re-
censere. Sunt autem lœuigantia medicamenta, lac,
anhydri, oua, glycyrrhiza, gummi tragacanthum,
sesainum, & alia id genus. Quæ verò dolorem se-
dant, inter alia, sunt ex lœuigantibus pluri-
ma: item crocus, thus & myrrha. At concoquunt
crocus, hypocistis, passulæ, vinum passulatum,
sicuum decoctum, & ex discussorijs nonnulla.

Sunt

Institutionum Medicinalium

Sunt autem discussoria caricarum pinguium decoctū, amomū, nardus Celtica, flos iunci odorati & capsillus veneris. Abstergunt quidem decoctum siccuū, mel, item faba freta, physana, semen lini torrefactū, terebinthina, thus, erui farina, aristolochia, horminij semen, iridis & panacis. Adscrigunt malabarum, casia, thus, myrrha, mastix, palmularum decoctum, balaustum & rosa sicca. Expectorat mirū in modum piuitā tuſilago, pentaphyllum & cardus sanctus. Ex quibus varia & multigena confici possunt medicamenta.

His autem sic constitutis superaddendum est, nō esse abs re prædictis medicamentis, quæ per tuſim à thorace purgant, addi posse aliquid, quod vim habeat expurgandi: qualis casia fistula est, & syrpus violarum ex infusionibus. Præterea expendat diligens lector, ea quæ pulmones expurgant crassiora esse debere, quām vt elui facile possint: quæ spinus quām diutissimè in ore teneat æger, donec paulatim in arteriam aut prope partes vicinas defluat: nam si festinanter transierit, nil commodi affere poterit, quia partes non fruatur eorum beneficio. Verū dum opus est maiori ablutione & humectatione vti, elegatissima quadam sententia his verbis docuerat Gal. Proprium autē affectioni viscosorum humorum est, vt per attenuantia & extergentia pharmaca conlumātur: ei verò quæ propter tumorem abscessui similem contingit, vt per attenuantia & resiccātia eadem compoſitio fiat. Vnum itaque ambabus competit tenuis substantiæ: omnis autē porus modicus sit in his qui abscessum aliquibi habent: inultus contra in his quibus bronchia viscosis & crassis humoribus sunt obturata. Quam quoque sententiam eisdem ferè verbis scripserat

Trallia.

Li.-phar
ma.lo.ca.
6.

Trallianus docens, cum præmeditatione esse in his affectibus desiccandum, siue pus, siue crassa pittuita præsint in thorace: nam adeò resiccamur, ut morui & impulsu animalis potentiae non cedant, & ob id, vt vires que consultit, humectatione multa opus habent, q̄i o facile esterantur. Quibus constat, quousq; resiccatib; bus, calfactoriis siue medicamentis sit utendū, & quando abluere & humectare oporteat. Quod Hipp. etiam consuluerat dicens: Huic potionis bibere conuenit, à quibus pulmo humectetur, & sputum ejiciat. Eadem sententiā alibi sic scribit. Ei, vbi tussis inuaderint, amplius bibendū, & quām maximē excreandū, & potu humectandū, vt pulmo humidior factus facilius & ciliis spumam eddat, & tussis minūs affligat. Quidam quoque sententiam confirmauit alicubi dicens. Quo ventro sputum & pus ex pulmone expurgetur, canda sunt pharmaca in potu, quibus pulmo humectetur, & pus sputum purge ur. Quod si in pulmone aut thorace inflammatiōis tuerit affectus, per dulces potionēs iubet rem agere & postea purgares, quo facilius sputum exeat: tandem his quae inuidunt & attenuant ac leniunt, quo attenuetur facilis pus contentum: item rupto abscessu abstergentibus resa, enda est.

Ahud profecto non minoris momenti sequendi genus adiuuenit medica facultas, logè maioris effigie & usus: quo in humana morbi Gallici calamitas fere radicis euellitur. In cuius administratio ne considerare oportet, quibus medicamentis a corpore purgare liceat per sputum, & quo modo: quibus item in morbis, & qua ratione. Circa primū censeo nullum postle inuenire præsidium, quo universum corpus facilius posse per os purgari, præ-

N ter

Institutionum Medicinalium

ter hydrargirum: cuius tanta est vis & efficacia, vt etiam à visceribus ad cutem, & per os pellat omnes vitiosos humores. Quod arbitramur id medicamentum posse efficere, ob diuersas quas habet partes, vt mistum: quarum quædam sunt calidæ & tenues, quibus crassos ac densos humores fundere & attenuare valet: quibus etiam ad intima permeat, & minimas atque abditas corporis partes facile subingreditur: quædam vero sunt crassi & frigidæ, quibus quod attenuatum & fusum est, ad cõmunes corporis canales repellitur. Constat insuper hydrargirum ex sulphurea materia non pauca, qua perficit quæ diuinus: necnon & mobilitatem, qua penitus se se inserit & insinuat in quasvis particulas: constat etiam ex aqua materia, qua obtinet repelliendi efficaciam. Quas vires ob hanc diuersam mistionem sortitur, ob præstantissimam etiam argenti formam, quæ operatur & regulat predictas partes, quantum diuersæ sint.

Conficiuntur itaque ex hoc medicamento varie præsidiorum fortes, quibus per os frequenter visum est hominem purgari: nam quædam per suffitum purgant, vt in sudoris institutione leges: quædam per inunctionem quarundam partium corporis: nonnulla verò in forma cerati mirum in modum id efficiunt. Quibus pouissimum rationibus ex usu est omnibus morbis, qui ex crassa, densa & tenaci materia oriuntur: quales sunt elephantiasis, psora, vitiliges & omnes diuturni & ægrè curabiles, cutis, neruorum, & articulorum affectionibus: ultimò etiam omnibus morbo Gallico affectis, maximè his, qui habituales & fixi, rūm in toto corpore, tum in iecore & quoquis alio viscere facti sunt. Quo sit, vt partes alimento illo fœdissimo conspur-

conspurcatæ & connutritæ calorē, tēmpēriem, & optimam substātiām deperdant. Ex quo etiam profitit, quosdam dolere, nonnullos exulcerari, alios malignos & ægrē curabiles tumores pati, ac turpes & miserabiles defœdationes. Quo sit ut vehementissimis & maximis præsidijs relistar & diu duret, quos solo hydrargiro infirmari & auferri conspicimus, quod robustam & efficacissimam habeat inscindendi, & veluti violentia quadam secandi & separandi à partibus ipsis solidis, à venis & reliquis corporis cavitatibus vim & efficaciam, & ob id tanquam potens, per sudorem, per ventrem utrumque, & per sputum facile euacuat, ita ut videatur à ratione alienum per adeò diuersas partes posse pelle-re. Verū experimentum confirmavit, id quod in carne & extiniis partibus hæret, sudore per cutem excerni: qui verò in membris & cavitatibus alio proximiis existunt humores, per intestina pelluntur: quæ rursus in venoso genere & omnibus alijs partibus, præcipue quæ circa caput & thoracem sita sunt, facile per sputum euacuantur. Namque non minus prædicti humores naturam veneni sapient, ac medicamentum ipsum: quo sit, ut viriusque attemperetur efficacia alterius ope, eo quod inter se omnino sint contraria: & ob id hydrargyrum in huiusmodi laborantibus non agit vices veneni, ut in sanis corporibus. Cum hoc tamen, si affectus articularis huic morbo Gallico adiungatur, vereri oportet usum huius auxilij, ut tractatu de morbo Gallico latius scripsimus.

Præstat ut dictū est, hoc præsidū inunctionis & cerati forma exhibitū, dispari tamē efficacia, p maiori aut minori hydrargiri copia. Sed metitur eius

N 2 modum

Institutionum Medicinalium

mōdum & mensuram etas, anni tempus & laboratis
natura ac robur, quia sustinent maiorem quantita-
tem eius adulti & robusti homines, & in temperatis
regionibus & temporibus. Paratur insuper hydrar-
girum, ut usui fiat aptius, porcina pinguedine, nam
impedit quo minus iterum concrescat & congrega-
tur, cum se nel ad minima redactum fuerit. Cui
parandi rationi debent addi medicamenta alia se-
cundūm varias indicationes: nam ad tumores dis-
cutiendos, adjicere oportet pinguedinem gallinæ,
anatis & omnes alias, quæ vires habent emollien-
di & resoluendi duritiem: ad sedandos dolores,
miscere oportet oleum liliorum, de terebinthina,
de baccis lauri & de anetho. In his verò qui fudo-
ribus aut animi deliquio dissipantur, necessum est
addere myrrham, masticem & styracem: cæterum
in his in quibus virtutis casum præ imbecillitate
timemus, præter immunitionem quantitatis hy-
drargiri, addere oportet (quo minus fiat) theria-
cam, mitry datum & alia huius naturæ. Quibus exa-
ctè intellectis, facile erit pro ratione & indigentia
ætatis, regionis, virium & temperaturæ, medica-
menta componere, quorum hac nostra ætate nul-
lum pro lib. vna & semiisse reliquorum medicamen-
torum potest recipere plus quam sex uncias hy-
drargiri: nec si debile velis efficere, minus quam
duas, exceptis puerorum corporibus, & ijs quæ ma-
cie sunt confecta, quibus sat est unciam unam so-
lum adjicere.

Verum ne haec tractatio præsidijs iejuna omni-
no videatur, placuit exempli gratia, medicamen-
tum usui cōmodissimum componere: quod reci-
pit axungiae suillæ non plurimum recentis li. j. bu-
tyri recentis. 3. iiij. theriacæ vestigatoris. 3. j. s. mi-
thryda-

thrydati. 3. j. argenti viui. 3. ij. f. cinabaris. 3. f. ly
thargirij auti, salis communis singulorum. 3. j. ma-
stichis, colophoniæ singulorum. 3. v. olei laurini
quod sufficiat, ut fiat vnguentum. Quod si gra-
tius odorabiliusque placuerit confidere, recipiat
oportet macis, cinnamomi, caryophyllorū ana. 3. ij.
granorum paradisi. 3. f. rosarum rubearum. 3. iii.
nucis muscatæ nu. j. quæ omnia contusa in aquam
per diem infundantur, & postea in dicta infusione
coquatur axungia, qua debet confici prædictum li-
nimentum: hyeme verò sulphuris non nihil addes,
& ex pulueribus nuper dictis aliquid. Ceratum
etiam ad discutiendos tumores hac lege conficies.
Excipe pinguedinis suillæ. 3. x. argenti viui. 3. iiij. f.
theriacæ, styracis, singulorum. 3. j. quibus mixtis
cum cera & resina fiat ceratum, quod per quatuor
aut sex dies prouocando sputum mirè iuuat, ma-
xime si addideris gummi Arabici, mastichis, colo-
phoniæ singulorum. 3. ij. caphuræ. 3. j. mucilaginis
psyllij. 3. j. f. olei rosati omphancini & ceræ quod
sufficiat.

Verùm quia solent varia inunctionis succescere ac-
cidentia, eis subuenire consulit vrgentiaæ necessi-
tas. Quippe si arteriæ inunctionem persentiscant,
cordi communicant suceptum virus: hepati si ve-
næ: necnon & cerebro, sinerui afficiantur. Quæ-
dam item suboriuntur ex humoris malitia, vt oris
exulcerationes & abrasiones intestinorum, anginæ,
oris vetriculi morsus, alii fluxus, aut eius suppres-
siones, vigiliae & alia huiusmodi. Sic febre super-
ueniente, quæ æstuosa sit, laboranti subuenies epy-
thematis temperatis cordi appositis: conulsionib-
us medemur his quæ emoliant, calfaciant, ac dige-
rant medicamentis: vt oleo liliorum, amygdalarum

Institutionum Medicinalium

dulcium, de semine lini, de anetho cuni axungia gallinæ & anatis: cordis affectionibus epythema-
te, quod recipiat aquarium naphæ, rosarum, citran-
gulorum, borraginis ana. 3. iiiij. succi nenupharis
3. ij. aceti. 3. ij. masci, ambræ ana. g. ij. croci. g. iiij.
misce. Prodest etiam vnguentum rosarum, refri-
gerans, santhalorum cum vnguento naphæ. Sic oris
vulcera per ablutiones cessante purgatione curabis,
& alui fluxus atque intestinorum abrasiones per
clysteria, quorum omnium maiorem copiam in-
uenies, libr. de recto præsidiorum vsu, & tractatu
de morbo Gallico. Consuli ò prætereo hac in par-
te medicamenta, quæ per suffitum prouocare so-
lent sputum, tam quòd recesserint ab vsu, tum ve-
rò quod potius arbitror præparandæ & exte-
nuandæ crassæ pituitæ gratia, quām purgandi esse
inuenta (nisi cinabrum receperint) in quorum vsu
liberalius vti possimus catapotijs quæ consiciun-
tur ex ladano, thieriacâ, helzoino, vngula ca-
ballina, & lacryma iuniperi, quarum
suffumigatio magni so-
let esse vius.
(.?)

DE

D E E V A C U A T I O N E Q V A E
fit per sudorem

I N S T I T V T I O XII.



T Insensili euaporatione corporibus prospера valetudine fruentibus, carnis & venarum quædam excrēmēta dissoluuntur, ita prorsus & eo tempore, & dum aliquo affectu vel causa premitur, sensibili euacuatione per sudorem vniuersum corpus, præcipuè tertiam regionem immunem à suis vitijs comperimus. Quippe huic regioni propria est hæc vacuatio, & sucessione venis etiam & arterijs grandioribus, ut aliena omnibus cavitatis, ventriculo nimirū & intestinis ac vtero: quāuis Hipp. sudorem morbis omnibus esse cōmunem statuerit: & Galen. non tam esse succorum qui vniuerso corpore abundant, & vrinam eorum qui in venis: verū illud de totius corporis tercia re-
Li. 4. acut.
34.
libr. 4. de
fani. tuē.
 gione subaudire oportet.

Si quis mirū & occultū naturæ artificiū in prouocandis sudoribus intueatur, facile discet, qualiter ipsam in corpore teneatur imitari. Quippe nusquam aut rarissimè assuescit vniuersam morborū materiam simul in sudore vertere, neq; adhuc in acutis affectionibus: quia cū in vapore prius mutari debeat, id erit impossibile: quia permutare simul omnes

N 4 humo-

Institutionum Medicinalium

humoris partes eâdem efficacia nequit. Quo sit
vt paulatim id exequatur, & sic non solum vnicō
sudore soluit: iuxta illud Hipp. Sudores si cœperint,
boni sunt tertio die, quinto, &c. quippe hāc vacua
tionem semper paulatim & per interualla mouet ab
ipsa rei necessitate compulsa & humoris renitētia
coacta. Hinc profectò ars sumpto exemplo, corpus
etiam conatur per sudorem expurgare in his mor-
bis, quibus non sat est vacuatio confertim per alias
regiones facta.

Differre naturam ab arte in concitandis sudori-
bus evidentissimum est, quia naūra raro aut nun-
quā eos mouet, n̄ si in his morbis qui acuti sunt, &
ā tenui sūnt materia, nā in diuturnis & frigidis,
raro, inutiliter, & nō nisi dum pluriūa est collecta
in corpore humiditas, vt Gal. expressit. At ars nun-

L b. 1. po-
pu. par. 2.
26.
quam sudores mouere nubet, nisi in diffīciblīmis &
longis affectionib⁹, etiam si crassa sit materia. Cu-
ius euentus ratio est, quia medicamenta quæ sudor-
es mouere nata sūnt, quōd iusto calidiora sint, su-
stīnere nequeunt acuti morbi, alioqui calidissimi:
at longiores qui vt plurimum à crassa frigidaque
sunt materia, eadem desiderant, quo facilis fun-
di & attenuari possint, ad pensum & modum quo
natura efficit paulatim & seāsim, quia vis expulsi-
ua non admodum est in his valida, neque viæ
apertiores: quo sit, vt expeditat utrumque fieri
calidis & diaphoreticis medicamentis. Præterea
differunt, quōd natura nunquam sudorem mouet,

Lib. 1. po-
pu. par. 2.
2.
nisi prēmissa coētione, vt author est Hippocr. di-
cens. Sudores multi his aderant, quibus tan-
tum aberat, vt recrearentur, quōd etiam contra
læderentur. Gale. insuper eodem loco inquit. Nam
attribuimus crudis morbis, nec prodeſſe sudores,
nec

nec signum esse bonum: nam vel copiam dentis
triant humorum, vel virtutum infirmitatem: ars ve-
rò citra villam coctionem sudores tuò mouere
docet.

Instituit quidem ars varias mouendi sudores
vias, idque iuxta affectus varietatem & corporis dis-
positionem. Namq; id efficit frictionibus, exerci-
tijs, fomentis, inunctionibus, suffusu, ceratis, empla-
stris, balneis, & vltimò his que potantur. Que om-
nia licet hoc vnum habeant commune, quod tertie
regionis cacochymia expurgent vbi diutius agat,
cum hoc tamen singula certas quasdam particulas
& designatos affectus primo respiciunt, deinde con-
sequio quodam ad vniuersam regionem propagan-
tur, & à venoso genere humores alliciunt. Nam eu-
identissimum est, cacochymiam aut vasorum extre-
mitibus inesse, vel adeò adauertam, ut maiora va-
sa etiam repleant, aut decidit in altas ac reconditas
corporis particulas, aut in articuloru cauitates, aut
vltimò in partes carnosas & musculosas: & ob id
ex harum partium varietate ratio etiam & modus
pronocandi sudorem variantur.

Sed in gratiam omnium auxilio rum scire conue-
nit, corpus ad sudorem tribus modis posse præpa-
rari. Primo quidem plenitudine deposita, sanguine
missio, alioqui nequibit natura sudorem mouere ci-
tia manus discrimen dolorum, fluxionum, ac sepe
acutiorum febrium. Secundo cacochyma expurgan-
ti pharmaco euacuata, gratia evitandi eadem acci-
dencia. Tertio & vltimo facta humorum exten-
tione & cutis raritate. Nam qua ratione copiam
purgatione deminus, quia natura nequibit tantam
attenuare, cùdem attenuatorijs utimur, quia quod
crassum est non valebit per cutem transmutare. Id

N s quidem

Institutionum Medicinalium

quidem facies leui frictione: quippe mollis cutēm
& partes subiectas laxat & soluit, maximē si oleo
anethino,cameiali aut amygdalarum dulciū fiat.
Proutocabis prætercā sudorē exercitio, vt his ver-
bis statuerat Hippocrat. Sudores omnes abeentes
(loquebatur de exercitio) siccant & attenuant hu-
more ex corpore deficiente. Quod sanè sudoris ge-
nus musculorum affectionibus, articulorum, & de-
nique tertiae regionis maximē ex usu est, & ob iddi

**Li. de die
ta.** Li. 6. pop. xetat idem author. Labor articulis & carnibus ci-
bus, somnus visceribus. Quod tribus modis exerci-
tium his partibus præstat: primo calore nativo
adaueto, quo & humores attenuantur, & via paten-
tiores fiunt: secundo spiritus dum vehementiō im-
petu feruntur, expurgari meatus omnes penitus ef-
ficiunt, & excrementa accuratiū in sudoris formā
prorumpere: ex quibus terrium necessariō sequi-
tur, nimirum instrumentorum mutuo inter se at-
tritu durius & robur, consempto qui ibidem mo-
rabatur humore. Verū quia exercitia varia sunt,
non omnia omnibus cquē prodesse possunt: sic im-
becillibus cursus aut deabulatio, vel leuis brachio-
rum motus sat est, robustis vero ludus paruae pilæ
aut armorum, lucta, salus aut vehementior cursus:
item robustioribus expedit aut terram fodere, ara-
re, aut pondus aliquod subleuare. In quibus eo us-
que exercitium se se extendat, donec corpus intu-
mescat, & calor efflorescat vndique purpuraceus,
sudore calido atque vapore guttatum vbiq; exilien-
te: quo tempore corpus oportet in conclavi calido
intromittere, & pānis contegere, vt totum id hu-
moris quod natura excitabit, liberē exeat. Fiet au-
tem exercitium subdiu rectius, quam sub tecto, &
in sole potius quam in ymbra, si caput non yetue-
rit,

rit, & depositis alui & vesicæ excrementis.

Fomentis quoque sudores mouemus, maximè in particularibus affectionibus, vt materia ibidē contenta in sudorem aut halitum erumpat : cum hoc tamen à toto eliciunt si prope cor aut hepar adhibe ris. Fomenta parabis varijs modis, nimirum, cum linteis calidis: nam calor attrahit, fundit, laxat & postmodū sudorem educit. Proxima his sunt que linteo inuolata id efficiunt, vt sal, milium, fufures & alia id genus : vinum tamen cauere oportet, quia oxyssime refrigescit, & sudorem prohibet. Item alia vehementiora conficies ex calfactis cineribus linteo exceptis: etiam ex oleo & aqua si vesicam ad dimidium repleas, vel vas aliquod fistile aut argenteum vel æneum, aut si exceperis spongia linteo inuoluta, vel filthro, vel lana: maximè si in oleo incoixeris herbas radices & semina, quæ vim habeat calfaciente & diaphoreticā. Alia prætereo quòd nō sint æquē tuta, & quia iā ab vsu recesserint, quāuis eorū meminerint. Gal. & Celsus. Li. 9. phar. Prædictis autē fomētis vtendū est vētre ieiuno in mae. loc. cholicis, arthriticis vetustioribus, & viscerū cruciatibus, ægrē curabilibus, & vbi præsunt spiritus crassi ac densi, in quibus aridis fomētis vtendū potius est, sicut in biliosis recrementis humidis. Adhiberi enim debent huiusmodi præsidia pedibus, manibus & sub alis ac inguinibus, si cor aut iecur scalidum non vētuerint. Qui bus non minus vti possimus ad augendū sudorem hyberno tépore, quā ad prouocandum cùm eis est opus, velut in scabie & re liquis cutis foeditatibus.

Inunctionibus etiā vehemēter sudores mouemus, maximè in lue venerea, in qua cæteris medicamentis discutientibus argentū viuu miscemus, magno sudoris

Institutionum Medicinalium

sudoris impetu ob ingressum ad penitissima: magno etiam utriusque ventris pronocato fluxu, ut antea dictum est. Præstat autem inunctione varium ministerium: nam aut corpus ad sudorem præparat in his in quibus cutis densa, dura & scabra est, aut etiam ab intumis ad exteriora humores allicit. Quo sit, ut eo utamur præsidio in quibus natura ad cutem prona appareat, & in quibus non licet exteriorū adhibere sudorifica medicamenta, sicut in febribus malignis. Præterea inunctionibus utimur, in quibus sudor tantum incipit, & non ultra procedit crassioris humoris virio, vel cutis desitatem, aut

Li. i. ser. 4. c. 107. ambientis frigore, ut AEtius consuluit. Ungimus insuper corpus, ut ex altis eius partibus humores ad cutem facilius trahantur. Fiunt autem inunctiones ex oleo, in quo vel infusum fuerit, vel feruebit caminalum, calamintia, vel pyrethrū, anisum, nitrum, aut salis flos. Idem præstat succus cirenaicus tepida aqua dilutus, cuius loco vti possumus succo angelicæ, vel decocto eius, aut costi, calami aromatici & casiae, & in febribus hydræleo & nitro.

Idem beneficium præstant cerata, præsertim in lue venerea, addito argento viuo aut emabrio vel euphorbio, maxime in particularibus affectionibus.

Suffitibus item sudores vehementer mouemus, in his maximè qui propter cutis densitatem, constrictiōnem aut frigiditatem crassorum humorum difficulter sudare possunt: siue intus, siue extra, siue in toto, siue in parte humores sint, ut facile ex

Li. i. ser. 4. c. 157. AEtio colligitur. Quo si, ut in quouis tumore, dolore aut affectu genuum, vel articulorum ex condensato humore, præsentaneum sit auxilium: quia mirum

mirum in modum humores fundit & attenuat. Cū hoc tamē propter imperitiā artificiū, aut vt rectius loquar, Empiricorum teneritatē, ab vsu recessit: sed in quibus alia auxilia nihil profuere, solo hoc prēsidio mirum in modum prouocantur sudores. Parabis hoc auxilium per artemisē, sabinæ & thuris fumum, eleuatis per circulum vtrinque cooperimentis, quo vapor corpus citra capitū cōtactū adeat. Poslunt etiam suffitus parari castoreo, pulegio, bdelio, thure, aloē, myriha, cinnamomo, cypero, styrace, nuce muscata & gallia muscata, ex quibus (& plurimis alijs eius naturæ) cum terebinthina, ladano & belzoino, pastilli ad suffumigandum parari possunt, quibus si quis recte vtatur, tutò poterit. At in lue venerea fumigijs quoque chirurgi vtuntur, non sine magno laborantium dispendio: quippe nō solū sudores, sed copiosam per vtramque aluum molitur vacuationem, nec non & copiosissimum spūium: nam cūm hydrargirum recipiat, confessim ad viscera permeat, quod halituosa sit substantia, & ea quæ dixinis grauissimis concitatis accidentibus efficit. Quapropter præmunito prius corpore, & non nisi in grauioribus affectionibus, & quæ alijs auxilijs cœlūre non sunt, adhiberi nō debet, nec sine robustissimis viribus. Item laborans sit ore discooperto, ac præcaueatur ne in animi deliquium incidat, ablui: a ſepe facie vino aut aqua frigida: & sudore iam pronidente paunis laborantem conteges, & in lec̄to mediocriter calido recondes, vt sudorem ibidem ſemo: o suffumigio perficiat. Sufficiet tamen suffire tertio aut quarto quoque die, & eosque, donec alius modicè solutatur, aut humor per palatum effluat: quo tempore non est vltra progrediendum ob maximum viriū dispen-

Institutionum Medicinalium

Hispendum: nam sat est usque ad septem dies sufficiens, & minus pro viriū labore & vacuationis copia. Vt cunctū sit, præsidū est timore plenū, cū cinabriū aut aliud graue medicamentum suscepit.

Epota autē medicamenta ad sudorē prouocandū vulgarius surpātur apud omnes Medicos, in quorum gratiā prædicta auxilia tanquam preparatoria solēt administrari. Varia insuper cōperimus diutino experimēto esse, quae deuorata sudores mouēt, iuxta variōs etiā affectus, quib⁹ prosunt. Quippe ex yisu existunt frigidis distillationibus, cephalearis, paralyticis, ischiatrico affectui, tandem omnibus frigidis affectionibus, tūm viscerū, tū articulorū: diuturnis quoque febriculis, quae ex lēto & frigido humore prodeunt: sic & diuturnis alui flussionibus, reuulsionis gratia, & ultimō omnibus morbo Gallico affectis. Qua profectō varietate cogimur varia quoque effingere medicamenta, cuiq; suū peculiare ac propriū. Vtimur Guayaci decocto, smilacis asperæ, radicis Chinæ aqua aut vino exceptis: vtimur etiā serapijs ex quibus horū confectis, qui licet plurimū non moueant sudorem, ad ipsum tamē preparant, & ubi opus est diu in ventriculo immorari gratia iecoris aut capitatis. Itē pastillis vtimur, pulueribus, saccharo borraginis, rosarū & buglosso, cōfectis, admistis etiā puluisculis radicis seminis angelicæ. Hoc tamen discri men facies in horū medicamentorū yisu, & radice Chinæ vtiendū est in omniū viscerū affectionibus, & his qui ab ipsis prodeunt, roborat enim viscera ipsa: smilace verò aspera, aut in his corporibus que imbecilliora sunt, aut in leuioribus affectionibus: in alijs verò affectibus, qui aut sæpiiores sunt, aut antiquiores, ligno vtimur Guayaco, vt pote quod maiorem habet in agendo efficaciam.

Para-

Paramus enim communiter decoctum ex ligno⁹
cortice & aqua hac lege: Excipe ligni rasi lib. j. cor
ticis lib. f. aquę lib. xvij. coquatur omnia ad cōsump
tionē duarū tertiarū: cæterum his quibus visceris
alicuius roborādi, aut euacuādi gratia paratur, præ
dicto decocto addere expediet vini optimi lib. j. nā
solo vino incoquere insuave & nocuum efficitur.
Communi autem decoctioni addi possunt ea medi
camenta, quæ & partem affectam respiciant, & affe
ctum cōplicatū, si quis fuerit. Quēadmodū thorace
affecto, potes addere in media decoctione cardū be
nedictū, betonicam, pentaphylon, violas, iuiubas,
adiantū & similia. Sic neruorū affectionibus conue
nit salvia, rosmarinus, flos sthœcados: itē malo cor
poris habitui radices enulae, brasicæ mariae & iri
dis, & pari lege in alijs affectionibus secundū cuius
que naturā. Itē remittere oportet huius decoctivim
addita aqua & facta minori decoctione, vel admis
tis floribus, herbis aut radicib⁹, que calorē decocti
cōpescant. Smilacis autē decoctū tā est vulgare, vt
nō oporteat eius formā scribere, sat enim est scire
vncias eius qua uor in duodecim lib. aquæ esse in
coquēdas, donec remaneat quarta pars, vel ad sumū
tertia: cui addes gratia maioris efficaciæ nonnihil
ligni Guayaci. Sic radicis Chinæ. 3. ij. in. lib. x. aquæ
incoques ad cōsumptionē duarū tertiarū. Prēter hēc
etia sudores cōcitabis decocto pētaphylli radicis,
maxime in thoracis affectionibus: sicut in articulari
bus, decocto camedreos ex aqua aut vino, maxime
stillatio eius liquore: itē camemali decocto aut ca
mepiteos, vbi interiora refrigerata admodum fue
rint: insuper decocto salviæ, betonicae, cētauri, sabi
nae, squinanti, ramentorū juniperi, cedri, tehedæ,
cypressi, terebinthi. Sed mirū in modum sudores
monet

Institutionum Medicinalium

monet radicis angelicæ decoctum, maximè in internis refrigerationibus, vel decoctum nicozianæ, Hispanæ Tabaco.

Cautè tamen hoc saluberrimo præsidio vt̄ris, vt prosperè cedat: nam biliosi non sunt plurimi ad sudorem cogendi, sed blandè & temperatis præsidij: difficulter quoque respirantes leniter tractandi, quos ad sudorem singulis diebus cogere non licet, vt interim crassos humores præparemus. Sic in extenuatis, qui contabescunt crudorum succorū abundantia, & in consumptis ex morbo Gallico, nō licet nisi lenti & sensim procedere, ac interim corpus renuiri.

DE BALNEORVM VSU

INSTITUTIO XIII.



V M nullum prope modū morborum genus sit, quod in fontibus medicatis & alijs balneandi modis, suum præsidium, suamque medicinam non inueniat, ob id profectò paulò diligentius rem hanc aggrediar. Quam obrem partiemur vniuersalim balneandi rationem, iuxta differentias rerum ex quibus balnea constare possunt. Fiunt itaque aut ex liquore aliquo, aut ex vapore: item ex solida aliqua substantia. Prima denique harum differentiarum, quæ ex liquida sit substantia; subdividitur in ea quæ fiunt ex aqua, ex oleo, lacte, musto, aut vino. Quæ verò ex aqua constant, quedam parantur ex dulci,

dulci, quædam in medicatis fontibus reperiuntur: rursus quæ ex medicatis fiunt, nonnulla ex aquis sponte nascentibus, quædam ex arte & industria parantur, iuxta effectus & affecti corporis indigen tiani. At ex his aquis quæ sponte medicatè pro rumpunt, quædam vituminosæ sunt, aliæ sulphureæ, nitrosæ, aliæ aluminosæ, quædam a rameto futorio cōstant, aliæ mysi, aliæ salitæ sunt, aliæ verò arsenici naturā sapiunt, veluti aliæ plures ferratae & crex re periuntur: sunt etiam nonnullæ dulces ac sponte ca lidæ: sicuti & plures aliæ frigidæ & medicatae, quæ sulphuris & vituminis naturam sapiunt. Balneæ ve rò quæ ex solida substantia fiunt, quædam ex arc na, nonnulla ex sale, alia ex milio, atq; vinaceis præ cipue confare possunt. Tertia quidem balneorum differentia stupham nominant antiqui, locū nem pe vndique vallatum, cuius aër & parietes per me dium calfiunt, siue ab igne fieri contingat, ut in te staceis (quorum meminit Celsus) videre licet, & in furnis, siue ab aqua simplici, aut minerali aut com posita, vel ex vino, à quibus elatus vapor in loco vndique circumscripto contineatur. Reperiuntur etiam naturalia quædam loca apud Galaceos, quæ sponte in rupis concavitatibus vaporem ca lidum spirant, utilia quidem multis affectionibus, vt malo corporis habitui, & similibus.

His iactis fundamen̄is, statuendum est omnia balnea triplicem præstare in humano corpore v̄sum: quædam namque euacuant: nonnulla ve rò implet, v̄c Galen. statuerat, ac ultimo attem perant, aliosque his affines pariunt effectus. Pri mo Gal. ex genere vacuantium auxiliorum æqua lier constituit, quia licet solam cutim referat

O alibi cap.

Lib. 3. de sympto. cau. Li. de sa- lu. die. 14

Institutionum Medicinalium

Li. 14. me alibi evacuari, successione tamen vniuersum corpus evacuat. Sed calidum balneum ex dulci aqua primò auget corpus, deinde minuit, prout magis aut minus in eo immorari contigerit: sic ad omnes intemperies ex usu est. Nil enim inuenies, inquit Galen. quod valido astu occupatos praesentius refrigerare, aut magna frigiditate affectos propinquas calcacere, quam balneum possit. Idem etiam refert dicens: Aquarum dulcium sat è balnea mortuos ferè illuc profectos calciant, etiam si valde frigidi sint: exustos verò non lèdunt, modo videntur delectari. Quarum sane dulcium aquarum triplex est differentia: prima quando modera seu media sunt temperie, calcant: quidem & huinestant: secunda quando tepidiores sunt, tunc enim humeant, & modice refrigerant: ter.ia verò quando iusto sunt calidores, quo tempore calcant, sed non perinde humeant: horrent quidem corpora, & veluti contrahuntur meatus. Verum si quis rem hanc diligentius pensaret, reperiet balnea hec longe diuersos producere effectus, iuxta moram quam laborans contraxerit in eis: nam sèpe contraria solent efficere. Sic calidum balneum & largum Hippocrat. teste siccas partes humectat, & humidas resiccat, namque trahit calidum, & ob id reso ut in humidis, & trahit ad siccias: quod expressius declarat alibi. Calidum autem breve nihil efficiunt dignum ob breuitatem efficit. Sic calidum vehementer si breve quidem fuerit, cutim tanum adstringit, & quodammodo siccatur. Moderaut carnem subiectam prope finem non nihil exsiccat: largum verò exsiccat quidem magis, ac si diutius, refrigerat etiam ob calidi exhalationem, vt Hippoc. evidenter docuit. Temperatū autem

Li. 1. aph.

Li. 2. aph.

Li. 3. aph.

Libr. 1. de usu. par.

c. 1.

Li. 1. de his quæ in med.

co. n. 3.

Li. de af- fectio.

Li. de his quæ in med. 16.

17.

Libr. 2. de dicta.

autem largum diurna mōta idem efficit quod cā
lidū largum, præterquam quōd initio mollit, &
postea resolut. Temperatum verò moderatum cal-
facit & humectat & impinguat, excrementsa sub-
cute euacuat & concoquit, ut etiam Hippocrat. do-
cuerat. At temperatum breue calfacit & hume-
ctat & h̄c opera exigüè facit. Quibus exactè
consideratis, facile cuique erit scire qualia præ-
stare possint beneficia, & quibus: nam evidens-
simū est prodesse, febris, refrigerationi-
bus, fluxibus, eorum suppress. onibus, & alijs
quæ antea dixeram.

Li. de ra-
tione vic.
priuatorū

Frigidorum balneorum usum maiori ex parte fa-
nis profuisse constat: namq; per se constringit &
refrigera, licet per accidens calfacere possit: qua-
ratione in inuene benē carnosō, tetano laborante,
iussit Hippocrat. adhibere. Cum hoc vt constat ex
Gal. corpus roborat, cutim cogit & contrahit, ac
propterea utile est aduersus externas offensiones,
nec non & febres, vt cōsuluerat etiam Gal. Verū
quia ex errore in huius præsidij administratione,
summa noxa impendet, proprieā ab hoc auxilio
nos meri: dō continemus. Cum hoc tamen si quis eo
recte velit vti, sciat ex Hippocrat. balneum frigidū
vacuo corpori præbere quandam caliditatem. Vbi
verò cibis ingestus est, ab humido existenti detra-
hit, & frigidū existēs siccitate replet, quia vegetior
redditur calor, si breue fuerit balneum: nā largius,
quia vincit, refrigerat: mediū quicē medio se habet
modo, sed hecticis breue dicitur moderatum, quod
insistauit Galen. vt in robustis balneum moder-
atum, breue erit, quia quodammodo refrigerat, &
terto etiam modo calfacit. Potest ergo balneum

Lib. de hu-
midorū
usu

Libr. 3. cap.
tempera.

cap. 4.

Li. 10. me-
tho. cap.

9. 10. 11.
Li. r. 2. de-
dieta.

10. Meth.

Institutionum Medicinalium

frigidum calfacere, refrigerare, humectare, reborare & extinguere: prospicere tamen in huiusmodi praesidio maximè virtutis tenorem oportet. Nam si quis his balneis, tā frigidis, quā calidis, uti exacte sciuerit, mille beneficia laborantibus impertierunt: nam primò balnei aer materias in vniuerso corpore dispersas concalscit & liquat: in aqua exæquat, cutim laxat, & quæ ei subiecta sunt euocat. Deinde aquæ calidæ ingressus adjicit partibus solidis utilem madorem, tum frigidæ occupata vires firmantur: postremò sudoribus excitatis corpus euacuat, ut expressè Galen. doctuerat. Tandem quicquid fuliginosum est in corpore, per id elicetur, & caro & cutis ad naturalem moderationem reuocantur, & scalar frigidæ occursu tollitur. Præterea si corpus plethoricum fuerit, carne tamen nudum, moderata calidæ perfusio, nec mollier, neque carnem generabit, sed replebit superuacuo humore calfactam partem: si autem excarne sit & gracile ob alimenti penuriam, & humoribus mediocriter scateat, carne impletbit, & mollius efficiet. At calidior aqua perfusa, si corpus inane sit, digeret potius quam attrahet: si plenum, magis attrahet quam digeret: si paucotempore perfundatur, replebit magis quam inniat: si longiori, potius discunt quam impletat.

Quæ autem damna soleant efficere, & in quibus ab eis sit abstinentia, eleganti oratione scripsit Hippocrates dicens: Minime vero tempestivum est eos lauare, quibus aliis in morbis si quidior iusto est: itemque eos quibus plus iusto adstricta est, & non prius subiit, neque debilitatos lauare oportet, neque ex ciborum fastidio naufragant.

nauscantes aut vomentes, neque eos, qui biliosum
eructant, neque eos quibus sanguis e naribus erum
pir, nisi minus quam pro occasione fluat. Præterea
interdicit hoc auxilium Galen. hecticis ex erisipe-
late: vulneratis etiam neruis, vlyceribus, ut idem au-
thor docet, sicut quos etiam liceat arcere à balneis
frigidis.

A quæ sponte nascentes medicatæ, aut simplici
qualitate pollent, aut mixtæ sunt, spuriæ compo-
tæque & proinde pugnantium constant miscella:
nam licet aqua frigida sit & humida ex propria na-
tura, ceterum vitumen, sulphur, nitrum, alumē, my-
si, sori, atramentum, sandaraca & huiusmodi varias
illi præbent facultates, quibus tantum aqua rece-
dit à propria natura, quantum horum miscella est
adulterata. Constat insuper harum aquarum quas
dam esse temperatas, nonnullas feruere, tepi-
das esse alias, & quasdam omnino esse frigidas
actu, ut etiam longissimè Galen. docuerat. Ca-
loris ac feruoris actualis causa non satis nota est
apud authores. Agricola verò, cuius sententiam
sequar, tenet hac in parte prorumpere huius-
modi aquas sponte calidas è visceribus terræ, prop-
ter succensionem ignis in subterraneis locis, ex
spiritu sicco ibidein contento atque inflammato
in materia apta, qualis vituinafosa est, sulphu-
rea & nitrofa, & huius naturæ. Ex cuius mate-
riæ succensæ conditione, aqua suscepit & vir-
turem seu miscellam, & calorem: nam quo tem-
pore ignis succeditur in ipso aquæ albeo aut
aque ductibus, aqua, quæ in illis locis aut gignitur
aut vagatur, calorem & feruorem suscipit, iuxta
propinquitatem susceptæ materiæ, maiorem aut
minorem, aut si longius distat, nullum: & ob id

O, arbit-

Li. de mar-
corc. c. 7.
Li. 4 phar-
ma. gen.
cap. 2.
Li. de ca.
mor. c. 3.
& de the-
riaca.

De bal-
neis na-
turali-
bus.

Lib. 3. de
fani. tué.
ca. 4.

Institutionum Medicinalium

arbitrandum non est omnes medicatas esse calidas, quia longius distat ignis focus, neque è contra omnes calidas esse medicatas, quia licet calorem contrahant, ob ignis succensi viciniam, quia materiae succensis non participant, medicatae non sunt.

A quarum quæ medicamentosè sunt, cōstat quasdam esse exsiccatorias, & calfaciendi nonnullas habere vim, alias digerendi: item abstergendi nonnullas, sicut alias adstringendi: omnesque ut plurimum conuenire corporibus præter naturam frigidis, & morbis huiusmodi, ac diurnis, esse que omnes infestissimas calidis & siccis morbis & naturis, vt Galen. mille in locis statuere videuntur. Cum hoc tamen ob peculiarem conditionem, qua quævis earum pollet, necessum est cuiusque seorsum meminisse.

De vitu Reperiuntur huiusmodi aquæ in Gallia Arben-minofis sis prato quadam, inter Clarum montem veterum Gergobiam & Monferratum, & in radice montis Vesubii, & in Asia iuxta Trales. Exsiccant quidem pl.^a. c. 23. omnes & calfactū ordine secundo, emolhant etiā atque discutunt, & nonnihil adstringunt, vt Gale. placuit. Quaratione in frigidis & humidis veteri, vesicæ, & intestinorum affectibus & coxendicis etiam doloribus opitulatur, sicut induratis articulorum tumoribus & doloribus.

De ntro sis aquais Fontes nitrolæpaci distinctè cognoscuntur, quod plurimum pro salmis habeantur, velut est balneum Corsene apud Lucenses, ad Iucum Belibicum Monpesulo distanti milliaribus sex. Sunt autem he aquæ calidæ ac plurimum exsiccantes & abstergentes, & si quid salis admistum habuerint, adstringentes etiam sunt. Qua quidem ratione inscipiunt,

dunt, attenuant discutuntque ac dissecent crassos & lento succos, ut ex Gal. aperte constare videatur. Quo sit, ut capitis & thoracis affectibus maximè ex defluxu, profint, ventriculoq; præhumido & hydropicis, edematibus quæ ex diu turnis morbis proueniunt, & his qui putuitæ plurimū gignuntur ex AEtij decreto lōgisa nī fluxionibus distracta materia ad exteriora: vīcera etiam antiqua & pruritum sanant.

Salii fontes ubiq; passim reperiuntur, quorum aqua modicē calfacit, vehementer tamen abstergit & digerit, ut ex Galen. & Dioscoride constat: atenuat etiam & crustas excitat. Quo sit, ut hydropicis posit, si vehementi sibi non ericiuntur, edemati etiam & consimilibus affectibus, qui ex humorum crassitie & lentore prodeunt, sicut podagricis, mensibus immodicis & pruriui.

Sulphurea aqua calfaciendi, attrahendi, aperiendo, exsiccandi & resoluēdi facultatem habet, ut Galen. testatur. Quo sit, ut nervos tensione induitos emolliat, laxosq; humiditate roboret, affectibus cutaneis opituletur: item ob aperiendi vires obstruit. Etis spleni & iecori mirè prodest, sicut omnibus resolutis, quia enerua: priuati, articulos & coxendicem ab infarta humiditate liberat: sic & malum corporis habitum imminuit & nimis humecta sanat. Heriles fœminas etiam ob inundantem in vetero humiditatē fœcundas reddit, & à suffocationibus veteri ex eadem causa lib. erat.

Flavunt aluminosæ aquæ in Hispania apud Gallæcios, & in Italia, quas vocant albulas: omnes tamen calfaciunt, siccant tamen vehementer & adstringunt, ut Galen. placuit: quapropter commendissimæ sunt sanguinis refectionibus, ven-

Li. 4. sim-
plic. 20.
&c. 2.

Libr. de
eronicis
p. 5.

De sal-
fugino -
sis aquis
Lib. c. &
10. simplic.
Li. 6 phar-
ma. gen.
c. 23.

De sul-
phurea
aqua.
9. Simpli.

De alu-
minosa
aqua.
Li. aphor-
ma. cen-
c., &c. 6.

Institutionum Medicinalium

triculo vometi, & his qui immodicè ab hemorrhoi
dibus euacuantur, vel per menses: aut his quæ fre-
Li. 9. phar- ma. loca. quenter abortiunt. Iuuant etiam immodicè sudan-
ca. 3. Li. 1. sim- pli. 7. tibus, & vt Galen. asserit, ulceribus fluentibus, quia
valenter exsiccant quod fluxit, & adstringit, ne am-
plius fluat.

De mysti Reperiuntur enim aquæ transseuntes per mysim
& calcithidem, iuxta Leucogeos montes: habent-
Co calci que calfaciendi, exsiccandi, adstringendi & repur-
thidis a gandi validam facultatem, vt evidenter ex Ga-
qua. len. constat, & ob id finitimes sunt ijs quæ aram-
mento sutorio inficiuntur: qua ratione difficulter
9. simpli. possunt inter se distingui. Harum aquarum usus
quam rarissimus est apud authores, ob earum in-
gentem & nocuam efficaciam, nisi in desperatis,
vbi alia non profuerunt, & immodica frigidorum
humorarum colluie premaruntur.

De me- tallicis Pari quoque; ratione aquæ metallorū venis infectæ
reperiuntur: nam quædā auro, aliæ argento, plures
plumbo, ferro, æreue inficiuntur, quarum paucissi-
mas reperies calidas, nec rursus simplicissimas,
quin plurimi metallorum saporem & vires sortian-
tur. Habent tamen omnes metallorum aquæ hoc
commune, quod refrigerantes sint & exsiccantes,
& ob id calidis & humidis affectionibus sunt pro-
ficiæ: calidis etiam fluxionibus, præcipue his quæ
ad articulos dilabuntur: prosunt viscerum obstru-
ctionibus aut imbecillitatibus, præcipue his qui-
bus calor & humidi as præualet: aqua tamen æris
hoc habet peculiare, vt omnibus otis, columella,
tonsilarum & oculorum affectionibus ex humida
colluie, proficia admodum sit.

De cal- chatoſa Similē metallicis habet facultatem calchanto-
sa aqua, cuius generis creditur esse fons, qui apud
aqua. Flan-

Flandros in Leodiensi agro (vulgariter Lieja appellato) reperitur, cuius aqua incredibili quadam efficacia abstergit, & aperit obstrukiones mesenteri, vestrīs, renūm, vesicę, iecoris & splenis, ac mille alia ferunt præstare in morbis & in præcautione beneficia.

Naturalium aquarum defectus artē supplere testatur Gale. medicamento quod nobis est opus in aquam iniecto & mediocriter cocto: nam id quod coquitur, abicit propriam qualitatem, & eam aqua in se recipit. Quo fit, ut fere eosdem huiusmodi aqua ac naturales pariat usus, & ob id ad varios affectus variè parari possunt, dummodo ea simplicia decocto adhibeātur, quæ partis affectæ naturā res piciat: quippe cōuenient pecularia capiti, & sic alia thoraci, & alia alijs partibus proficia reperiuntur.

Balnea quę ex oleo parari possunt, in sanitatis tutella fuisse ex usu non satis constat, certum tamen est morbis quibusdam plurimum prodefesse: nā easdem ferē vices ac dulcium aquarum balnea sortiri experimento & ratione constat. Quod oleum ex oliuis humectandi & modicē calfaciendi vires habeat, sicut quod ex immaturis sit, ad strictionis & frigiditatis non nihil, evidentissimum est: item vetus oleum calidius est, & magis discussorium, licet nō nihil diversitatē in his operibus sortiatur ex regionum diuersarum natura & differentia. Omne tamen plerumq; tensas partes laxat, induratas emollit, siccas & scalentes humectat, dolores mitigat, tandem moderata quadam vi resoluit ac digerit: sic profectō multis usibus huiusmodi balnea proficia sunt, nephritico dolore cruciatus, lassitudine fatigatis, & plurimis alijs, præseruit si herbis & medicamentis incoquatur, quibus ad morbi depul-

De bal-
neis ar-
tificiali
bus.

De oleo.

O s sionem

Institutionum Medicinalium

sionem opus habemus: ita profectò oleum vulpi-
num moderatas nervorum & articulorum affectio-
nes sanat. Prætereà balneum ex oleo & sale poda-
gricis omnibus incredibili utilitate ex vsu est, ad
conterendas humorum reliquias post dolorum ve-
hementiam, & pari ratione de alijs olei condituris,
quæ varijs & grauissimis affectionibus sint profi-
cuæ, conijce re licet.

De la- Et si ad balneandū vniuersum corpus, nō facile
&c. sit tantam ad manum habere lactis copiā, sufficiens
semper ad particulam aliquam souendā haberi po-
test. Est tamen lac temperamento actuali moderatè
calidū & humidum: c̄querū bubulum crassius, buty-
rosius & humidius caprillo & ouillo lacte. Habet ta-
men lac omne virtutē emolliendi, humectandi, &
modicē refrigerandi citra vllā resolutionē, & hoc
præstantius quā aqua tepida, quia nec languidum
reddit corpus, nec flaccidum. Quā; ropter cōfert
tabefactis, siue hecūca senectute fiant, siue quouis
modo: ex vsu etiam est cæteris omnibus, qui calida
& siccā int̄ēperie laborant, præsertim buryrosa par-
te abiecta, aut adnuxta aquę parte.

De bal- Experimento fidissimo constat, ex fermenti mu-
nco ex sto balnea multis profuisse (etiam si veteres eorum
musto. non meminerint) in discutiendis articulorū tumo-
ribus, eos præsertim cuos opus est inscindere,
discutere que crassos, lertos, & frigidos humores:
duin enim effervescit, calorem contrahit, quo partes
dilata' & ob tenuitatem fermenti, & materialm ibi-
dem contentam attenuat, ac digerit, & ob id dolo-
ribus, quæ prope ossa morantur, sumnum præ-
stat præsidium.

De bal- Licet pro ratione vetustatis vinum longè cali-
ncis ex dius sit, siccum tamen omne & calidum est, & ob id
vino. calfa-

calfaciendi, discutiendi & exsiccandi potentiam habet, licet vinum nigrum ad strictionis non nihil fortatur. Quo sit ut fugitidis, imbecillibus & macridis membris ex usu sit, maximè si ipsum incoherens herbis aut rebus alijs, quæ consimiles vires obtineant. Hoc tamen vnum in balneis ex vino adseruabis, quod semper est necessarium eius calorē fouere, alioqui oxyssime refrigerescit.

Dimitto antiquorū in balneis construendis sumptuoso & magnifico apparatu, potissimum hucus balnei rationem constare arbitror in ipsius aeris temperie : quapropter calidam semper esse conuenit ac humidam, vaporosamque aliquando, nonnunquam verò siccām & scaldām. Quo sit, ut multis modis parari possint : primò ex feruentis solis calore : secundò ex vicinia seu approximatione ignis: tertiò ex vaporosa aliqua substantia, quæ medium aërem occupet & alteret. Solaris itaque ex lucido & feruido sole inundatio, moderatè adhibita, siue corpore inundato fiat, siue secus, homine sedente, aut deambulante, multis modis professe potest. Namque resoluta, & digerit, prius attenuatis & fusis humeribus: & ob id hydropticis, & omnibus quibus in extremis inundat peritura, magni est momenti: quæ omnia præstantius & citius fiunt corpore inundato, magisque sedentibus, quam ambulantibus.

Stupha verò quæ sicco calore usui paratur, multis modis efficitur: primo ex laconico, igne tantum calfacto, iuxta parietes laconici, aut in furnello quod sub laconico solet fuscēdi, à quo vniuersus laconici aër excalsactus usui redditur accommodatissimus. Paratur etiam ex cibano (est quidē testaceum quoddam

De bal-
neis que
ex aë-
rea ma-
teria fi-
unt.

Institutionum Medicinalium

involucrum, atque tegumentum) quo semel calfacto, laborantis corpus tegi debet, quantum tolerare possit: furnellus eodem modo temperat calfactionis, robustis & ruralibus hominibus ex usu quoque erit. Commune tamen est his omnibus humorem corpori imminersum atque inundantem, aquosum & frigidum excoquere atque consumere. Quo sit, ut ubi requiritur resolutio & exsiccatio, toto corpore prava temperie frigida & humida infecto, efficacissimum sit praesidium. Tertia stupræ species est qua medius aer vaporosa substantia consumetur: cuius rei gratia necessum est in memoriam reuocare, quinq[ue] balneorum omnium esse partes: prima quidem appellata est apodyterium, quo in loco lauatori se exuebant: cui proximum est hypocaustum seu laconicum, à Latinis sudatorium appellatum: habebatque hoc hypocaustum sub pavimento locum vacuum, in quo ignis succensus, calidis vaporibus elevatis, sudorem eliciebat: repebat autem hac parte aer, vel ex calidis ac siccis vaporibus ab herbis aut alijs rebus decoctis transmissis, vel à sola aqua in caldario subtus posita feruent, vel ab ignitis caminis aut lapidibus aqua superinfusa, aut ex vino iuxta affectus indigentiam: tertia erat solium calidum, hoc est cisterna aut vas aut cupa, in qua homines confidentes abluebantur, unde lauacrum aut piscina dicebatur: quarta erat solium frigidum: ultima locus detergendo corpori & exsiccando deitus. Gal. autem solùm quatuor meminit, complectens sub hypocausto apodyterium. His suppositis & alijs quæ breuitati consulens pretermisso, ad nostrum institutum ex his omnibus cellulis ea pertinet quam hypocaustum appellarunt, ex halituoso aere constanter: quem sane vaporem multis modis effice-

efficere possumus: ex decoctis nimirūm aqua aut vi-
no floribus, radicibus, seminibus, & omnibus his
quæ morbo cōuenire v̄sum tuerit, & susceptis va-
poribus per tubulos atque infundibulū, quod cor-
pus laborantis in lēcto iacens attingat, ita ut cal-
darium, quod huic v̄sui paratur, vndique cooper-
tum sit, ne vapor in externum aērem euaneat, sed
vniuersus per infundibulum suscipiatur. Potest
etiam ad eundem v̄sum confici stratum mille for-
minibus perforatum, quo laborans recumbat, ac
subtus oportet caldarium calido decocto plenum
reponere, quo faciliūs laborans vaporē suscep-
tet. Vtcumque tamen hēc parentur, virtutem habent
calfaciendi, liquandi, & quæ inēqualia sunt, exæ-
quandi, & laxandi cutem, & quæ sub ea detēta sunt,
euacuandi: ob idq; morbis omnibus ex v̄su existūt
qui bus & sudandi ratio proficua est.

Conficiuntur hēc balnea multis modis, sed præ De bal-
cipuē ex arena, tritico, sale, milio, aut vinaceis: quæ neis ex
omnia maximam habent in medendis inueteratis
& ægrē curabilibus affectionibus vim & effica- solida
ciam. Sic arena maritima submersi corporis consu substā -
mere exuperantem humorem, pr̄fertim aqueū na- tig.
ta est: item & calfacere, si per crebra interualla are-
nam mutaueris, & aliam denuo supra corpus proie-
ceris: loco tamen maritimè arenæ, fluuiali, admisto
modico sale, vteris. Profunt hēc hydropicis, & ma-
lam corporis habitum patientibus, & tandem his
omnibus, in qui bus aquosi humores, siue in neruis,
siue in carne, siue in articulis abundauerint. Quæ
omnia Herodotus lib. de remedij s extrinsecus oc-
cursantibus, latius expressit. Cæterum vbi citra
morsum desiccare est in animo, milio vti licebit: nā
& si primo ordine refrigeret, exsiccat tamē tertio,

Institutionum Medicinalium

7. Simpli. **Vt ex Gal.** apertè colligi:ur. Quapropter pèdum ac manuum tumoribus discutiendis, ex falsa aut acrè pinita abortis plurimum prodest, maxime si miliū irroraueris calidissima aqua. Hoc tamen præter eundum non est, quod si horum aliquid ad manū haberi non possit, balnea hæc ex sale conficere uti lissimum erit.

De balneis ex vinaceis quantumvis apud veteres non fuerit frequens usus vinaceorum, euentus tamen docuit magni in quibusdam inaeteratis affectionibus fuisse momenti, maxime si non fuerint admodum prælo pressi: & actuali calore non fuerint deslituti. Habet enim vinacei omnes moderatum calorem, & ob id dolorem non inferunt, & omnibus particulis sunt ex usu: qua moderata caliditate fundunt, lenigant ac molliunt quod in particulis conserverat, cōcretumq; præest: præter id quod ex modica ad strictione robatur etiā partibus conciliat. Quo fit, vt roboratio partis calore sensim & paulatim humorē digerere ac discutere valeat: sic scirrhosis & induratis tumoribus ex usu existunt: item coxēdīcis & podagricis morbis prouident, & adematosos tumores discutunt. Tandem ob moderatum calorem calidioribus etiam affectionibus (nisi corpus extenuatum fuerit) ex usu existunt: talis enim est caloris moderati efficacia. Non tamē oportet quibusvis vinaceis indistincte in quouis affectione uti: nam frigidas affectiones vinacei dulcium vuarum persanant, calidas vero non ita fertuentes & exquisitè dulces: quinimo eligendi sunt qui plus fuerint prælo pressi, & non plurimum inualuerint. Atque hæc dicta de balneis sufficiat, vt possint Medicis interim dum varios de hac re authores legūt, ignorationem fugere in re adeo necessaria.

Q Y A

Q V A L E G E L I C E A T F L V
xiones sistere

I N S T I T V T I O X I I I .



VNT Affectus qui à fluxionibus dependet, Medicis curatu adeò difficiles, & laboratibus adeò graves & molesti, vt iure optimo de eis dici possit, qđ Hipp. his verbis refert. Nō enim cōtētus est is qui in periculo versatur, his quę possimus, sed cōcupiscit etiā & quę nō possimus. Quapropter semper conandum est, in grauioribus & periculis malis aliquid amplius ac nouum & utile adiuuenite. Sunt enim fluxiones nostrum corpus molestātes uno ē tribus modis Iedentes: nimirum vbi intra corpus manentes in aliquam partē delapsi fuerint humores: alio vero vbi per communes aut priuatos canales extra corpus defluxerint: tertio quidē vbi utroq; modo Iedunt: partim nimirum fluentes a l extra, partim per modum retenti, cōmoti tamen ad partem incōmodam. Quas fluxionum differētias pulchra oratione docuerat Hipp. L. b. de na dicēs: AEgrotat autem, cūm humorum quid nimis tur. hum. aut amplius fuerit, aut separatur in corpore, & non fuerit reliquis cōtemparatum: necessum est enim quicquid horum secretum fuerit, & persesterit, non solum eum locū unde fecelsit morbidū fieri, sed etiam eum in quo star, & in quem propter nimiam copiam

Episto. ad
Racebā.

Institutionum Medicinalium

copiam diffusum est, dolore ac morbo vexari. Etenim cum enim horum extra corpus fluxerit amplius quam redundat, evacuatio ipsa dolorem exhibit. Rursus itaque si ruem intus fluxerit, evacuationem & transmissionem ac ab alijs secretionem, geminatum dolore non exhibere necessum est. Quia profectio sententia h[ab]et omnes fluxionis differentias complexum fuisse. Hippocratem aperte constat. Sed cuiusque carum meminiisse oportebit, ut clarior evadat n[on] solum iritatio.

De fluxionibus intra corpus. Fluxiones, quas extra corpus manere diximus, à triplici orientur fonte, à particula nimirum quæ fluxione suscepunt: à toto corpore: & ultimò à membro aliquo sese in aliud exonerante. Particula verò n[on] quam fluxio decumbit, tribus modis huic damno disponitur: aut quia ex propria natura ad id facta est, ut adenosæ partes, quas ut aliarum excrementa suscepunt, laxas, molles, & amplissimis meatibus patulas fecerat natura: secundo modo cù à morbo labefactata, & impotens reddit, cogitur fluxionem admittere: tertio vero, quia ad fluxionem parator, præ dolore, calore, aut inanitione seu vacuo redditur. Non tamen ut nonnulli centent, cuia dolor, vacuum aut calor trahat: nam cum dolor qualitas sit intentionalis, & vacuum quid priuatuum, realem actionem aut positiuam, qualis etio est, perficere nequeant: neque calor adhuc, tantum dilatatione partiū & cavitatum eas susceptioni apiores reddit. Corpus vero vniuersum cum potestate superet omnes particulas, indistinctè suū vitium, siue ex plenitudine, siue ex cacochymia sit, in quānus deponere valet. Particula etenim, quæ fluxionem in aliam transmittit, id semper multitudine grauata, aut malitia lacesita, vel ob dechuem lo-

cum

tum efficit. Quām doctrinam adduxit Hipp. varias Li. de glā
recensens à capite fluxionum differentias: quām dulis.
etīā cōfirmauerat Gal. Insuper idem Hipp. varios Libr. 2. de
recēset morbos, ybi intus manēt fluxiones, quos la dif. fe. ea.
tiūs adhuc Gal. recenset. Nā vt Celsus scribit, hoc II.
periculo nullum humanum membrum vacat. Libr. 3. de
fa. natu.

Habent hoc cōmune & proprium huiusmodi flu Libr. 15.
xiones, quōd omnes sisti & cohiberi desiderent, si Li. de lo-
membrū recipiens seruare velimus. Aliud etīā cō- cis in ha.
mune habent, quōd nunquā adstringentibus & re Libr. 6. de
primentibus medicamentis gaudent, ni fluxio tan- fani. tu.
tūm ex humore tenui & fluxili dependeat, quā im-
becilla natura retinere nequit: eo enim tēpore adhi-
benda sunt gratia præcauēti membrū recipiens,
ne ampliū suscep̄t. Cum hoc tamē tutiūs s̄istitur
fluxio, & præcauemus mēbrū recipiens, per euacuā-
tia & auertentia auxilia: nā alia adlibere, forsan
erit naturā cogere ad membrū aliud transmittere.
Verū si tenuitas & fluxus ybertas cœgerint adstrin-
gentibus v̄ti, vno ē tribus modis id facito, nimirū
densatis humoribus ne facilē suiant: adstrictis mea-
tibus corporis per cōprimentia medicamenta & re-
frigerātia, quo facilius vt rūniq; fiat: aut exsiccatis
ebibitisq; humoribus: quorū materiā reperies cap.
de adstringētib⁹. Quōd verò rārō liceat v̄ti in hac
fluxionis sorte adstringentibus (quamquā alicut dif-
ficile videatur) sic probare aggredior ex Gal. inquit Li. de the-
enimi: Aliā verò medicamenta, quæ podagrici in ri. ad pīc
morbi auxilio bibūt, ad pedem quidē humores de-
ferri vetant, sed horū superfluam humiditatēm nō
discutientia maiorem quemadā morbum faciunt, nā
fluxionē per corpus oberrantē pulmo semper ob-
spirandi necessitatē motus, ac propter corporis sui
raritatem, ad illam excipiendā facilis, totam ipse ad
P se

Institutionum Medicinalium

Lib. acut. se trahens ita hominē suffocat , quōd periculū nō
x. eo. 18. raro conspiciamus. Præterea idē author statuit ad
& libr. 10. strigentibus solum esse vtendum, propter sympto
pharma. ma aliquid quod animi deliquiū accersat. Præter-
Lib . 5.de quā quōd idē Gal. vinū decoctū cū radice petrose-
fani.tu. lini tribuit, & attenuatiā nō negat arthriticis: quod
Li. 3. fen. etiā eisdem ferè verbis probauerat Auic. Quod ex
23. e. 8. pressiūs docuerat Hipp. dicens: Fusos humores ne
Li. 4 hu- intus intercludas, sed superfluos resiccato: quippe
mori. siue educere velis, siue secus, melius est attenuatio-
rijs vri, quia sic facilius medicamentis educes, aut
per vrinam purgabis, quām si adstringentibus co-
hibueris coegerisq; : si verò dissipare intendes ac
discutere, citius & tutiū efficies tenuioribus exi-
stentibus, quām frigidis & densatis.

At in cohibēdis huiusmodi fluxionibus diligēter
animaduertere oportet, an humor qui defluit à no-
biliōrī mēbro ad ignobilius decidat, an ē cōtra, vel
inter paria fiat trānsmutatio: nā id vltimū hoc habet
laudabile, quōd mutatio morbi sit: cū hoc tamē cō-
pescenda, nō tamē ad membrū primō affectū reuo-
canda erit. Fluxio verò quē ad nobile mēbrū irruit,
aut reuocāda, aut aliō trānsferenda perpetuō est: ve-
rū quæ ad ignobile sit, aut leuē cōcitat affectū, quē
potiūs morbi in melius est mutatio, aut graue & pe-
riculosum parit malū: quo tempore eisī à membro
principaliori fiat decubitus, cohibēda omnino est
fluxio, verū nou reuocanda ad mēbrū princeps à
quo decidit, sed euacuata funditus, si par est mate-
ria, aut aliude distracta vel transmissa: nam cūm in
mēbro recipiente malū portendat si decidat, & in
mandāti periculā immineat, nisi defluat, expedit ex
toto aliō humores trānsferre. Quippe facta collatio
ne in, et membrū diebile aut validū, grauius quidem
est fluxionem ferre à fōrti mēbro tactā, quā à de-

bili, ut optimè his verbis dixerat Hipp. Porrò qui-
cūq; morbi à fortissima corporis parte sūt, grauissi Lib. de na-
mi existūt: etenim si istic vbi initū sumpserint, pet tura ho-
māserint, necesse est fortissima parte laborāte, totū
corpus laborare, & si à validissima ad quandā debi-
liorē transmiserint, difficulter soluentur: quicūq; à
debilioribus ad fortiores trāsierint, cōmodius sol-
ui possunt: quibus euidenter constat qua methodo
procedendum sit in huiusmodi fluxionibus.

Verūm vt deueniamus ad speciales curandi has
fluxiones methodos, necessum est considerare mē-
brū mādans, itē & recipiens, ac ultimō humorē sūe-
tē. Quorū gratia reuocare in memorīa oportet sen-
tentia quandam Hipp. quæ in hunc modū se habet.
Omnibus autē (loquebatur de mēbro mandanti) li-
beratio hæc est, vt ex frigiditate quidē affecti per-
calfiat: ex ardore perfrigerētur: & subdit loquēs de
humoribus fluentibus: Reliquę autē omnes fluxio-
nes, quas propter humorū acrimonias & intēperan-
tias ego sieri sentio, restituuntur & curantur, vbi tē-
peratē fuerint & cōcoctē. Et paulò inferiūs subdit:
Quæcūq; fluxiones ad oculos: & paulò infra, ad fau-
ces, vt reminisceretur mēbri recipientis, & cōstaret
vtriusq; adduxisse præfatā sistendi rationē. His sic
constitutis, hac lege institues rectā curādi rationē.
Quo enim tēpore generat ob sui impotētiā prauos
succos, purgare corpus & affectam partem necessē
est, ne humores supra modum acerbentur, quo for-
san fluxio securiūs ceisabit. Corroborabis autem id
membrum sēpius iuxta rationem distēperiei, admis-
tis quæ modicē adstringendi vim habeant, ne ca-
lidis virtus plurimum dissoluatur. Verūm si par-
ticula plura congregat excrements, eo quod non se-
ſe vt par est exoueret, & ob id postea fluxionent

Lib. de vē-
teri mē.

Institutionum Medicinalium

concitauerit medendi ratio postulat, pluries esse purgadū & paulatim, quia vitiū succrescit defectu secernēis potētū, cauētes sēper adstringēta medicamēta, ut quæ copiosiores soleāt concitare fluxiones ex hac causa ortas. At si ex retentris imponentia fluxio concitetur, neutiquā purgare usquam decet, nā retentrix languida nequit aduersus expellentē medicamento irritatā purgare: quo sit, ut fluxiones maiores fiant, & ob id in hoc affectu solūm roborare opus est his medicamētis quæ pugnēt aduersus intēperamētū, cuius occasione virtus lauascit. In quo præcise casu ex usu existūt medicamēta quæ vires habēt adstringendi, ut quod facultas sua sponte efficere nequit, arie his medicamentis fiat.

Præter dictas considerationes à parte transmittentī desumptas, se se offerunt aliq nō minoris momenti, ab humorū qui flaunt multitudine grauāte, & acrimonia laceſſente, vel subtilitatē tenuitate quæ facile fluit, & impetu niouetur ad fluxū. Sic profectō copiosa materia omni vacuationis genere demēda est, siue per viētus parsimoniā, siue per exercitiatā, siue per sanguinis deiractionē: itē materię acrimonia mitescenda est & humectāda & alijs permis cenda: nā sic eam frænare docuerat Hipp. dicens.

Li. de morib. muli. Tōrā humectare oportet quo fluxiones aquosissimę fiāt, & minime inordaces balneis mulis calidis, posteā verò securiū purgabis. Pari quoq; ratione, si tenuis fuerit humor & aquosus, incrassari postulat per cōuenientē viētū & idonea præſiūia. Considerare insuper oportet partes per quas humores defluūt, nā sāpe diuturniores efficiūt fluxiones, quia molles, raiæ, laxæ, debiles, & venas ac arterias amplissima fortitūtē fūnt. Quod etiā Hipp. magni fecit, dicēs. At verò caux & expasæ figuræ ni fluentem qui-

**Li. de re-
tentiæ.**

quidē humorē maximē omniū suscepérint, nō autē similiter attraxerint, solidæ autē & rotundæ neq; attraxerint, neq; suscepérint, dilatabitur enim & nō habet sedis in qua maneat. Spongiformes veiō & molles, velut cūnī pulmo & mamma, vbi adnotatē maxime fuerint & adhæserint, ebibūt duratq; fūt, ac augeſcūt humore acreſcēte, maxin ē pulmo. Qua propter expedit raras partes densas, ioborare debiles, & molles quodāmodo indurare his que refri gerandi & ad ſtrīngēdi vīni obtineāt, maximē corpore euacuato. At imperū humoris cōpetit es emi reuulfionis genere ad distantes cōtrariaſq; partes.

Pars verō quæ recipit, iot ſibi ad pīcautionem exoptat cōſiderationes, quoſ ſunt cauſe que ipſam poſſiunt diſponere ad ſuceptiōne. Sic protectio pro pīlīſimē recipiūt partes debiles, molles, laxæ, iraræ, coniunctæ cū partibus mītentib; cōcauq; calfactæ, dolētes, inanæ ac inferiores. Sic pars imbecilla ioboranda iuxta intemperamentū imbecillitans: que dolent permulcendæ ſunt, ac mitigandi dolores, admīſtis que roborent, ſiquidē anodyna laxantia, iraræ, molles, cauæ, calfactæ, & inanæ omnes ad ſtrīngēdē repellentib; & ad ſtrīngentib; pharmacis. Aīque hæc ſunt auxiliā, quibus fluxiones, ſi recte eis viariis, proculdubio ceſtabunt.

Numerantur inter fluxiones, que partim intus, partim extra prodeunt, grauedo, diſtillatio & rauce do, p̄ter eas que ad thoracē & fulmōne diabūti, quarū partē per ſputū traſmittit natura. In qua re ſciencū eſt, exciemēta partiū eſſe in dupli ci diſtrentia, nam quecā ſunt partibus omnibus communia, quecā quibuscā partibus peculiaria, veluti vētriculi ſex, & iecoris vīna. Que verō omnibus eque accidunt, ſunt veluti teſquis quedam ſuſtan-

De flu-
xionib;
q;ue par
tim ex-
tra, &
partim
intra cor
pus flut-

Institutionum Medicinalium

tia quæ in halitū insensibiliter abit, & crassa, quæ veluti sordes indumentis adhæret: quæ quo ex naturali coctione naturaliter prodeunt. Præter quæ etiā, in partibus duo alia excrementorū genera reperiuntur: alterū ab alijs partibus suscepū, reliquū verò propriæ partis coctione vitiata, ablata aut diminuta, citra villā separationem optimi à deterrimo prodit. Et ut exēplo vtar, caput excrementū naturale generat ex proba nutritione, quod aurū sordes esse arbitrannr. Insuper aliud gignit dum propriū alienum minimè aut prauè cōfectū, per propria emanatoria expellit: prætereā plura & varia aliarū partiū vitio suscepīre caput frequētissimè affoler. Quorum excrementorū natura gnara, quod caput causis alteratibus expositissimū esset, purgāmēta hæc boni prouida, per palatū nimirū & nares distribuit: quæ sane excremēta, dū plus iusto abūdāt, in varias fluxionū fortes distribuit, vt Hipp. egregiè docuit.

Libr. 4. de
morbis
episto. ad
Demetriū
Regem.

Cōsiderabit tamē nō solū quod abundat fluere, sed quot etiā occasiones & causæ concitātes fluxionē succreuerint, quas ad verā medēdi rationē nouisse opus erit. Sunt (præter morbosum apparatū) causæ seu occasiones quedā, quæ eū in morbosos affectus degenerare efficiunt, quarū quedā instrinsec⁹ operātur, veluti febrīū feruidissimus calor, vīni & edulio rū calidorū efus: quædā verò extrinsecus occursat, qualis aëris calida tēperies, modō à sole, igne, exercitio, quæ dilataris poris & fusis humorib⁹, eos citatores ad fluxū reddunt: itē & frigiditas, quæ copræsis intro succis idē valet efficere. De calidis autem causis & occasionibus nemo ambigit, præsertim cū Hipp. id expresse fateatur. De frigiditate autē nō leuis suboritur cōtrouersia: quā qui diffusius voluerit legere, adeat li. de recto præsi. art. medi. ysu, c. de sisten. fluxionib⁹. nā hac in parte sat est scire Hipp.

Libr. 2. de
morb. ca.
de tonsi-
lis,

qui ex cōpressione has fluxiones fieri fatetur, intel Lib. de lo-
 ligēdū fore de cōpressione quę sit in extimia cute: cis in ho.
 quę adeo potest refrigerari, qđ intro exprimat quas
 cōtinet humiditates: nō autē de cerebri substātia,
 quae viuo animali id frigus pati nequit, quāvis ex-
 perimēto quotidiano nobis cōperiū sit, frigus has
 fluxiones à cerebro mouere: cæterū calore partīū
 externarū intro repulso, & coercito nativo effluxu,
 quo liquātur & fundūtur ac fluūt cōcreti & frigidū
 aut tenues humores. Quā sētētiā expressè cōfirmat
 Hipp. dicens: Incalescere cerebrū à cibis, à sole, à fri-
 gore, & à laborib⁹, ac febriū calore, quib⁹ pīuita in
 cerebro liquatur & secedit, partim ad nares, partim
 ad guttur & os, & ad inferas sedes: vt cōster qualiter
 fiāt fluxiones, quę partim extra, partim intro prū
 pūt. Huic etiā fluxionis sorti reducēd⁹ est reumati-
 cōfassēt⁹ à Gal. appellat⁹, ex vniuersi corporis imbe-
 cillitate, cuius latē meminim⁹ li. de morb. int. cur.

Sistendi verò ratio & modus haud ita facilis est,
 quippe pr̄ter cognitionē morbosī apparat⁹, & pr̄ter
 exter nas occasiōnes, etiā conditionē humoris
 fluētis nouisse oportet. Nā aut humor ille qui fluit
 crudus euadit, ob depravatū inueteratūq; cerebri
 habitū, aut ob ipsius alimēti vitiū, aut ob causam ali-
 quā extērnā, quae interiurbat coctionē. Quōd si ob
 capit is inueteratū habitū id fiat, & indies excremēta
 aggregētur, cerebrō purgare oportet, & frequēter di-
 uertere: verū quia id s̄apius medicamētis factū lōge
 magis cerebrū imbecillitare habet, sari⁹ mihi vide-
 tur fōtanellā aperire in altero aut viroq; brachio,
 aut setonē occipitio affigere, quo faciliūs per ea fo-
 ramina expiret humor cōgestus. Verū si ob alimēti
 vitiū id accidat, mutato victu, & purgatis corpore, &
 capite p̄sidiū est: in quo casu cōsuluit Hipp. nō esse Li. de lo-
 diux- cis in ho.

Institutionum Medicinalium

diuertendam pituitam illam aliò , dicens: Si porrò intumuerint nares,& pituita plenè fuerint,at que ea compa éta,oportet pituitam compactam & conge-latam attenuare aut fomentis aut medicamento non auertere: si enim fluxus auersus aliò procedet, maiorem morbum omnino faciet. Cæterum, si ob solis cœstum aut frigiditatem,vel quamvis aliam externam causam quæ coctionem capitis interturbet, fluxio conciteretur,coniectabile est proficuum fore his vti quæ coctionem iuvant. Præterea considerare oportet, an causa quæ fluxionem mouet, & humor ipse qui fluit,eiusdem sint naturæ , calidæ nimirum,an frigidæ,siccæ vel humidæ,an diversæ. Si quidem fluxionis motiva causa calida & morbi apparatus,& humor qui fluit pariter calidus fuerit,facile erit frigidis fluxionem compescere : verùm si materia fluens calida fuerit,& causa mouens frigida,aut è contra,temperatis auxilijs res fieri deberet, quibus utraque indicatio completur. Reliqua vero quæ particularia sunt,repieres cap.de catharro,lib. de morb. in ter.curा.

Cùm adeò sint variæ fluxuum qui extra corpus
De fluxibus dilabuntur,differentiæ,adeo quæ varias sortiantur
causas,necessum erit paulò diligentius rē hanc ex-
qui ex-pendere,& ob id tria in hac re se nobis offerunt
tra cor-in examen renocanda, niimirum quos fluxus liceat
p° pro-sistere,quos vero permittere,moderari aut mutare
deunt, id expeditat aut non: tertium vero, quibus modis &
præsidiorum generibus id oporteat fieri.

Circa primum nosse oportet, eorum qui extra cor-
pus fluunt, conditionem variam esse , namque ex
his quidam profundunt , & maximum sunt animanti ex-
ysu; quijam tales postmodum esse poterunt , licet
non-

nonnunquā nos primo accessu deterreāt: alij verò omnino lēdunt, & corpus in tabitudinem deferūt: nonnulli quidem etiam si modò non lēdant, paulò aut multo post in grauiora pericula corpus defērunt. Rursus causæ quæ miram hanc varietatem in fluxibus efficiunt, ita sunt difficiles ac variæ, vt non nisi varijs & innumeris auxilijs cōtrariari possint. Quo sit, vt ex his fluxionibus quasdam permettere liceat, alias moderari, nō nullas omnino cohibere, & vltimò plures ex toto finire & terminare.

Quas verò fluxiones omnino compescere oporteat, tria in vniuersum docent, fluxionum videlicet materia, accidentia quæ ipsas sequuntur, & vltimò inconueniens regio. Sic profectò à materia sumpta in indicatione, omnis sanguinis fluxus, siue ab haemorrhoidibus, siue ex utero (dum naturæ modum excedit) siue ex alio, renibus, ore aut naribus, vel ex quavis alia parte fluat, quatenus ad materiæ naturā attinet, protinus est cohibendus. Quippe sanguis ita est familiaris, vt nusquam natura ipsum nisi errans, à corpore pellat, præterquam in crīsibus, aut in fœminis singulis mēsibus. Eodē prorsus pensu, nulla facta exceptione, diaphoreticos sudores statim suppressere oportet, vt qui spirituū substantiā dissipēt & mēbrorū alimentū deponerentur. Vomitus etiā quos irritata natura ex alimentosa substantia coacta mouet, ocyssimè cohibebis: itē & vrinæ fluorem: sic & fluxus qui ex mēbrorū colliquatione prodeunt, citra moram cohibendi sunt: item & hi qui ex intestinorum ramentis sunt. In quo sānè fluxu cohibendo, diuerso proposito modo à superioribus procedendum est: nam illos quietare oportet citra ullam exceptionem, hunc vero finire, omnimoda humorum erodētiū euacuatione. Etiam qui

Institutionum Medicinalium

qui ex chylosa substantia sunt cohibendi sunt: & rursus qui ex seminali materia prodeunt. Secus tamen res se habet, si fiat ex superfluis veteri purgamentis: nam qui prodeunt utiliter, & alterius morbi mutatione, aut totius corporis expurgatione, non prorinus cohibebis, nisi dum simul substantiae laudabilis aliquid excernitur, ita ut vel tabitudoinem, vel illarum partium exulcerationem aut sterilitatem vereamur: nam eo tempore curabis eos per aliam partem purgare & diuertere. Cogendi etiam sunt non minori diligentia, qui accidentium efficacia lethales aut perniciiosi sunt: veluti fluxus qui cum anxietate, animi angore & exolutione sunt, vel cum immidico ventris dolore, aut oris ventriculi affectu aliquo, maxime si cum febre iungatur, dummodo febris iudicium non sit. Quo fit, ut eos statim supprimere oporteat, ac naturam roborare, & paulatina alia euacuatione, si opus fuerit, minuere. Sunt insuper compescendi fluxus, quos natura per alienam & incommodam regionem molitur, si quidem non minus damni ex loci incommoditate expectare licet, quam ex inutili fluxu: quia naturae motus alter est quo morbum purgat, & alter quo morbum parit. Quo fit ut non raro accidat per adeo incommodam regionem humores pellere, quod etiam si morbum expurget, cohibere licet, ne alium longè grauiorem concitet, aut sua accidentia, ob incommoditatem & præstantiam loci.

Li. 4. c. 19 Quibus habitis, eos tantum fluxus oportet permittere, quos ex aliena, inutili & morbosa materia natura molitur: qualis natura est diarrhoea omnis, cuiusvis succi fiat. Qua ratione censeo dixisse Celsum: Sed vero die fluere alium saepius pro valetudine

ne est, atq; ita pluribus si febris absit, & intra diem septimum id conquiescat: purgatur enim corpus, & quod intus lœsurum erat ut ille effunditur: quod etiā his verbis Aetius scripsérat: Etenim oblictari, & excretionis cohibitionem moliri, maiorem morbum facit: siquidē quę cohibentur, sursum perlata, dolores capitis aut phrenitidas aut lethargos, aut parotidas inferunt pernicioſas. Ex quibus euidenter constat, quod licet cohibere non expediat, mutare tamen in melius oportet, optima victus & vitæ ratione instituta, ne accidentium vi natura labatur.

Quod etiam cōſuluerat Aetius dicens: Si itaque bⁱ li. 3. ser. liosa pura recrementa prodierint, in magis salubria ipsa permutare oportet, non tamen per cohibitionem eos curare: bⁱ liosum enim tūm in ventre, tūm in ieiuno intertino aggregatum, atque post coacerbationem retentum maximopere lⁱxdit: nam & stomachum subuertit, & visceribus inflammationes infert, & situm accedit, & febres instaurat, omnesque p̄dicas affectiones in capite efficit, atque in totum grauiorem affectionem reddit. Sic profecto constat quos fluxus liceat cohibere aut permittere, vel mutare aut finire.

Quando verò & quo tempore fluxus sistere oporteat, magnū facessit negotiū, p̄fertim in his affectionibus in quibus dilatio quævis periculum vñæ minatur. Quapropter ne occuli ē transcat agendi vel non agendi tempus, perdiscere oportet, qualis sit sistendi aut permittendi in his fluxibus occasio. Sic profecto quantumvis dictum sit cohibendos esse fluxus ex familiarissima substantia, cum hoc tamen aliquando non nihil fluere est permittendum, ne naturæ motus inopinato & repantino impetu p̄ter eius institutum p̄peditatur. Namque non

Institutionum Medicinalium

non minus laedi solet ex repentino & contrario mo-
tu, quam ex actione præter naturam coacta. Item
alios quos esse permittendos diximus, citra morā
sæpius cohibere oportet. Quamobrem permittere
aliquo modo expedit sanguinis è naribus fluxum,
in his quibus aut capitis dolore, aut immoda-
tius plenitudine concitantur: maximè si per inter-
ualla assuetus fuerit sanguinem fundere. Sic in hæ-
morrhoidibus cautum est ne quis in totum sangu-
inem cohibeat, sed una relicta iuxta valetudinis ra-
tionem. Pari ratione in vulneribus sanguis proti-
nus cohibendus non est, nisi in ventre fuerit: sed
ne inflammeretur, aut ut coalescat, permittere opor-
ter aliquantulum fluere: nam ob id Galen. dixit: Si

Li⁹. 4. me
the. e. 6.

plurimum non fluxerit, sanguinem ex vena mittere
necessè est. Præterea eos fluxus aliquando cohibe-
re oportet, quos alioqui permittendos diximus: ni-
mirum quando in animi deliquium incident, aut
cùm supra modum & vires laborantis fluxerint, vt

Lib. 1. de optimè Gale. docuerat

Quos si vacuandi necessi-
ritas plurimum vrsurit, moderari oportebit, ita vt
quod sat sit fluat, quod vèò facultati incèmodat,
minimè: nam cùm vñiamodum pergit, etiam si sit
ex humoribus nocuis, cohiberi moderatione præ-
dicta oportet. Ceterum in cohibendis fluxibus qui

Li. 3. ser. 1.
e. 35.

febris superueniunt, modum ponit Aetius his
verbis. In principio enim aliena à natura salubriter
euacuare consuevit, ipsa scilicet natura vndequaq;
ad superfluum & incommodum reiciendū cogent-
te, quemadmodum in febribus morbis frequenter
fieri vidimus. Conuenit itaque, rebus sic stantibus,
aut vsquequo natura omnem suam curam expende-
rit expectare, aut ipsius etiam motus adiunquare. Qua-
re ea que in corporis commoditate utile exer-
citur,

nuntur, minimè cohære oportet: postquam verò iam diutius perseverauerint fluxiones, non scilicet superflua euacuantes, verùm habitū veluti colligantes viresque consumentes, tunc sanè resistere eis oportet ac omni ingenio fluxum compescere. Verùm si simul cum febre inceperit fluxio, aut febris à fluxu mox sequuta sit, minimè licet intrepidè fluxum sistere, etiam si febris stante fluxu curari nequeat. Quo tempore expedit distracto humore per vomitum, vrinam aut sudorem, fluente in humorē diuertere, ac modicè album comprimere, & alimen-
ta quæ moderatā adstringendi vim obtineant, porrigere. Que omnia elegantissima oratione scripsit Celsus dicens, impetum ventris non esse cohiben- Li. 4.c. 2,
dum, sed paulatim cogendam esse naturam aut aliò diuertendam, ne compressis humoribus febris intendatur, aut fluentibus corpus præ calore & manitione contabescat. Quibus si adiunxeris conferentiam & tolerantiam, facile metieris, qua occasione, quoue tēpore sistere aut permettere fluxiones oporteat: quippe si prosunt, cohære nefas est, maximè si toleret facultas: quod si contrarium accidiat, iactū malum erit non cohære, quod Gal. instituerat in I. prorr.
omni euacuatione esse obseruanandum. p. 1. cōm.
38

Verùm licet magni momenti sit in uniuersum scire, qua lege & methodo fluxus omnes liceat sistere, & quos permettere, non videtur sat esse, vt Medicus cuique fluxionum sorti præsidium prestat ex equo proficuum, ob varias quas quisque habet causas, iux a quarum varietatem varias cū am considerationes vt remedia proficiunt, præmittere oportet: quæ sufficiere arbitror, vt quisque exacte sciatur quid in unoquoque agere expediat.

Qui

Institutionum Medicinalium

De fudo & colliquantes etiam alii fluxus, sciat prius utrumque prouenire ex calore nostrâ substantiâ dissipante, aut ex ipsius substantiâ tenuitate, & ultimâ ex naturâ impotentia, quæ proprium membrorum alimentum continere nequit, sed permittit dissipari a calore, aut humorum acrimonia & malitia, aut ingredi passione, siue animi, siue oris ventriculi, aut alterius partis eorum humus momenti sit, aut propter exactiorem sensum. Prodeunt tamen ex his sudoribus quidam frigidi, nonnulli vero calidi: hi quidem depopulâte extraneo calore solidam substantiam: illi vero ob caloris nativi paupertatem. Quibus sic cognitis, mes tibi sit vires ante omnia resicere, & intemperamenti aut humoris malitiâ corrigere: quippe evidentissimum est, non parum Medicos aberrare in virium refectione. Distinguere enim prius oportet, sit naturae passio ob suffocationem: quo tempore satius est facilioribus & odoramentis ac iusculis vires leuare, & frictionibus, cucurbitis & alijs distractionibus per interualla factis causam suffocantem diuertere, quam copiosis & frequentioribus alimentis vterius naturam grauare. Verum si vel calore exurere, & humoribus exedentibus, tenueri & roridam humiditatem contingat dissipari, aut vehementibus animi pathematis & doloribus distracti spiritus & resolui, tribus omnino praesidiorum sortibus uteris. Primo his quæ refrigerent cum modica adstricti, ne intus sumptis & exterius admotis: item eis quæ cutem quodammodo densare habeant irrorationibus, aere frigido, & aspersione pulueris rosarum, coralli & similiu. Tertio alimentis, tam per ea quæ odorata profundi, quam per potionem nutritorias, ex yino aut iurib⁹ & alijs que ex

Ex margaritis & corallo sicut extractionibus reliqua
verò ex proprijs capitibus quæres: nā hac in parte
satis est generalia præcepta scribere, quæ memo-
ria facile haberi possint.

In vniuersum omnē sanguinis fluxū sistere, faci- **D e o m n i**
lius & utilius mihi visum fuit docere, quā quēuis *sangu-*
alui fluxū cōprimere. Quapropter triamēte sibi cō *nisflu-*
cipiat qui hos fluxus cōpescere volet: primū fluen **xii.**
tis sanguinis cōditionē: secūdū loci per quē fluit af-
fēctū, ac vltimū naturæ vitiū & iacturā. Sanguinis
quidē vitiū, aut ipso effruescēte contrahitur, vt in
estuātibus tēporibus, aut febribus & vehemētiori-
bus exercitijs cōperimus: vel propter excedentem
quantitatē, qua distensione facta exitū sibi parat:
vltimō verò propter deprauatam qualitatē, acrem,
mordacem & exedentē, quæ nata sit venas abrade-
re, & etiā ob nimia seri admistit tenuitatē, qua facilē
per foramina, etiam naturalia, excidit & exsudat.
Quibus cognitis, frigidis intus sumptis feruorem
compesces, ac sanguinē frigidis alimentis incrassa-
bis, & poros occludes. Sanguinem verò adau-
ētum, si plus iusto vasa distēdat, protinus demes, &
bonum habitum statim solues, vt consultit Hippo-
pocrat. tantumque extrahes, quantum permis-
erint vires: quæ si confertim non tolerauerint eu-
cuationem, paulaui facies (sic enim expostulat flu-
xus cōditio) & reliquū vietus parsimonia adimple-
bis. Cæterū si sanguis vito aliquo conspurcatus id
efficiat, rimari oportet qualis naturę & conditio-
nis sit: nā si tenuis, serosus & adeò prauè cōfectus
sit vt per minutissimos venarū poros & oscula li-
berē fluat, adhibitis almetis quē boni sint succi &
crassioris substātiç, medicamentis nox vti expediet,
quæ præter id ꝑ sanguinem à serosa superfluitate
expur-

c expurgent, ipsum etiam densent, & vias coarctent, & adstringant: cuius natura est rhabarbari tota substantia, & myrobalanorum cortices. Quod si ob miscellam alicuius humoris acris, mordacis & vasorum erodentis sanguis fluat, humor ipse peculiariter sibi medicamento educendus est, post verò vasorum exsolutionem implere expedit per ea auxilia quae renutrationem celeriter moliantur, & emplastricam facultatem habeant, aut cauitates obstruant, qualia paucum inferius reperies. Loci verò per quem sanguis fluit, affectus varij conspiciuntur: siquidem fluit è vasibus apertis (per propria foramina & extemitates) ruptis (à soluente continuum) exesis ab humorum malitia & acrimonia, quibus ob id diuersa oportet adhibere auxilia. Quippe apertis adstringentia conmoda sunt, qualia hypocistis, malicorium, balaustium, plantago, oxycratum & vinum adstringens. Ruptis verò agglutinantia prosunt, ut thus, manna, mastix, & huius naturæ alia. At partibus exesis, ubi vniuersum corpus prius preueniatur, sarcotica & quæ obstruendi vim habent utilia sunt, veluti optimum alimentum, bolus Armenus, farina volatilis, amyrum, cucurbita sicca, pomphorix, pastillus Andronis & terra sigillata: prosunt etiam quæ crustam inducunt. Ceterum si sanguis fluat ut in facultatu longè aliter sistere oportet: nā si retentrix sanguinem sibi commissum liberè permittat fluere, ut in tumodicis intestinorū, hæmorrhoidum & yteri fluxibus non raro accidit, pars quæ impotentia laborat, ad antiquum temperamenti protinus reducenda est, mox quæ adstringendi vires habent sunt adhibenda (nisi fluxio adeo fuerit urgens quod ab eis incipere consulat) nam eisdem yti solis à principio minus est tutum, & magis

magis lauascit imbecilla facultas onere pressa. Contingit tamen aliquando fluxum concitari expellentis facultatis vitio & irritamento à molestante aliqua causa: cui mederi licet, expurgatis qui sanguinē fœdant humoribus, & obtusiori facta potentia, ac boni succi alimentis exhibitis. Cæterum si sanguifica iecoris facultas ita sit inualida, aut varijs excrementis impedita, quod aquosum, fœdum, aut fœculentum sanguinem generet, quem postea distribuens potentia, quia alitioni inutilis est, per inconsueta loca transmittit, ut in hepaticis dysenterijs, per intestina aut ventriculum, etiam si id aliquando accidat in his corporibus quæ plurimo sanguine abundant, quem utiliter tāquam superfluum expellit natura, huiusmodi corpora refrigerare modicē expedit, & sanguinē per interualla mittere, & exercitijs & ciborum parsimonia inanire: sicut in alijs quibus sanguifica potentia languida est, vniuersa medendi ratio sita est in reductione sanguificæ potentiae ad antiquum statum, temperata iecoris substantia per ea quæ calore nativo simili calciant, & quodammodo nativum humidum reficiunt.

Vomitus omnis (nisi ex nausearia satietaate pro Dēvomi dierit, aut iudicij ratione) protinus compescendus *tu com-* est, cum à morbosā procūt causī quæ facultatem expellentem lacescit, & retinentem infirmitat. Preternisso autem retētricis vitio, quia raro vomitum mouet citra irritamentum expellentis, ad cuius via reducere oportet vniuersam medendi rationem, si prius dixero, vt cunque sit, semper roborandam esse retentrīcem his quæ vel calciant & siccent, si frigiditas causa est, aut attemperant, si calor: ac vltimō his quæ eius munus adimpleat adstringēdo

Q & com-

Institutionum Medicinalium

& comprimēdo, quo minus liberè permittatur abire alimentum expulsum vi & efficacia expellentis potentia. Verū si expellens hęc concitata appa-ruerit, compescere eius impetum oportet iuxta ir-ritamenti causam, quæ duplex existit: nam aut pro-diit ab acriori & immodico ventriculi sensu, aut ab humore & substantia aliqua quæ obruat pondere, aut qualitate molester, vel vlcere aliquo intus exci-tet potentiam. In primo autem causarum genere cu-randi ratio docei aut sensum obtundere his quæ mucilaginosa, pinguia & temperata sint, vel tepida, quæ licet vomitum quandoq; efficiat, in hac tamen causa compescunt, sensus quodammodo reuisione: in quo casu aliquando coginiur ad narcotica deuenire. At cùm humores vitiosi id efficiunt, vt Gal-en. statuit, quia aut irritant, aut tunicis adhærent, aut infarti sunt in ventricali tunicis (licet infarti humores potius nauseam inanem quam vomitum videantur posse concitare: nam de humoribus qui ibidem morantur intelligere licet nauseam conci-tare, non de aliamentis) quibus quod in ventre con-tinetur facile ejicitur. Vbicunque tamen sint, vel in hoc vel in illo loco, uno è duobus modis conge-runtur: nimirum aut paulatina generatione & cor-ruptione in ventriculo, aut transmissione à toto corpore vel aliqua eius parte. Quaratione sisten-di methodus in his qui a iude transmi-tuntur, modò ipsi euomantur, modò secum ferant aliemen-tum, per ea auxilia quæ vires habent euacuandi prædictos succos, & diuertendi ad alias partes, rem agere oportet, quo natura diffuscat ad eam par-te mittere, & auaria reddatur, quo minus ad ven-trem pellat. Prouidendum insuper est ne totum cor-pus aut pars quæ affecta sit, hos succos deinceps am-plius

Libr. I de
loc. affec.
€.4.

plius generet, curato totis aut partis affectu. Quod si futuros præcaueris, aut purgaueris, & distractaveris, ad eos qui supersunt in vetriculo deuenies, frequenter & paulatim purgans, aut, quod tunius est, roborato ventriculo, & discussis reliquijs, his quæ modico calore natuum augeant aut iuuent, & coctionem moliantur aut discussionem. Verum si in ventriculo humor generetur & corrumpatur, & in eius fundo innater, medendi ratio docet, nullo adhibito humoris apparatu, per ulteriore vomitum esse euacuandum, ni oris ventriculi sensibilitas id prohibuerit: quo tempore medicamentis per internam aluum purgantibus tunius educeatur. Quod si humores vitiosi ventriculi tunicis adhaerent, eadem medendi ratio docet, præmissa præparatione per inscindentia & attenuantia, eos per vomitum etiam ducere, per interualla facta præparatione, & vomitione: quod si acres aut falsi, vel mordaces fuerint, retusa & frænata eorūpi qualitate, vel vomendo expelles, vel per infernālē aluum purgabis, quod his humoribus proprior sit, quorum nec minuta, nec copiosa fiat purgatio, sed medicis, qua præcauemus ne intestina ocyssimè exulceremur. Verum si infarti fuerint in ventriculi tunicis, paulatim purgationibus, & diutina præparatione facilius educes.

Fluit autem aliquando præter naturā & modum De urinæ fluo
ne fluo
rc.
urina ipsa: idque vel confertim, vt in diabetica
passione, aut leniter & guttatum, vt in urinæ stilli-
cidio. At si urina confertim fluat, quod ob re-
num caliditatem, qua auidius à venis & toto cor-
pore trahunt, frequentius contingit, his quæ
trahentem potentiam hebetiorem reddant, ut
Q² oportet,

Institutionum Medicinalium

oportet, qualia sunt quæ refrigerando attemperant & humectant ipsorum renum substantiam, cauentes adstringentia, donec constet retentricem quoque in consensum traditam esse: nam tunc admiscere oportet quæ modicé adstringant, & retentricem aut eius actum roborent. Verum si infartus fuerit humor aliquis acris, mordax & calidus in renum corpore (nam in cavitate si præfuerisset, abluereatur utique vrina fluente) aut vasorum tunicis fluorem concitauerit, expurgato priùs corpore, ne amplius ad renes deferratur, diureticis oportet vii, ut expurgato per propriam regionem humore nocuo, renes minus ab acrimoniam molestentur & minus attrahant. Diureticaverò ea solūm esse oportet, quæ copiosum humorem, aquosumque generare habent: qualia sunt semina melonum, plantaginis & huiusmodi: quippe hæc & purgare & attemperare nata sunt. Profsunt & aquarunt dulcium balnea, & inunctiones ex rosaceo & refrigerante Galeni, & usus etiam syrapi portulacæ & similium. At vrinæ fluor qui guttatum fit, non semper cohendus est, sed cum aut vitio fit facultatis retentricis quæ musculum vesicæ claudit, aut vitio ipsius substantiæ vrinæ, quæ vesicam vellicat atque exulcerat, aut ulcerata irritat. Nam cum pus à renibus aut aliunde per vesicam expurgatur, cohiberi minimè desiderat: quinimo acrimonia retundenda est, & pus expurgandum. Verum si vitio musculi fluat vrina, præmissis purgantibus medicamentis, ea quæ vesicæ collum calcare & exsiccare possint, adhibenda sunt. Quibus præmissis, ex re facies si addideris ea quæ adstringendi & comprimendi vires habeant, & musculi

culi officium operentur. Quòd si vitio humoris aut alterius substantiæ quæ deferatur cum vrina aut per venas defluat , affectus suboriatur , cādem prorsus vtēris methodo , & eisdem præsidijs ,quæ in copioso mictu proficua esse diximus , exceptis diureticis ,nisi eis admiscueris quæ lenem & mulcebrem vrinam reddere possint.

Fluit semen morbosè , aut quia foramen à cau-
sa præter naturam patentius fuit , aut pulso se-
mine à re quæ expellentem excitat , vel à cau-
sis etiam præter naturam , sed more etiam natu-
rali . In prima causa coniçere licet , aut con-
tetricem seminis facultatem languidam esse , &
foramen ob id laxius sieri , & semen liberè de-
fluere ,aut expellentem concitatam à realiqua mor-
dente & irritante . Quòd si fuerit , acrimo-
niam seminis temperabis post corporis leueim pur-
gationem , balneis & inunctionibus refrigeran-
tibus , tandem alimentis boni succi & tempe-
ratis . At si retentricis vitio fiat (quod noscetis ,
quia semen semper & guttatim effluit : nam ex-
pellente irritata , non nisi per interualla) tempe-
rabis partes iuxta excessum rei quæ facultatem
irritat , & coctionem iuuabis his quæ modicè cal-
facent & adstringant , quo semine facto cras-
siore difficultius fluat : sic alimenta crassioris sub-
stantiæ ex v̄su erunt , & vias etiam eisdem ad-
stringentibus coarctabis . Verūm si more natu-
rali , intento pene , semen exiliat , vt conuulsio-
nibus illius partis , vel in affectionibus conuul-
sionis similibus non raro contingit : tunc quidem
ea quæ calfaciendi , emolliendi & flatus discutien-

De semi-
nis flu-
xu

Institutionum Medicinalium

di vires habent, adhibenda sunt, vt penis ad pristinum statum redeat flatu resoluto, & foramen concidat & claudatur. Cauendumque in his à frigidis, vt quæ & flatus incrassent, & forsan plures eleuent.

De albo vteri fluxu.

In albis vteri purgamentis considerabit Medicus prudens, decadat ne fluxus à toto corpore, vel ab aliqua eius signatim parte, aut solum ab utero ipso. Quippe si totius corporis consensu in alio oriatur (quod noscet quia varij coloris sunt quæ fleunt) tunc quidē medendi ratio consultit, vnuer sum corpus purgare eo medicamento quod humorū redundantē respondeat. Quo facto humorū reliquias aliò transferes, bañneis sulphureis, sudoribus & crebris purgationibus, ex rhabarbaro aut agarico, cauens adstringentia medicamenta. Quod si ventriculi vitio succrescat, vomitibus cum purgabis & etiam reuelles tutius, quam quouis alio praesidio: prodest & usus rhabarbari masticati non parum. Verum si à capite decidat, præmissa purgatione totius, praesidium est efficacissimum fontanellam brachijs assigere: si alius, crebris ut ex pilulis purgationibus. Cæterum si ruber fuerit fluxus, & iecoris vitio constituerit prodire, sanguine misso ex cubiti media vena, & postiunodum ex salutella, diluto rhabarbari & syrupo cichorij uteris per aliquod tempus quarto quoque die. At cum solius uteri occasione fluxus prodierit, tunc quidem considerare operet, ex ulcere, an ex impotentia contentricis, vel defectu coctoriæ facultatis malum orietur: nam si primum, ulceri prouidendum est: si vero laxitas ex partu sopererit, vel defectu contentricis pro-

prodeat, exsiccare & comprimere vunctionibus fomentis & emplastris partes illas oportet, sicut calfacere & calorem innatum iuuare, coctione deficiente: omnibus tamen administrata ea victus & vitæ institutione, quæ humores familiares potius quam excrementa possit progignere: cauentes maxime adstringentia, si acris & mordax fuerit fluxio, ne incurabiliâ ulcera succrescant.

Fluxum ventris varietas & confusio, non solum ex causæ diuersitate, verum & nominum confusione prodit. Verum cum Galen. dixerit traditionem artis morborum curaticis per morbo-
ru[m] nomina nunquam ambiguitatibus carere, cum prælia ex institutio per morborum differentias à generali-
simo ad insimas species deduxta sit, & certa & suffi-
cientissima, ob id divisione fluxus facta, methodum sistendi particularem tradere visum fuit. Di-
uiserunt antiquiores Medici ventris omnem flu-
xum, in lienteriam, diarrhoeam, & dysenteriam. Sed speciali divisione, lienteriam, quo plerumque
vitio sit ventriculi, in varias dissecuerunt sortes:
nam aut alimenta in ventre non copciuntur, sed immutata manent, & appellatur specialiter lien-
teria: aut diminutè copciuntur, & improbè di-
stribuantur, ob depravatam conditionem quam
vitio complectentis contrarerunt, & appellatur hic fluxus cæliacus: aut præcè conficit alimenta, id-
que aut mutans in nidorosam, aut in acidam natu-
ram, & tunc reducuntur hi fluxus ad diarrhoeam:
ultimò ex ventriculo chylosi fluxus prodeunt, sed
potius mæseraicarum aut iecoris vitio. Diar-
rhœæ vero species tot sunt, quot humorum sortes:
nam vel biliosa est, pituitosa aut melancholica, aut

Institutionum Medicinalium

omnium vel plurium: idque aut his fluentibus in propria forma, aut mutata mille modis, vel à varijs partibus prodiens: quæ causa fuit, ut Barbari mille nomina huic fluxionum sorti imposuerint. Dysenteria verò quæ nil aliud est quam diarrhoea ad maiorem feritatem ducta, ex ulceratione & terminibus intestinorum nomen sumpfit, & fluxus est cuiusvis prædictorum humorum cum intestinorum abrasione. Nec minoris est momenti fluxus quem Medici choleram appellant, quod per vtramque partem se exoneret natura, à crudis aut biliosis succis acrioribus vel copiosis ortus.

Methodus verò via & ratio sedandi hos fluxus, initio sumpto à ventriculi vitijs, sita est in consideratione causarum à quibus concitantur. Quippe aut vitio sunt retentricis, quæ nequit quantum par est continere alimentum, sed cuius actui expultricis cedit: aut fit ex impotentia concoctricis facultatis, aut irritamento expellentis potentiae. Cum hoc tamen cæliaca affectio concausam aliâ prærequirit, numerum complectentis facultatis impotentiam, quæ nequit vndeque amplexari alimentum. Quibus suppositionis, facile est nosse languorem concentricis, quod paulatim exeat immutatum alimentum: tunc quidem huic medeberis per siccantia (quia humiditas plerunque causa est) & adstringentia pharmaca: expellentis verò vitium nosces, quod protinus à cibo ingesta excernit, aut si postea, subito & confertim: quo tempore humorum acrimoniam retundes, purgato prius corpore, & frænabis corrupti alimenti aut virosi humoris qualitatem, aut si vlcus prefuerit, ipsum curabis, & omni arte prouidebis

ver-

ventriculo intus & extra: in illis duobus casibus his quæ calfaciant, exsiccent, & modicè adstringant, & in hoc purgatione & omni attemperamenti genere. Si verò vitio fuerit concoctoriae facultatis, his quæ calfacere & roborare ipsum ventrem possint, vt èris. Verùm quia non rarò ex calida causa innatū calorem dissipante ventrem imbecillitari comperimus, tunc profectò temperatis vt èris auxilijs, & alimentis reficere studebis.

At in diarrhœa humores fluunt, tūm in propria forma, tūm verò corrupti & in naturam excrementorum conuersi: præterea nonnunquam ex vniuerso corpore, aut ex capite, iecore, splene aut ventriculo. Quæ verò fluxiones à toto corpore dilabuntur, tribus modis fieri contingit: nam primo fluunt quia copia aut vitio naturam lacescunt ad pulsū: secundo quia humores tanquam inutiles renuit natura, aut præ imbecillitate defluere permittit: tertio quia vniuersum corpus colliquatur. Quæ primo modo fiunt fluxiones, cùm natura se se à vitio vel à copia exoneret, cohibendæ non sunt, nisi vel vires periclitari comperiamus, vel aliquid ex utili materia excernatur: tunc quidem compesces, & si quid superest aliò transferes, quo modestius fiat euacuatio. Verùm si natura lenè moueatur, verés ne diuturnitate fluxus corpus contabescat, & quia vacuatio non respondet præexistenti vitio, tunc quidem expurganti medicamento quod naturæ humoris respondeat, purgabis. Quod si impetuose fluant humores, verentes accidentium pericula, necesse erit tunc fluxum moderari, & corpus ac humores ipsos huic muneri preparare, his quæ ipsos attenuerent, vias modicè coarctent, tūm per alimenta,

Q. 125

Institutionum Medicinalium

tum per medicamenta quæ moderatè adstringant. At cùm periculum vrget ex immodica fluxione, paulò diligenter oportet compescere, & humores ipsos diuertere ad alias partes, quo minus dissipetur natura fluxus vehementia. Quod vomitibus, frictionibus, cucurbitis & consimilibus, tum etiam serapis & potionibus incrassanib[us] efficies, & vias etiam angustiores reddes. Quibus autem id fieri debeat non est præsentis instituti: præterquam quòd reperies eorum copiam libr. de recto præsidiorum vnu. Quòd si præ imbecillitate, & quòd ipsi inutiles sint, natura vel renuat vel nequeat continere, tunc quidem alimentis optimi & facilis nutrimenti curabis ut alios præstantiores conficiat natura: nam cùm ex hac causa prodit, inutiles sunt veteriores purgationes, & reliqua artis auxilia, præter ea quæ vim habent roborandi cognita imbecillitat[is] causa: nam inxta ipsam alterandum fore consulit rei natura. Quo sit, vt plures qui ex calore languent, solo frigidæ potu, aut edulis frigidis, & reliquo viuæ instituto ad frigidum mutato, sanitati fuerint restituti: sicut qui præ frigiditate imbecilles sunt, calorificis & vino veiuistore, & alimentis quæ aq[ua]m conuantur, in pristinum statum reducti fuerint. Consimili ratione balnea & omne humectantium genus proficuum efficitur his qui ex siccitate sic laborant: tandem omne auxilium hecticis necessarium eis erit ex vnu. Quòd si fluxus ex colliquantum genere fuerit, ad ea que sudoribus diaphoreticis utilia esse scripsimus, configues. Interim tamen scito, vniuersam sistendi rationem sicuti esse in his quæ calorem extinguunt, & humoris acrimoniam retundunt ac leniunt, & ultimò in his,

his, quæ quod ex corpore contabefactum est, re-nutritione reparent, dummodo medicamenta aut alimenta tantum sint frigida, quantum facultas alia aut calor innatus ferre possint.

Inter membra, quorum consensu sëpe alius fluit, vnum est caput, ex cuius distemperie frigida, quæ crudos conficiat humores, aut calida, quæ eosdem tenuet & liquet, frequenter is affectus suboritur, ac nonnunquam ex falsugino-sis & acribus succis ab eâdem parte delapsis. Verùm vt cunque sit, sistendi huiusmodi fluxus ratio tribus modis venit exercenda: primus docet præmissa capitis purgatione ipsum robora-re, ne amplius eosdem humores gignat, vt prima huius capitris parte dictum est, de fluxione ad thoracem dilabente: secundus docet humores iam genitos per alias regiones diuertere, per nares nimirum, palatum & per fontanellas bra-chijs affixas, aut per scionem, vel bregmam ferro carenti modicè quibusdam partibus vsto, priùs tamen tentatis auxilijs quæ vim habeant resoluendi & discutiendi humorum reliquias: tertius verò per ea quæ ventriculum respiciant, euacuato priùs per vomitum humore quem ex capite suscepserat, aut per expurgantia me-dicamenta, & adhibitus quæ roborent, ne an-plius facile susceptet. Varijs etiam modis & rationibus aliis fluere assuefecit vitio nutri-mentalium membrorum, iùm per eorum obstru-ctionem, aut viarum ad ipsa deuenientium, iùm propter eorundem intemperiens ac impotentiam. Sic profectò chylosa excietio, recur non recipere chylum

Institutionum Medicinalium

chylum ob meseraicarum obstructionem monstrat: item melancholicus fluxus splenem non recipere melancholiam ostendit. Quibus medeberis sola viarum referatione, ut institutione de aperientibus latius scriptum reperies. Quod si dysenteria ex aliquo ex predictis fluxibus suboriatur, eadem sistendi ratio exercenda venit, ac in diarrhoea, quatenus ad humorum copiam aut malitiam attinet: verum intestina praecauere oportet clysternatis & alijs quae obducendi interius intestina vim habeant, ut cap. proprio leges: secus tamen res se habet, si medicamento superpurgationem efficiente concitetur. Reliqua cap. de clysterium usu reperies.

4. **Acute.** - Quod si per utramque aluum humores impetu ruant (quem affectum Medici cholera appellant) praeter flatum, ut Hippocrates statut, eum affectum generant humores crudi & biliosi: quo tempore triplex insurgit medendi ratio. Namque tamen solet esse effrænis & copiosa in hoc affectu euacuatio, quod solùm liceat compressioni intendere, ac virtuti prouidere, attemporato interim humore, & compresa utraque alio, admistis quae leniendi vires habent, ut potus est aquæ feruentis, amyolum, ptyhana, & eius census alia. Secunda sistendi ratio stat in materię fluentis correctione, citra ullam tamen adstrictionem, dum necessitas non fuerit plurimum virgens: cæterum si lentè moueatur natura, tertia methodus docet ipsius motum iuuare per eam partem per quam ipsa audiens repit. Ob id igitur in ciborum cruditatibus vomitum mouere expediet, ac nunquam expurgare: in alijs vero humoribus tantum moderatè per infernali alium ducere: in utrisque tamen per mitissima medicamenta, & ea quae roboran-

roborandi etiam vires habeant: post quæ adstrin-
gentia & robورantia adhibenda sunt.

D E S V P P R E S S A R V M
fluxionum reuocatione

I N S T I T U T I O X V .



A N T I Momenti est consuetudo, ut dum corpus laborat, seruari haud secus quam ipsa natura desidereret, alioqui certissimum est corpus longè deterius se habere. Nam præcaut aliquando corpus à varijs affectionibus, vbi vni aut alteri vacuationi assuescit: qua suppressa (quod alijs foret proficuum) grauissima solent succrescere mala. Quapropter sciendum est, quando eam vacuationem licet suppressare, & ruris quando suppressam iterum excitare, & quibus præfidijs.

Fluxionibus quæ intra corpus manent, & ad partes internas dilabuntur, quantumvis facilius assuetcat natura, nusquam ex vsu est suppressio: quinimo eade per aliā partē euocare tutius erit, ad extimas præcipue regiones: sic vomitibus, purgationibus, balneis, fontanellis aut seronibus plerumque eas reuocamus: secus tamen res se habet in fluxibus qui sunt per varices, & qui ad articulos prolabuntur, quos

*De inter-
nis flu-
xionib⁹
suppres-
sis.*

quos profecto omnino suppriui periculum est, nam s^ep^e in maiora mala prorumpunt. Quapropter calorificis lauacris, frictionibus illius partis vbi prae fuerant varices, iterum eas reuocare oportebit: quod si non profuerit, prope ipsas fontanel-lam aperies, quo facilius euocetur materia ad consuetas partes, deseratque quas adierat. Eodem prorsus modo rem agere oportet, vbi podagrī affectus consueti ex toto delituerunt: vereri enim oportet, ne ad aliquod membrum princeps fiat commeatus humoris, longè maius malum facturū. Quamobrem eisdem praesidijs reuocare oportet, siue alter morbus praesens sit, siue ipsum vereamur.

Defup- Ex euacuationibus quæ extra corpus prorumpunt, necessum est scire, quasdam esse quibus tantum abest ut natura assuescat, quod mox à prin-
pressio- ne exter cipio eandem & totum corporis habitum depo-narū flu pulentur, veluti sunt diaphoretici sudores, & ex-
xionū. cretiones quæ ex colliquatione prodeunt, & plu-
res aliae quæ subito & confertim fiunt, & nullo modo naturam assuescere permittunt, sed subita mutatione ipsam perdunt. Quasdam vero esse qui-
bus assuescere est impossibile, etiam si eas natu-
ra diu sustinuerit, quia in nullum aliud habitum eam mutare possunt, sed insitum potius nat^e sunt depascere: veluti dysenteria, sanguinis fluxus ex thorace, & huius census pleraque. Alias rur-sus evidenter conspicimus quibus viro assuescit natura: quo sit ut nullis cedat praesidijs, sed aduersus omne auxilium habitum acquirat. Quæ rursus sunt in dupli differentia, nam quædam et si s^ep^e & vtiliter primo accessu eis assuescat na-tura,

tura, s^epius tamen fallunt, & in perniciem labo-
rantes deducunt, veluti alui deie^ctio, & vomitus
ex sanguine, vrinæ fluor, aut sanguinis mi^cetus,
quibus sa^pe vitur natura cum conferentia &
tolerantia: præsertim in his, quibus aut mem-
brum aliquod est m^utilatum, aut iecur supra mo-
dum calidum & sanguificum. A quibus etiam va-
cuacionibus se se temporis tractu retrahit natura,
non minori animantis commodo quādum flue-
bant. Quas equidem nec supprimere, dum habi-
tualiter prodeunt, neque vsquam prouocare,
etiam si præter rationem & proprium habitum
supprimantur, expedit, neque adhuc morbis ex
earum suppressione concitatis. Quanobrem tu-
tius est, alijs euacuationibus earum defectus sup-
plere. Quedam vltimò ex his sunt, quibus tam
auide natura assuescit, vt nusquam ab eis liceat
subsistere, citra maximum animantis discriminem,
veluti sunt vomitus, & alui fluxus moderati, aut
sanguinis per nates, hæmorrhoides & vteri
fluxus, neenon ad articulos. Item euacuatio-
nes quæ sunt per fistulas, aut manantia vlcera, &
crebra item spuitio, veluti narium emunctio. Ha-
bent quidem omnes hę vacuationes hoc proprium
& peculiare, quod vbi earum semel natura habitum
contraxerit, amittere amplius nequit, nisi aut
ætate mutata, aut morbo oppressa, aut alterius af-
fectus præsaga, aut vltimò alia vacuatione distra-
cta. Quo sit, vt ætatis mutatione, natura ipsa
alium contrahat habitum, qui licet præcedenti
sit contrarius aut diuersus, non minus salu-
bris efficitur, quād is quem ætas deuastau-
rat: quo tempore neque cundem excitare fluxum,
neque

Institutionum Medicinalium

neque alio eius defectum supplere citra maximum
discrimen poteris : quemadmodum videre licet in
fœminis quibus præ senio menstrua defecere, & in
iuuenibus quibus aliis in senectute desiccatur, &
in alijs qui præ corporis athletico habitu & iuuen-
tute statutis temporibus sanguinem è naribus fun-
dunt, quibus ubi etas aut corporis habitus conse-
nuit aut mutatur, nihil amplius fluit citra manife-
stum dampnum. Habent etiam id proprium hæ con-
suetæ vacuationes, nimis quod natura, cum iux-
ta proprias leges se habet, quod sibi in tempus spe-
rat fore molestum, ingenitis vacuationibus propel-
lit, idque non ex consuetudine sed ex lege. Sic con-
suetudo iuendæ naturæ gratia eandem seruat le-
gem, & id quod semel esse naturæ usui cognouit,
tuetur: qua ratione cum ab incepto naturæ subsi-
dio inuita subsistit, facilè in grauissimos morbos
prorumpit, quales suppressæ vacuationes moliri
solent: quas etiam iterum reuocare ipsa medendi
ars manifestè docet, tūm præcautionis, tūm verò
curationis gratia. Supersedit enim natura à consue-
ta vacuatione, saepè ab alia vacuatione distracta,
quod solet illi esse grauus: tūm quia distracta magis
lauascit, tūm verò quia ab insuetis vehemen-
tiis lreditur: tum etiam quia raro impletur defec-
tus consuetæ euacuationis per insuetas citra no-
num dampnum (saltē donec assuescat) qua ratione
expedit assuetam tueri, nisi aut plurimum fuerit
molesta, aut superueniens admodum proficia: quo
tempore probare & tueri mutationem oportet. Ve-
rūm cum suppressio non ob distractionem, neque
ob etatis mutationem, sed aut naturæ lapsu, aut no-
ui fluxus aduentu contigerit, quas ultimo loco di-
ximus vacuationes excitare, dum supprimuntur

omn

omni negotio expedit, ni grauius aliquod malum placuerit expectare. Quapropter, quid in singulis excitandis dum supprimuntur oporteat obseruare, expendendum diligenter est.

Curat natura quam plurimos morbos, vbi semel vomitibus assuefit, quos cum imbecilla aut ne-
qui amplius mouere, aut errans aliò humorem træf-
fert, aut denique in particulam, cui vomitus præsi-
dium erat, iterum transmittit, aut ibidem immora-
re sinit, tuc profecto omni arte, presentim qua hora
assueverat natura, iterum excitare oportet. Quid
cum acciderit, expulsive imbecilla reddita (quod
hosces ex ventriculi grauitate, leui nausea & cibi
fastidio) eum excitabis ijs tantum quæ acrimoniam
interant, quale est vinum mellitum cum semine ra-
phani, erucæ aut nasturtij feruefactum, aut deco-
ctum earundem rerum cum aceto & melle, aut oxi-
mellite simplici vel Icyllico. Caueret aman opor-
tet ab his quæ ven' riculum laxant, qualia sunt tepi-
da & pinguosa, satius enim est, ea quæ per vomitum
purgant porrigerere. Itaque vomitibus per interual-
la excutatis, naturam ad assueta trahere oportet:
quod si non profuerit, aliter corpus purgare stude-
bis, antequam grauius malum subsequatur.

Supprimitur alius uno è duobus modis, aut naturalibus nimirum extremitis siccioribus factis,
& ob id plus iuslo retentis, ut in conualecentibus
& diurno morbo confectis, & in his etiam qui su-
permodum habent tecur calidum, & siccum, aut in
his qui plurimum se exercuerunt, vel hæmoirho-
des patiuntur. Secundo & posteriori modo a lius sup-
primitur & à consuetudine subsistit, cum fluida
erat & humecta, & ob id corpus valetudine frueba-
tur.

Institutionum Medicinalium

tur, nunc vero periclitatur aut patitur aliquem affectum ex praedicta suppressione contractum. Primum suppressionem curare docuimus institutione de vsu clysterium: haec vero in qua aluns arescit iecoris calore ac siccitate, humectatione & modico refrigerio opus habet, admistis tamen quae hebetio redendant tractricem iecoris facultatem, qualia sunt quae ex mucilaginibus seminum & radicum, ac ex succo porculace & maluarum conficiuntur. Quo sit ut sic affectis, aquæ potus paulò copiosior commodissimus sit, vt Galen. placuit: quem quoque usum præstant fomenta & inunctiones consimiles ex butyro & oleo amygdalarum dulcium. Prodest & syrpus ex decocto prunorum, fisticorum, violarum & maluarum, addita mucagine seminis cytoniorum & psyllij cum saccharo confectus, cuius. 3. iiiij. sumat laborans cum it dormitum. Cæterum cum aliuis quae immodecum fluere solita erat, supprimitur, non est ita facile mouendi methodum inuenire: inspicere tamen in hac re imprimis oportet membra naturam, cuius vitia præcauere aut curare suppressa fluxio solebat: humoris insuper suppressi ideam, ac ultimò fluendi modum & tempus, ut sumpta ab his omnibus ratione, naturæ defectum, alio medicamentis excitata, supplere possumus. Itaque si fluxio per interualla repetebat, per eadem necessum est purgationem instituere, seruatis naturæ modo & ordine, & purgatis humoribus per ea medicamenta quae è directo ipsis respondeant. Ultimò quidem id fieri necessum est, inspecta natura partis, cuius vitia suppressa fluxio corrigeare ac præcauere solita erat. Nam si caput fuerit, quae caput è directo expurgent sunt adhibenda, ac simili ratione iuxta omnium aliarum partium naturam.

turam, ut purgantibus illis medicamentis, & quod naturæ deest, adimpleatur, & consueta vacuatio ad similem redigatur consuetudinem. Verum si natura singulis diebus frequentior fuerit vacuatio-
nibus, dum suppressimur, non per expurgantia medi-
camenta, nec per interualla negotium fieri oper-
tet, sed per ea quæ in aluum injiciuntur, admistis
semper quæ ad humoris ideam & membra affecti
naturam respectum habeant: quæ quidem tertio
quoque die sunt infundenda. At si affectio quæ
ex huiusmodi suppressione suboritur grauor sue-
rit, uno quoque die (præsertim præmissa pleniori
euacuatione) euacuabis per expurgans medicamen-
tum, quod ei quod præter consuetudinem reten-
tum est, sit satis: nam in frequeti alii fluxu suppres-
so plenioribus purgationibus se fuisse ut turum non
est, sed leuiori pharmaco, & admistis quæ lubricam
etiam aluum reddant.

Quam sit difficile affuetum sanguinis fluxum, **D**e **suppa**
vel compescere, vel suppressum excitare, nemo est
qui ambigat, eorum qui nouerint innumera mala **preßio-**
naturam pie cauere & curare, sanguine ex naribus **ne san-**
profuso, & rursus non minus grauia pati ipso fluere **guinis**
te, ut statuerat Hippoc. si quidem & malum corpo- **narium:**
ris habitum, & ventris tensionem, & improsperam **4. Aphor.**
in vetriculo alimentorum confectionem subsequi **32.**
evidenterissimum est. Cum hoc tamen in re tam du-
bia alterum duorum utilissimum fore existim. Primum, quod si plurimi fluxionibus narium
natura affueverit, quibus se se tuerit ab alijs af-
fectibus, aut alios persanat, ubi periculum est,
ne fluxibus in totum suppressis ob aliquam mor-
bosam causam iterum redcant ijdem affectus,

Institutionum Medicinalium

aut alij grauiores, mihi non est dubium, quin huiusmodi fluxum excitare, sit quoquis alio praesidio commodius: cæterum non probo ad eandem consuetudinem naturam reducere: siquidem sanguinolenta haec consuetudo grauissima est: laudo tamen per nares, qua parte solebat, sanguinem fundere, quia eandem regionem probauerat tanquam commodiorem consuetudine natura. Nec displicet si malum quod ex suppressione subsequitur graue fuerit, & congestio sanguinis grandior, prius venas brachij inscindere, donec malum immunuatur: postea vero per consuetam regionem quod superest demes. Quapropter oportet per interualla, maiora quam consuetudo seruauerat, sanguinem mittere: quod nequaquam debet fieri per ea auxilia, quæ reserationem moliantur, ne difficulter deinceps fisti possit: tutius enim erit venulas scindere, quia facilius ipso sanguine obturatur foramen. Denique probo per eam partem consuetudini morem gere-re, non tamen ad eam naturam reuocare. Secundum quod mihi in hac re tutissimum & utilissimum videtur est, hanc evacuationem, non alia specie diuersa supplere, sed (ut dictum est) eodem sanguine per aliam partem missa, satisfacere etiam consuetudini aliquo modo per eandem partem ipso extracto.

De sup- Non est mihi in animo menstrualem purgationem suppressam aut diminutam reuocare, quippe
pressio- id non est presentis instituti: solum enim memine-
ne flu- ro eius profusionis, quæ ordinatis aut inordinatis
xionum, temporibus excernitur, qua natura foeminas san-
vteri. guine abundantes, ut cunque sit, à mille morborum fortibus imunes reddit, & qua etiam suppressa, premun-

premuntur varijs & difficillimis morbis. In qua re statuendum est, posse suppleri cōsuetudinem provocato menstruali fluxu, licet non illis temporibus quibus assueuerat natura, sed quibus secundūm naturae leges solebat & tenebatur singulis mensibus expurgari: non tamen æquali quantitate sanguinis prouocata, ei qua assueuerat natura: quippe id periculosum esset præsidijs temere. Denique in suppressione huius fluxionis immodicæ eandem prouocare opus est, ne naturę subito & contrario motu in manus malum prorumpat: cæterum non pari quantitate, sed longè minori, ne violenter irritata, dum velit, quiescere nequeat. Verùm quia mestrualis quantitas, quam loco suppressæ & consuetæ reuocare intendimus, neque suppressioni, neque morbis imminentibus aut præsentibus satisfacere vallet, neque rursus semper idoneum est prouocandi tempus (licet in hoc casu non liceat id tempus expectare sed menstruale) tantum sanguinem ob id extrahere per venam oportet, quantum vtrisq; sat sit, vtentes victu mediocrī, iecoris at' emperamento, exercitio sufficieni, vniuersalibus frictionibus, quibus sanguis etiam immixtatur, ac periculosa illa consuetudo paulatim immutetur. Verùm quia sæpe contingit non posse iterum, neque fluere, neq; mestrualem vacuationem prouocare, tutissimum est consilium, domi aut mala vrgent aut imminent, veniam tali per interualla incindere, aut eam quæ in curuatura cruris est, saltem bis aut ter in anno: vel ultimò fontanellas in cruribus aperire, quæ quotidiano fluore hæc mala præcaueant: sic & hemorrhoides prouocare præstantissimum est præsidium.

R. 3

Nulli

Institutionum Medicinalium

De sup- Nulli profectō vacuanionum sorti frequentius & audiūs assuescit natura, quām ei quē per hēmor-
preßio = rhoides fit, quōd inouerit plures mōrbos frēnare
ne hēmo eis fluētibus: quod eleganti oratione dixerat Hipp.
rrhoi = Sanguifluis, inquit, venis laborantes, neque mōrbo
dum. la-erali, neque pulmonia, neq; fagedena, neq; inflā-
6. popu- matiunculis, quæ dothienes vocantur, neq; his qui
parte. terebinthi, fortasse verō neq; lepris, fortasse neq;
tex. 36. alijs capiuntur. Quod si ita verum est, cōstat ratio-
ni esse consonum, ex earum suppressione eosdem
ontri affectus, & longē grauiores. In qua re sciendū
prīmō est, sanguifluas venas quæ ad anum terminan-
tūr, esse in dupli ci differētia: nam quēdam sunt
internæ & non apparentes, aliæ externe & prou-
nentes circa sedem. Internæ quidem extrema sunt
venarū, quæ ex vena portæ per intestina dissemi-
nantur; externe verō, propagines & extrema venæ
caue quæ in podicem desinunt. Quo sit, ut in affe-
ctibus qui ad hypochōdria pertinent, tumoribus ic-
oris, splenis & mesenterei, internarum venarū flu-
xus si suppressi sint, oporteat reuocare: in affe-
ctibus verō tenim, vteri, do-si, coxendicū, capitis, &
omnibus quæ ex vena caua principium suscep-
tant, externarum suppressionem protinus reuocabis: ex
quo constat, non licere cuius pro arbitrio has aut
illas prouocare. In prouocatione autē prīmū ob-
seruare oportet, ne dolentes, aut plurimū sumētes
euocatorijs & calorificis auxilijs eas excitemus, sed
priūs sedādi dolore. Item nec protinus incipiendū
est ab acribus & vehementer aperientibus, sed præ-
misso aliquo evaporāte auxilio, quod vim quoq; ha-
beat sedādi dolorē, postmodū eas aperire. Præstat
hiçc vsum decoctū matricarię, fœnugrēci, capillo-
rum yeneris, violarū & seminis linii: ex quibus etiam
facto

facto sacculo, & parti apposito eas excitabis asperis
lineis, aut sicut neis folijs perficata parte, vel hiru-
dinibus appositis: nam scalpello partem perforare
non probo, & cum fluere coeperint, tantum sanguinis
extraheas, quatum par fuerit. Quod si nimis cæcè fue-
rint, suppositorijs acrioribus eas excitabis: & si in-
ternæ sint, enematis etiam que vim habeant irritā-
dū: cui præsidio adde fomenta & infusiones ex præ-
dictis rebus, additis acrioribus. Postea verò cū flue-
re coeperint, cauendum est ne continuò & confer-
tim fluant, sed antea quām postremū sat, cessandū:
nā sepe in immoderantiā perniciosa deuenire so-
let huiusmodi fluxus: sed per interualla & vices per-
mitendum est fluere, quantum consuetudine reuo-
candæ sat fuerit. Cæterum quia eas hac lege exci-
tare non semper tutum est, ob id tutius mihi vide-
tur, ineunte vere, per hirudines ab eis sanguinem
detrahere, aut venas tali inscindere, vel ex vena ma-
nus sinistre aut dextre, iuxta affectus indigentiam,
sanguinis modicum educere. Sic in lōgis affectio-
nibus quæ ex earum suppressione prodierunt, vi-
lissimum est per fontanellam alteri crurum affixā
earum necessitatein & consuetudinem adimplere.

Evidentissimum est ex fistulis & manantibus De sup-
viceribus, quædam talia esse ex vi & malitia hu-
morum, quibus mederi protinus decet, antequam preßis
aut callum contrahant, aut exedentia fiant. Rursus fistulis
alii manaria sunt ex naturæ vsu ac instituto, quibus vle-
ipsa assuescit & vtitur ad excernendū quod in toto ribus.
corpo aut aliqua eius parte præter naturā accres-
cit. Quod cū Medicus cognouerit, tenetur maxima
diligentia consolidationē impedire, ac si suppressa
fuerint, protinus aperire: nam id quoq; cōsuluerat

Institutionum Medicinalium

Hipp. dicens. Et quicunque alij abscessus aut fistulae aliorum remedia sunt. Quo sit, ut cum recluduntur, rimari oportet, qua nam valetudine corpus fruatur, & an morbus aliquis succrescat: quod si primo accessu videantur inculpatè vivere, cauendum est ne subito casu aliquod grauius malum suboriantur. Quapropter eo vitæ instituto vtendū est, quod gignendis excrementis aut prauis succis ineptissimum sit, quo maximè eriam corpus à plenitudine tueatur. Itaque cum fictitia quadam carne intrepidè & præter rationem huiusmodi vleera & fistulæ videantur sanescere, & fluxiones cessare, eas protinus per eadem loca excitandas fore consultit medendi ratio, adhibitis medicamentis erodētibus, & quæ exulcerandi vim obtineant. Quod sanè existimo securius posse fieri, scarificata aut iterum inscissa parte, cui mox cucurbitæ sunt affigendæ, vacuato tamen priùs corpore, ne pars plurimò fluxu periclitetur. Ceterum si propter loci aut præstantiam aut difficultatem id fieri nequeat, fontanellam brachijs aut cruribus aperies prope sedem affectus, per quam fluere assueta facilius & securius expurgentur. Nec displicet si pars quæ denuo afficitur fistulis reclusis, longo interuallo distauerit, vbi fistulæ aut vleera præfuerat, fontanellâ aperire prope partem denuo affectam, præsertim si affectus fuerit virginis. Verum si aut non plurimum distauerit, aut affectus non plurimum vrgeat, fontanellam magis probo iuxia partem antiquius vleratam aperire, sicut in præcautione utilius est, quam prope denuo affectam partem.

De sup. preßis. Assuetus est facilè vterus crebris euacuationibus albarum materierum & seminis, quibus corpus à varijs

varijs præcauet crumnis. Quippe albæ superflui^{vteri}
 tates, quandoque totum corpus ac s̄epe vterum ipsū
 sum expurgant, & semine excreto ab vterinis libe- ^{purga-}
 ratur affectionibus. Quæ quidem euacuationes, ^{mentis.}
 e:iam si sua sponte fiant, non semper sunt prouo-
 candæ neque ferendæ, quia corpus in maciem &
 summum languorem deferunt. Verū cùm pro-
 fuerint & in usum foeminae delapsæ fuerint, si sup
 primātur, haud intrepidè sunt reuocandæ: nā mo-
 liri feminis excretionem solius naturæ opus arbī-
 tror esse, potius quam quod Medicum Christianū
 id consulere ingenio aliquo deceat, præterquam
 balneis, confessionibus, fotibus & inunctionibus
 partium vteri vicinarum quibus intus conteratur
 a tempore: ut que. Quam sanè vacuationem, dum
 supprimitur, mihi non videtur iterum excitādam
 fore, sed potius eandem alia supplere: quapropter
 foeminae sic affectis s̄epe conuenit sudores m. ue-
 re, ac repetitas per interualla purgationes moliri,
 balnea, & moderatam viētus rationem, exercitia de-
 nique & totius corporis frictiones instituere: de-
 nique omnia, quæ per diuersam regionem manire
 humores queant, administrare conuenit. Virginib-
 bus autem raro hoc malum accidit, nisi ex semine
 superfluo: quapropter dum eis supprimitur huius-
 modi vacatio, nusquam iterum reuocanda est, sed
 dum in aliquod malum prorumpit, media aut fon-
 tanella cruribus aperta illis subuenies. Cæterum si
 vitium totius corporis per vterum expurgabatur,
 dum supprimitur, fontanella coimmodissime adim-
 pletur fluxus defectus, maximè si in extrema cru-
 ris parte aperiatur: at si vterus tantum per easdem
 superfluitates se exoneret, aperienda est in parte cru-
 ris interna, quibus dum affluescit natura, securius

Institutionum Medicinalium

quām per vterum corpus ab imminentibus affe-
ctibus præcauebis.

Cæterum in omnibus fluxibus hoc in vniuer-
sum considerare oportet, satius esse suppressas flu-
xiones reuocare sanitatis tempore, quām cū mor-
bo aliquo premitur homo: quippe illud tutò sie-
ri potest, hoc verò non nisi maturo consilio, &
certis quibusdam occasionibus. Quia si morbus ci-
tra consuetudinis reuocationem curari potest, tu-
tius erit quām varijs modis naturam distrahere, &
infusimare. Quòd si morbus id non permiserit, eo
quòd apertè cognoscatur ex consuetudine amissa
se se exonerandi à recreementis originem trahe-
re, tunc necessitate coacti reuocabimus consuetu-
dinem: hoc vno in omnibus seruato, quòd in
suppresso sanguine, ante humorum coctionem si
opus fuerit, ipsum reuocare possumus: Iecus res
se habet in euacuationibus utriusque alii, quia ne-
queunt reuocari, nisi præmissa coctione(si ex pu-
tredine morbus oriatur) aut morbi vehementia
remissa: in reliquis verò quoquis tempore
consuetudinem reuocare
oportet,

DE

D E R A T I O N E A P E-
riendi fontanellas & fetones

I N S T I T V T I O X V I .



ANT^I esse momenti his nostris temporibus vsum se onum & fonticularū mon strauit fidissimus euentus adeò evidenter, vt necessū sit, tanquam in re qua fré quēter ex v̄su est futura, diligenter perdiscere vīm & efficaciam horū auxiliorū, atq; intuper v̄tēdi methodū, vt cōstet quib⁹ pro desse possit, & qua lege co vtendū sit. Cuius rei gratia primō præmittendū est, quæ in nostris corporib⁹ generātur excremēta & humores, vno trium mōdorū posse accrescere. Primo vitio officinā primæ regionis, quæ enacuari vomitibus & clystīris iure optimo tenentur: secūdo ob secundā regionis vitiū, quæ iecur & vniuersum venosum genus cōpletebitur, quorum vitia sanguinis missione & expurgatiōib⁹ medicamentis vacuari expostulat. Tertio vero & vltimo multifariā corpus afficitur ob redū dantiā excremētorū, quæ in tercia regione, infelicitate suū munus perficiēte acerbātur. Quę sanè vel ubi generātur, manēt & morbū efficiunt, aut in aliquam particulam delabuntur, morbum effectura. Quę vitia, vt perpetua generatione humorū propagantur, ita auxiliū, quod perpetua enauatione partē à fluxione vel ab humorū congestionē potēter liberet, desiderat: quod neque sanguinis missio, neq; expurgans medicamentū, neq; quoduis aliud

cx

Institutionum Medicinalium

ex artis præsidij ita tutò accertò efficere potest, quām id quod ferro carenti aut caustico medica mento perficitur: facta nimirum fontanella, aut a fixo setone, quibus perpetua fluxione corpus expargetur. Quippe hoc remedij genere his tantū affectibus est opus, quibus materia peccans paulatim & perpetuò generatur, quōd pari ratione paulatim & perpetuo vacuari desideret: licet affectionibus quę venarum vitio fouentur, dum id radicatum & fixum est, mirum in modum prospicere, dum alijs præsidij affectus non cedit. At qui licet hęc sit huius auxilij perpetua indicatio, nihilominus tamen non statim ab affectus principio eo licet ut, sed ut Hippocrat. consuluit dicens: Quæcumque medicamentis non curantur, ferrum curat: quę ferro non curantur, ignis curat: quę igne non curantur, ea existimare oportet incurabilia: sic profectò cum hoc præsidium ultimum est in efficacia, ita ultimo loco adhiberi oportet.

Præstat hoc præsidium nostris corporibus suā gratiam uno è duobus modis. Primo quidem cùm eadem in particula quę humorem gignit, morbum patitur, veluti in affectibus capitis per primogenitam affectionem, cui quidem fontanella subuenit, deriuato humore per proximas partes: quia quę humorem gignit & morbum patitur, semper sibi proximam desiderat fontanellam. Secundo autem cùm particula quę humorem generat, in aliam suam vitium transmittit: quo tempore duplex est auertendæ fluxionis ratio. Prima cùm prope membrum mandans affigitur fontanella, quę ve luti reuersoriè aliò humores transferat. Præterea statuendum est nulla ratione fontanellam affigendam

7. aphor.
vlt.

dam esse prope membrum recipiens, sed semper oportet fluxionis originem exquirere, alioqui impossibile est quin maius aut nouum succrescat damnum. Quippe hoc praesidium nullius momenti est fluxioni ut fluxio est, sed humoris fluxu, quem trahit ad suum locum: namque fontanella nequit, postquam humor fluere coepit, ab itinere reuocare. Secundo modo prodest hoc praesidium, aperito foramine in loco medio inter partem affectam & mandantem: nam proficuum solet esse praesidium, paulo superius a parte recipiente, dum alibi non datur locus fontanellam aperiendi, ut humor qui illabitur in partem, in medio itineris excipiatur & expurgetur: veluti si quis pedum doloribus crucietur, parte superiori in crure aperta fontanella iuuatur. Sic cum eis pedibus aura ac caput ascendet, aperta in crure fontanella praesidiū est. Denique prodest hoc auxilium destracto humore per partem vicinam mandanti, ante quam ad fluxum mouetur, aut impedito, ante quam partem affectā attingat, etiamsi mouetur, facto in medio itineris emunctorio, vel per aliam distantem aut contrariā humore distracto, aniequam a parte mandante ad affectam mouetur.

Nosse etiam oportet, non semper idem esse setonibus aut fontanellis utrūque in cutaneis affectionibus maximam habent efficaciam, ut qui cū partibus externis maiorem habet communionem, & aliis minimè permeent. Sic pueri tamen esse solent in quibusvis affectionibus: tandem his partibus, quibus neque in anella aperiri potest, ne ligatura commode fieri fontanella ve:ò in aliis affectibus medella est, & his qui ab aliis & ab-

22 Institutionum Medicinalium

ditis corporis sedibus prodeunt, ultimò his quibus opus est longiori euacuatione. Quamobrem in diuturnis affectionibus, & his quibus diminuta va-
cuatio longo tempore facta necessaria est, sic fontanella in maiorum partium affectionibus, & his quibus humorum copia vberior est, locum habet,
vt quæ semper aperiatur in cavitate, quæ est inter
duos musculos partis cui affigitur: quo fit vt è pro-
fundioribus partibus trahat.

Quod vero maioris est momenti in huius præsi-
dij administratione, est nosse, in quib⁹ affectionib⁹
& quomodo ex viu existat. Cuius rei gratia sciendū
est, nō minus beneficium impartiū hoc præsidium flu-
xionibus: quæ intra corpus manēt, quæ reliquis quæ
extra protumunt: ac insuper illi esse peculiare, vt
omnibus affectionibus medeat̄ur, qui ex alterius defla-
xus suppressione cōcitātur, dū eadē fluxio iterū re-
uocari nequit, aut non cōuenit: veluti in his cōtin-
git qui affueri sunt articularē morbus pati, aut hæ-
morrhoides, aut varices, dū in aliū affectū mutātur:
nimis in diffīcilem respirationē, aut quēvis alium
pulmonis aut thoracis morbus. Quo tempore, akiero
aut ambobus curribus ferro candenti, aut caustico
medicamento apertis, affectus evanescit, vt his ver-
z. progn.
64. bis dixerat Hippoc. Quibus ex pulmone abscessus
circa aures fiunt & suppurrātur, & ad inferas sedes
& fistulantur, hi liberantur. Qua ratione ars ex his
quæ naturam utiliter mouere cognoverit indica-
tione sumpta, idem etiam salubriter molitur. Ferē
idein importat verbum illud, fistulatur, apud natu-
ram, ac ex arte fontanellam efficere: hoc enim est
quod dixerat Hipp. & fistulæ aliorum medella.

In arthritide quidem & in omni eius specie nō
est ita facile probare profuturas esse fontanellas:
siqui-

Aquidem quatenus ad prophylaticam artis partē attinet, humores fluxuri potius prohibentur in articulos delabi sanguinis missione aut expurganti pharmaco (vt la: è probatū est lib. de recto præ. art. medicæ vsu) quām per fontanellam. Insuper delapsum iā in articulo humorē, nulla alia lege extraheſ, quā per resoluētia medicamēta, aut peryſtiones ſu pra partem affectam factas. Quā ſanē curādi ratio-
nē pulchra quadā oratione docuerat Hipp. his ver-
bis. Cū coxendicū morbus à fluxione ſiat, cucurbi-
tati medicā affigere oportet, & forastrahere, & nō
ſcarificādo portēdere, & calfactorijs medicamētis
in potu adhibitis intus calfacere, quo exitus fir, rū
foras ad curē pér cucurbitæ traditionem, tūm intus
ad ventrē pér caliditatem. Deniq; quod paratū est
fluere, aut aſtu fluit, pér sanguinis missione aut ex
purgationē: quod verò influxit, pér insensilem va-
cuationē, quæ diſcufforijs auxilijs perficitur. His nō
obſtātibus, euidentiſſimū eſt poſſe fontanellas his
affectionibus prodeſſe. Nā ſi vera eſt Fernelij op-
niō, qui omnē articulare affectū à capite per deflu-
xū ſieri fatetur, nō eſt ex ira rationē existimare pro
futuras fontanellas. Quod verò plerumq; articula-
res affectus à capite defluant, probat elegātiſſimē Liſ. r. de
Hipp. his verbis. Altus morbus oritur ex defluxio-
ne capitī per venas in ſpinalē medullā, inde autē
in ſacrum os impetum facit, quo medulla ipsa flu-
xionem perducit, & in coxendicū accepiabula,
ſive iuncturas deponit. Quidam etiam ſententiam
clarissimū idem author refert hys verbis: Si autem mo-
dicus fluxus fuerit (loquebatur de ſeptē fluxioni-
bus quæ à capite ſiūt) coxendicū & articulorum
diurnam affectionem facit, vbi fluere ceſſau-
erit: nam vt modicus & undequaque ab omnibus
for-

Li. de los.
in hom.

Institutionum Medicinalium

fortioribus depulsus ad articulos refugium facit.
Fiunt prætere à articulorum & coxendicū affectiones à talibus morbis sanatis, cùm morbus quidem efficiens sanatur: in carne verò, quod relictū fuerit, cui non sit exitus, neque rursus in se, neque foras, sed ad cutem egressum tuberculū utique fecerit: fugit autem in id quod cedit, articulos violenter, & auct. articulorum aut coxendicū affectiones inducit. Ex quibus sententijs constat Ferneolum non fuisse temere loquutum. Quo sit, ut mihi habeam perspicuum in his, & in omnibus in quibus à capite delabūtur fluxiones ad articulos, fonticulas aperiri, esse presentaneum auxilium, in brachijs, & in cruribus, si viuo vteri prodeant. Atque non solum in articularibus affectionibus, verùm & in omnibus alijs quæ ad carnem, ligamenta & nervos ex capitis defluxu prodierint: sicut vanum & temerarium arbitror eas aperire, vbi vitiato venoso genere, vētriculo aut primis venis crudis succis, & excrementis abundantibus, affectus huiusmodi oriuntur.

At in epilepsia, cùm per primogenitam capitis affectionem oritur, nulli dubium esse debet corpore purgatio occiput igne aperire opus esse, qua parte caput cum prima vertebra conèctitur. Cum hoc tamen statuendum est, vbi melancholico succo caput abundat, salubre hoc præsidium nullius esse momentum: nam cùm certum sit, caput ex proprio vitio raro melancolia abundare, sed illi aliunde aduenire, ob id per hæmorrhoides facilius purgatur, quam per fontanellam aut setoneim. Secus tamen res se habet, dum caput abundat crudis & pituitosis succis, quos proprio vitio gignit: quippe tunc utilis-

ut ilissimum est præsidium. Verum dum per consensum afficitur caput, tunc quidem distinguere oportet: nam in adultis si nullum adhuc caput contraxerit habitum, neque quidquam per primogenitam patiatur affectionem; tunc profecto in media via inter caput & membrum mandans, aut prope mandans ipsum, fontanellam aperies. Quod si morbus inueteratus iam fuerit, etiam si consensu demandato ab aliqua parte in accessionem incidat, iuxta vtramque partem, transmittentem nimirum & caput, fonticulam aperies. Nam coniectabile est, caput iani contraxisse vitium aliquod, cuius ratione sibi proximâ expositulat fontanellam: item propter consensum iuxta partem mandatam aliani expositulat, ut & morbosus capitidis apparatus auferatur, & pariter membro mandanti prouideamus. In pueris tamen alia via incedendum est: nam etiam si per consensum fiat, tamen propter eorum facilem substantiam, & morbi ipsius vehementiam, facile in cerebro contrahitur primis diebus habitus, cuius ratione oportet statim occiput ferro candenti aperire: maxime si hereditarium contraxerit malum, aut fratres prenatu cum morbum perpetui fuerint. Qua ratione, licet à ventriculi cruditatibus affectio subordiatur, praenissa per noctem aut diem leui purgatione, oportet protinus in occipujo fontanellam aperire. At in foœnus epilepsia, aut quoquis alio affectu lœsis ex uteri confortio, nullum præsidium & quæ tutum ac certum inuenies, ac est fontanellam altero, aut utroque crure aperire, malo adhuc incipiente. Verum si diu durauerit, ultra id necessum erit in brachiorum altero aliam aperire: ut quod iam ha-

S bi-

Institutionum Medicinalium

bitualiter caput contraxerit, per eam expiret: & per eas quæ in cruribus sunt, quod in utero præter naturam abundat.

Pari prorsus ratione omnibus capitis inueteratis affectionibus, quibus alia præsidia non profuerunt, fontanellam aperire maioris est momenti. In qua re statuendum est, quod si totius corporis consensu caput patitur, in cruribus aperta fontanella maius prestat iuuamentum: & pari ratione, cum ventriculi, uteri, recoris aut splenis virtus fiat. Præterquam, quod in his setonem supra sphenem, aut iecur vel mesenterum affigere, magni momenti saepe fuit. Verum si malum iam consenserit, in brachijs utilius est fontanellam aperire. Cæterum dum caput imbecille est, & ea ratione in affectum aliquem ægre solubilem incidit, non licet in occipite fontanellam aperire: quippe imbecillus longè reddetur caput, & subinde malum in cresceret enim eo tempore erit in brachijs aperire: si tamen adeò imbecille non sit, satius erit in occipite. Quod si dolores & morbi reliqui virtus membranæ caluariam ambientis fiant, setonem occipitio affigere satius erit, quam fontanellam. Sic profectò in omnibus affectibus oris, oculorum & faciei, maioris sunt momenti setones quam fontanellæ, si à capite malum oriatur, tunc potissimum cum consensu pericranei fiunt: secus res se habet in cæteris fluxionibus, quæ de capite decidunt in abditas & præcipuas corporis partes, ut antea dictum est, quibus utilior est fontanella.

Præterea in ea hydropis specie, quam anasarcam

eam vocant, quod vitio etiam fiat tertixa regio-
nis, mirum in modum prodest, nec non & in ascen-
ze: nam quod intra omentum continetur, per oc-
cultas vias ad crura solet natura transmittere.
Quo factum est, ut ex priscis authoribus non-
nulli crura iussent scarificare & Hippocrat. sic
scribit. Si vero tumor constiterit in scroto & fe-
moribus ac tibijs, acuto scalpello, multa & frequen-
tia vlcuscula incutito, & si haec feceris cito sanum
facies. Quod sane praesidium suspectione non ca-
ret, quia difficultius curantur vlcuscula illa, ob fre-
quentem humorum confluxum, quia facilè ca-
lor nativus euanescit, & in grauiora mala dila-
buntur, & periculum mortificationis ob nativum
caloris defectum. Quo fit, ut eorum loco tutius sit
fontanella vii, antequam vel humor corrumpa-
tur, vel vires deficiant, aut tumor pedum adeò
crescat, quod predictum malum necessariò vere-
mus.

Præterea praesidium mirabilis efficaciam est in
cæliaca affectione ventrem paulo superius ab um-
bilico induere, aut setonem ea parte affigere, quod
multis experimento fidissimo profuisse constat. Ve-
rum si predictus fluxus, aut quiuis, aliis consensu
capitis fiat, fontanella brachijs est affigenda.

De setonum vsu & peculiari indicatione, scien-
dum est eos quam plurimum probari à neoterico-
rum nonnullis in affectionibus membrorum nu-
trimentarium, praesertim cum eorum affectus non
possunt per alia praesidia prossigari, neque proper-
sus in commodate fontanellam sustinere. Cæ-
terum non licet in quoquis horum membrorum af-
fectu

S x ffectu

Institutionum Medicinalium

fectu protinus hoc pr̄fìdio. vt i : quippe maiorem
vīm obtinet, in affectionibus melancholicis, quæ
ex vitio alicuius visceris suboruntur. Nam supra
viscus affixo setone mirum in modum comper-
tum est prodesse. Item in his quibus viscus ali-
quod mucidum est, & tumidum: quo sit, vt iecori
tumore aliquo madente plurimum opituletur: sic
& spleni loco v̄stionis, qua v̄titur Hippocrates.
Li. de in-
ter. affe. Profundunt non minus cutaneis affectibus, pr̄ser-
tim faciei. Quibus autem instrumentis fontanella
fieri debeat, nunc perdiscere oportet: nam cùm la-
borantis vel timor, vel voluntas, hoc quām illud
magis exoptat, docere oportet quibus id modis
fieri possit. Nam quidam malunt, ferro candenti
fontanellam aperiri, alij verò contra horrent vi-
so ignito ferro, & sustinere libentius amant vren-
tia & caustica medicamenta. Quo sit, vt necef-
sum sit docere, fonticulas vno è tribus modis pos-
se aperiri: primo aliquo instrumento ex ferro
huic v̄sui parato: secundo septicis seu putrefacto-
rijs medicamentis, quæ partis breui temporis spa-
tio naturam temperiem & calorem vehementer
dissoluere, & colliquare possint, donec supersit
foramen sufficienter excavatum. Quæ quidem
septica appellantur, non quōd re vera sint putre-
factoria, velut quæ calida sunt & humida, sed
quia similia eis inducunt symptomata & efficiunt
damnū, partis nimirum corruptionem, citra ul-
lum dolorem, aut cum minimo. Huius naturæ
sunt, auripigmentum, sandaraca, crysocolla, arse-
nicum, dryopteris, ptyuocampe & aconitum, ex
quibus varia huic v̄sui consciuntur medicamenta.
Cæterum quæ neoterici diutino experimento pro-
barunt,

barunt, ego etiam magis probo, quorum descriptionem reperies libr. de recto præsidiorum vſu. Tertio vero & ultimo eadem etiam efficitur causticis scaroticis seu exurentibus medicamentis: quæ quidem nulla ratione sua sponte efficere posseunt fontanellam, nisi prius scalpello partem perforaueris, ac inimisso per foramen aliquo ex predictis medicamentis, quæ partem exedant, & veluti ignis comburant, donec foramen fiat sufficiens ad excipiendā pilam ceream aut argenteam, quæ intus suscepit inhibeat consolidationem. In aperiendo autem occipitio causticis vtendum non est, sed solo ferro candenti. Atque hæc de fontanellis & reliquis auxilijs dixisse sit satis: qui vero plura desiderauerit, legat librum de recto præsidiorum vſu,
tomo.2.

Et huius libri hic esto finis.

L A V S D E O.

INSTITUTIONVM
partim ad Chirurgos, partim ad
Medicos attinen-
tium

LIBER SECUNDVS.



V L L V M esse in Medicina auxilium quod vtile futu-
rum sit, nisi recta adminis-
tratione & vsu adhibeatur,
probat ratio, & confir-
mat experimentum, in de-
terius mutatis affectioni-
bus, ex indextero præsidio-
rum vsu, cùm alijs præsti-
terint salutem. Quod noscens Hippoc. dixit: Quæ
enim profuerunt, ob rectum usum profuerunt: quæ
verò nocuerunt, ob id quod non recte usurpata
sunt nocuerunt. Quapropter (inquit eadem parte)
scire quidem oportet de singulis optima in omni
arte, uti verò ijs quæ singulis vicibus idonea visa
fuerint. Ob id profectò in quoquis præsidio hæc &
plura alia vnicutq; peculiaria sunt diligenter consi-
deranda. Namq; non sat est Medico docto nosse
uti repellentibus, suppurantibus, discutientibus, aut
quibusuis alijs peculiarib; præsidijs, ni exactè no-
uerit ea mutare, materiamq; aptam inuenire, prout
partis cōditio & morbi status tulerint. Quamobrē
primo vniuersalium omnium topicorum rationē
Li. de ar-
te.

T

vno

Institutionum Medicinalium

vno capite docebo: deinde per singula capita di-
stribuam topica ipsa auxilia, & cuiusque propriam
vtendi rationem.

DE TOPICORVM AVXILIA liorum administratione in genere

INSTITUTIO I.



V O potissimum curatu-
rus sibi (cùm ad particula-
rium auxiliorū administra-
tionem concedit) ante
omnia proponat necessarium
est. Primum quod memorie
Hippoc. prodidisse profer-
tur, numirum vniuersalia
medicamenta omnino per-
discere, eorumque facultates, tam simplices quam
compositas, & speciatim prout singulis naturis &
cuiusque corporis discrimini conueniant, prius
quam ad artis doctrinam exercēdam Medicus ad-
mitti debeat. Quod etiam Galen. alijs verbis pro-
tulerat dicens: Ad sanitatem retinēdam & morbos
tollendos, nocentium usus fugiendus est, quod ad
materiæ adhibendæ notitiam experientia potens
aque utilis est. Secundum quod præ manibus ha-
bere deberet, est notitia partium corporis, ut in una
quaque diligenter disquirat quæ sit eius natura, quæ
constitutio, quale temperamentum: rimari item
actionem, posituram, formationem, potentiam, hu-
morum discrimina oportet: morborum etiam quæ
plurima genera, differētias, causas, accidentias, quæ
liter.

Li. de op.
fect. ad
Tra.

literque singula in singulis adiuuant, & mox quantum ab statu naturali forte recedat. Quippe non sat est, ea quæ nuper diximus nosse, ni exacte uti valuerimus præsidij adinuentis, iuxta ea quæ de partibus cognitu esse necessaria diximus. Nam id auxiliij genus, resoluentium exempli gratia, aut repellentium, & simulum, diuersam sœpe exposcit materiam, diuersaque methodos & rationes, à partis diuersitate sumpta indicatione. Quod elegantissima oratione dixerat Hippocrat. his verbis. Morborum autem omnium vius & idem modus est, locus verò ipse eorum differetiam facit. Sunt autem omnium topicorum simplicia genera: (præter ea quæ simpliciter calfacere, humectare & exsiccare singulas particulas valent: quorum vtilis simili & longissimam tractationem denuo additā reperies tom. 2 li. de recto præsid. vsu) quæ adstringunt, quæ laxant, quæ emolliunt, quæ aperiunt, quæ obturant, quæ attrahunt, quæ repellunt, quæ pulsouent, quæ resoluunt, quæ abstergunt, & quæ ablueunt: scartotica itē, glutinatia, epulotica, caustica, anodynæ, & vltimò roborantia, præter alia quæ minoris sunt momenti.

Prætereà in gratiam omnium topicorum scire oportet, hæc omnia auxiliiorum genera ab affectus natura & tempore, veluti iure indicari iuxta causæ & affectus dispositionē. Sic humores qui in parte aliqua recorduntur, aut repulsionē, aut suppurationē, aut discussionē desiderat, pro humorum qualitate & tempore affectū, sicuti quæ sordida sunt, abstergitionem, & quæ dissoluta vniōnē, & sic pari ratione de omnibus alijs affectibus. Ceterū materia, qua quod uis auxiliij genus, & quousq; & quomodo ea liceat uti, præscribit etiā particule ratiō, & insuper p̄bat

T 2 expē-

Institutionum Medicinalium

experimentum. Alijs nāmque simplicibus cōstant repellentia, suppurantia & resoluentia (& sic de reliquis) quē oculis debentur, alijs quā cerebro, alijs quā vētriculo, & sic facta computatione aliarum partium, ut mox docebo, si priūs dixerō quādam omnib[us] communia.

In gratiam huius institutionis differere oportet, an semper expediat ante topicorum adhibitionem vniuersalem prouidentiā p̄mittere. In qua re statuendum est, quatuor esse in vniuersum morborum sortes. Prima est, int̄operaturae habitus parti accidens, ac alimentum vitians citra humoris aduentum: cuius curatio nullam, neque per sanguinis detractionem, nec per purgationē, requirit prouidentiam, sed solis gaudet alterantibus. Secunda nō raro evenit, ut humoris fēx & vapor parti impresus aduenientem humorem conspurget ac vitiēt: quamobrem requirit hoc affectionis genus, nō corporis agitationem aut purgationem, sed deobstru ctionem & discussionem materiæ parti affixæ, per euaporantia sudorificaq; & deobstruentia auxilia. Tertia species sit s̄epius, cūm partis affectio materialis sit, pendensq; non à toto, sed à superiori aliquo membro, ut thoracis morbus à vito capitatis. In quo affectus genere præcedat prouidentia oportet, non tamen totius sed partis primō mandantis fluxionem. Quo sit, ut errant, qui ut capititis purgationem regulariūs videantur egisse, totum corpus medicamentis purgantibus, citra ullam indigentiam turbant. Superest sola quarta differētia materialis affectus, pendensq; à toto, quā iure optimo purgatum corpus, aut sanguine euacuatū, ante localium adhibitionē, expostulat, ut Galen statuerat dicens: Particularem affectionem si teuis

Ieuis est, solis ad laborantem particulam remedijs curari, quod etiam Trallianus confirmauerat. De-
nique solūm in quarto morborum genere vt édum prouidentia est, vt ex Hipp. constat dicente: Primū igitur ventrem purgare oportet sursum ac deor-
sum, deinde vteros subductio medicamento: & ali
bi inquit: Quapropter optimum est purgare totū
corpus priūs, & post ipsos vteros. At in reliquis
morbis extra quartum genus, citra ullam prouiden-
tiam particularis curatio adhibenda est.

Li. i.c. ii
Lib. i. de
mor. mul.
Li. 2. de
mor. mu.

Præterea statuendum est, tantam esse particulæ dignitatem & præstantiam, vt nullum auxilia pos-
sint præstare beneficium, nisi in ordine ad ipsam dirigantur. Namque vt Galen. afferit, auxilijs ge-
nus ex morbi specie exquirere oportet, cæterum speciem, materiæ modum & pleraq; alia que in au-
xilijs considerantur, particulæ natura & differen-
tia citra dubitationem præscribunt, alioquin Me-
dici decepti morbi natura, imprudenter & inordi-
natè auxilijs v. erentur. Particulæ enim nativa té-
peries debitam præsidiorum mensuram præscri-
bit, ipsius vero substantia alterantium mode-
ratur quantitatem, & vacuandi modum, & lo-
cum ostendit situs partium & connexio. Sic partiū acutus sensus aut obtusus modum suo modo po-
nit: dignitas item & officiū multa in exequutione præsidiorum docent, citra que, præsidia aut nocēt,
aut irrita sunt & nullius momenti. Partis itaque si-
tus & connexio multa docent in affectuum cura-
tione, vt mille in locis Gale. docuerat, nam inquit.
Quòd si particula affecta in penitioribus sit locis,
machinari oportet insuper tale inuenire remedium
salubre, cuius vis nequaquam antea in itinere sol-
vatur: si itaque calidius esse oportuit, eo quòd est

2. ad Gla.
7. etho.
3. theca.

T 3 mo-

Institutionum Medicinalium

moderatum, non solum tantam habeat caliditatem, quam tam exigit morbus, sed ultra eam mensuram tantum adiiciatur, quantum ex situ, ut pertingere possit ad locum patientem, necessarium sit: si vero frigidius, non simpliciter tantum frigiditatem oportet augere, sed & materia quoque prius est aduerienda: si enim crassa sit, non admodum poterit ad profunda penetrare, sed potius contrarium praestabit affectum, spissando superficiem. At si tenuioribus constet partibus, poterit sane plurimum subire profundum, id enim etiam in humectantibus & exsiccantibus accidit. Considerare itaque oportet, quot numero partes perniet medicamentum, antequam ad partem affectam deducatur, ut pro ratione itineris eius vini augeamus. Exemplum quidem est id quod de pulmone feriur, quod e ventriculo in iecur, venam cava & cor, tandem ad pulmones debilitur: cui certum est in hisce partibus humoribus animosceri, & mutationem ac alterationem quandam perpeti: quapropter quod virtutis eius superest, minus omnino ac hebetius est, quam ut laesam particulam iuare possit: quo fit, ut inendi necessario oporteat, quare medicamenti, siue id foris adhiberi, siue deuorari debeat, vires non presentes, sed quales dum ad affectum locum peruenient, futuri sunt, considerandæ.

Præterea confert situs partium mirum in modum, ad vacuationem, reuulsionem seu deriuacionem moliendam, vt prima harum institutionum parte abunde probatum est. Sic partium figura mille modis ex usu est, & figuris instrumentorum efficiendis, & effingendis præsidiorum etiam figuris:

gūris: cuius rei testis est Hippocrat. qui in hunc modum refert. Multæ verò etiam aliæ & extya & intra corpus figuratū species sunt, quæ magnopere inter se differunt, quod ad affectiones pertinet, tum ægro, tum sauo: namque alijs viuinur instrumentis ad vterum dum afficitur, alijs ad vesicam, alijs ad intestina crassa: quippe in hæc per clysteres, in vterum per metranchitam idoneorum aliquid injicimus: sic in vesicam per indirectè foratas fistulas, quas siphones rectos appellant. Denique tanti est momentis situus, figura & connexio partiū, ut hæc Hippocrat. protulerit verba. Verum hoc studio habere oportet, ut proximum exitum facias, siue infernè, siue supernè, aut etiam alia aliqua corporis parte vbi exitus sunt: & subdit dicens: Cæterum morbi ea parte qua proximi sunt, & qua parte singulis exitus quam proximus est, extrahendi.

Li. de vén
medie.Li. de locis
in hom.

His suppositis, dignitas & præstantia partis non minorem sibi abrogat partem in moderandis metuendisque auxiliorum viribus, licet in simplici alteratione parum aberret à conuenienti refrigeratione, calfactione, humectatione & exsiccatione: nihilominus iamen in alijs medicamentorum generibus, præsertim his quibus aliquid notatu dignum à particula expellitur, aut naturali & facultatem membra vim & iacturam pati posse speramus, conducit quidem plurimum, ut ex Gal. multis in locis colligitur. Nam quo particula præstantius & magis commune obtinuerit officium, eo prudentius & cautius vacuari aut laxari desiderat, cùm nō sibi soli vires obtinere teneatur, sed & reliquis. In qua re diligenter considerare

Li. 3. artis
med.
Li. 3. me-
tho.

T 4 oportet,

Institutionum Medicinalium

Reportet, an pars quæ afficitur, de earum numero sit, quæ totius corporis communes vires habent, an etiam alteri parti communem actionem, an communem quidem, sed cuius actio ad vitam necessaria non est, licet ministerium præstet ad vitam necessarium: ultimò vero, an priuatam ac propriam, an aduentitiam & subseruientem. Vires quidem communes habent cerebrum, iecur & testes, in quibus non leuis habenda est de robore virium solicudo: ventriculus quidem ad portionem iecoris se habet, vterus non item. Virtutes etenim habent communes, & actiones ad vitam necessarias, cæterum per ministerium alteri membro ad vitam necessario, vt lien, vtraque vesica, venter inferior, thorax, pulmo, alp̄era arteria & fauces: ex quibus quam primum vacuare redundantiam licet, dum modo ne quid nimis dissoluatur. Priuatam item particulā ac sibi seruientem non offendes, si aut euacues, aut laxes, aut quomodolibet alteres. Cæterum in alijs primi aut secundi generis partibus, nusquam quæ vehementer laxent ac discutant, sunt adhibenda, quin tantum eius medicamenti, quod roborandi & adstringendi vires obtineat adiutorius, quantum membra vires periclitari, ac propriæ substantiæ & spirituum dissoluti coniecerimus: siquidem virtutē & robore sibi & alijs obtinere tenentur. Et ob id laudauit Galen, usum adstringentium in his membris, vbi eorum, quæ tenuiū sunt partium, aliquid admissceanus penetrationis gratia, quam adstringentia remorantur. Particulæ etiam exactior sensus suam in adhibendis auxilijs præstat considerationem nam quæ acuti sunt sensus partes, mitiora expostulant medicamenta, quam affectus desideret: at vbitardus hebesque sit sensus, in his proculdu
bio

Lib. artis
med.

bio aliter, quia quod iustum est porrigi potest. Itaque partes docent, & sui temperiem, & reliqua quæ diximus: ad quorum integrum notitiam, maximam præstat utilitatem totius corporis scientia. Namque puerorum corpora, fœminarum, iuueniū, senum, item & eunuchorum, nonnihil etiam euariant à communī auxiliorum materia: sicut & anni tempus, & regio. Cum hoc tamen dum in morbus grauis est, non statim à principio consideranda est ex toto particulæ natura, sed modicum, tantum ipsam respicientes, est admiscendum, augendum tamen quod particulam tueatur, quo magis remedia profunt, & morbus decrescit: nam eo tempore plus præualet particulæ indicatio. Secus tamen res se habet in vacuantibus auxilijs, in quibus partis tantum officium à principio magnificere oportet: nam sæpe ex euacuationibus circa affectus principia inconsideratis, aut facultas in medio itineris subsidet & labitur, aut mēbro principaliori imbecillo facto, denuo alter affectus grauior succrescit.

Ex qua doctrina non leue suboritur dubium vtra harum indicationum, membra ne, an morbi præstantior sit: quod hac lege dirimere studi. Quod si è duobus alterum agnoscatur, ignorato reliquo, multo præstat agnoscendi affectus speciem, ex quo summum genus curantis præsidij præspicitur, licet ad individuas differentias (quod conandum est) non descendatur. Nouis aliquis laborare calore hominis viscera, num verò is calor hepar, an renes, an ventriculum occupet, perpetuum non habet, verum cum hoc frigorifica adhibebit presidia. Qui verò intelligens morbum ex capite pendere, secum non decernit mali naturam & morbi originem, is ne genus quidem auxilijs decernit, &

T 5 inops

Institutionum Medicinalium

Inops consilij pendet animi, summa & maxima affectus cognitione destitutus. Verum cum species pauca & in genere doceat, si ambo illa Medico perspecta sint, & in dubiu reuocatur utra sit præstantior, locus multo plura & magis individua præstat. Quo sit, vt Galen afferat, quod utraque cognita imparem usum curanti præbeat, maiorem locus, affectus minorem. Cum hoc tamen minor illa posterior est ea que plures præstat: nam quanto grauius est genus ignorare, quia totum ignoratur, quam species, qua ignorata ignoratur solum pars, tanto præstantior est indicatio à morbo, indicatione quæ à parte sumitur.

DE EVACUATIONE QUAE fit à parte

INSTITV TIO II.



Ræstaturo mihi de topicis auxilijs, primum se se offert particularis vacuæ ratio, citra quam, nullum auxiliū turò parti adhiberi potest. Quæ sanè tot habet differentias, quot sunt partes in corpore ceteris communes & proficue, veluti cerebrū, ventriculus, thorax, iecur, splen, uterus, renes, vesica ac testes, & partes quæ habent peculiares vias, quibus citra totius corporis turbationē, expurgari possunt, aut sanguine missio vacuari. Et vt ab ea evacuatione quæ per sanguinis missionē fit, initiū suam,

man, statuēdum est, quòd cùm sanguis alicui parti
 inhæret, plenitudinemq; partialeū efficit, & san-
 guine misso ex cōmuni vena minimē separetur de-
 riveturq;, duplex insurgit particularis ratio eu-
 cuādi: alia per scissionem venaē illi parti propriæ
 & peculiaris, à qua pars ipsa fouetur, aut quæ ab
 eādem oritur: nam huiusmodi sectiones oxyssimē
 particularē plenitudinē deponūt. Sic venulas nasi
 & linguae in capitis affectionibus utiliter scindi-
 mus, aut eā quæ prope humerū sita est: in præcau-
 tione verò eos ramos qui inter pollicē & indicem
 sunt. Sic capitis dolores, vertigines, & alios ex cali-
 do defluxu affectus sanat incisio earū venarū quę
 ponē aures sunt: pari lege & cucurbitę in scapulis
 scarificatur. Oculorū verò affectibꝫ medemur post
 cōmūnem venaē scissam, scarificatis partibus hume-
 rorū & ceruicis, & scissione venarū quę sunt in an-
 gulis oculorum. Auribus verò inflammatis & paro-
 tidibꝫ vena scissa sub aure prodest. Gingibarum,
 maxillarū & dentiū doloribꝫ ea scissa auxiliatur
 quæ sub labijs extat. Cordis verò ac pulmonis, in-
 terior sinistri potius quām dextri cubiti vena pro-
 dest. Nec erit ab re dextri venam tundere si vni-
 uersum corpus malo consentiat, quoniam pulmo-
 num venaē è dextro cordis sinu prodeunt, sed
 quia in sinistrum parietem venaē cauę inseritur, qui
 per alam sinistram in sinistrum cubitum excurrit,
 non displicet prima sententia & communis. Ie-
 core item oppresso, inflammato ve, dextra cædi-
 tur, sicut lieni succurrit interior sinistra: utris-
 que tamen medetur saluatella eiusdē manus. In his
 autem affectibꝫ qui inter claviculas & renes sunt,
 reuellit vena interior, tardius autem vena manus,
 aut ex utrisque partibus vena media, siquidem illa

Institutionum Medicinalium

ex communibus ramis humerariæ interioris coagulata est. Subter renes in quacunque parte insit affectus, secta poplitis vena præsidium sit: renes vero anticipites (vt institutione de sanguinis missione latius probauimus) existunt. Musculos ab dominis ab inflammatione vendicat aperta inferior vena: coli intestini vitia, quamvis subter renes sint, interior cubiti vena secta auferit. Vteri vero affectus, licet membrum unum sit, varias tamen venarum sectiones desiderant: nam immodecum fluentibus menstruis, interna brachij medetur: suppressis, malleoli, nisi ex immodica totius corporis copia & oppressione suppressimantur: inflammationi quidem per initia, etiam interna brachij, mox ab impetu fluxionis aut procedente malo, ex tali venis: nam prima sectio plenitudinem evacuat, & impetum reuelliit, secunda directius partem affectam respicit. Præterea quemadmodum in mensibus, ita & in hemorrhoidibus suppressis aut fluentibus res fieri debet. Verum si quæ inflammatio vel podicem, vel partes obscoenas, vel vesicam, vel alterum inguen infestauerit, modò veneni particeps non sit, ex superioribus cubiti venis multitudo summa uenda, inhibendaq; fluxio est: cæterum denuo particularius directiusq; ab inferiorib; fiet: cui similis est in mittendo sanguine crurum inflammatio. Secundus autem vacuandi à parte modus per ea sit auxilia, quæ ab ipsa parte per eandem met sanguinem demit: quod fieri est necessarium in his quæ non obseruant à cute & carne distantem locum, qui bus cucurbitas affigere cum scarificatione, aut hirudines, promptè quod in parte est ab eadem evacuat. Quæ omnia nouisse oportet: nam aut mutare, aut alio modo efficere, præterquam quod nihil pro-

prodeesse omnibus est compertum, aut lădere, aut nouum affectum excitare, & facultatem frustra infirmare certissimum est. Quas sanē particulares evacuationes necessarium est moliri, prēmissis vniuersalibus, si profuturæ sunt: quōd si aliquando citra vniuersalem prouidentiam fieri contingat, ut in conualescentibus, imbecillibus, & his quibus abundantia tantum parti affecte inest, necessarium antea est frictionibus & ligaturis longè à parte affecta factis totius corporis humores ad distantes partes quodammodo euocare, ne impetu sanguinis fluentis ad affectam partem fluant.

Pari prorsus ratione dum in aliqua particula vitiiosus aliquis humor colligitur, particularibus etiā purgationibus, materia demenda est. Considerare tamē antea oportet, an humor in eādem particula generetur, an aliunde trāsmittatur, vel à toto corpore ibidem decidat: si primum, nulli dubium est quin per ea medicamenta quæ partem affectam res piciant, euacuare partem oporteat: & pari ratione si secundum: ceterum commodius erit purgare particulam mandāiem: nam in his duobus casibus, corpus medicamentis purgatis turbare, vanum est: vniuersalis enim purgatio turbatos humores ad affectam partē facile defert. Verū si à toto corpore fluant, ante particularem evacuationem præmittenda est vniuersalis prouidentia per expurgans medicamentum, à quo deinceps facile est vitiulosos in parte receptos per discussiōnem pharmaca euacuare.

Sint ne aliqua purgantia medicamenta particulam aliquā relipientia non est ita facile dirimere: sed dubitationem hanc sic disso ues, si prius didicieris esse medicamenta, ut Galen probat, quę par-

Libr. de
therapie
ad pī.
tes

Institutionum Medicinalium

tes, sympathia & similitudine quadam respiciant,
vt fertur de sthœcade, & de scolopendrio & alijs.
At vt id purganti alicui insit, necessum est scire,
medicamentum purgans tribus ē partibus posse
signatim purgare: primō à toto corpore, ex simili-
tudine humorum vniuersum corpus obſidētum:
ſecundo ē partibus vicinis ei in quo medicamentū
purgans inest. Quamobrem obſeruantissimum est
præceptum, in purgationibus quæ per vicina ſiūt,
non licere valida adhibere inedicationa, ne à di-
ſtantioribus ad affectam vi medicamenti plus iusto
trahatur. Tertio autē modo medicamenta dicūtur
purgare, cū in vnicā parte existentia, à distatissima
& signata quadam particula, citra aliarum turbati-
onem humores trahunt & expurgant. Quod
multi arbitrantur eſſe, quia aliquod purgans me-
dicamentum non habet similitudinem niſi cum
humoribus qui in ea parte præſunt: quārum valeat
hęc ratio, iudicēt alij. Ego quidem arbitror, id fieri
ob aliud notius & manifestius, nimirum quia medi-
camenta quæ purgandi vim habent, simplicibus
admiscentur medicamentis, quæ ē directo partem
aliquam dicuntur respicere, qualia ſunt à Medicis
appellata iecoraria, ſplenetica, capitalia & huius cē-
fus: quæ ſane cùm admiscentur medicamentis pur-
gantibus, & ſuapte natura habeant in illas partes
deſerri, ſecum deſerunt in partem illam vim medi-
camenti purgantis, ex cuius attractu partes illæ
promptius purgantur, quām reliquæ quæ non
ita humoribus abundant: præterquam quòd par-
tes quæ afficiuntur, naturam habent admini-
culantem, quia grauata aut laceſſita humoribus,
id facilius exequitur quām partes quæ humoribus
ſunt exortes: qua lege censeo prædictas purga-
tiones

tiones fieri potius quam alio modo.

Purgamus itaque caput aut quoduis aliud peculiare membrū, dum humorū vitio laborat, duobus modis: aut per proprias & peculiares vias, per oculos nimirum, nares, aures & palatum, aut per communes: eo tamē medicamēto admisso quod ē dire & caput respiciat, & sic utrinque vacuandi generis seorsum in quavis particula meminero. Sunt autem capitī emūctoria, oculi, aures, nares, palatū: raro tamen natura per oculos cerebri purgamenta pellit, nisi errans, aut præcauens grauius malū: quā purgationē nobis non licet tentare. Nec dissimili gradu aures estimantur, licet sāpius maiores purgationes moliantur natura, quas leuiter abstergentibus iuuare, non erit abs re. At per nares & palatum errithnis, gargarisnatis, dentifricijs & masticatorijs purgamus caput, sed nō pari efficacia & securitate: nā mastatoria, & quē palato indita caput purgāt, securius quā errit hna purgāt, quia ex vehementi cerebri agitatione ignoratur quō se vertat humor: cū hoc tñ omnia proficia sunt & necessaria.

Errit hna itaque medicamēta solūni naribus indita duplē prestāt vsum: quippe aut pituitā & omne cerebri excremētū præparat, vt deinceps facile dilabatur, aut eadē vim habet expellēdi. Quā profecto expulsionē duobus modis fieri compellimus: uno, peculiari vi & efficacia trahēti medicamēti; altero vero, irritata cerebri expellēte facultate, vt ipsa deinceps sua spōte cerebrū quaties sternutamēto facto, in impetu quoquis humores pellat à cerebri nō postica parte, sed à reliquo cerebro & circū meningis. Itē nares purgāt, & nō raro quē in vētriculis cotinētur: quo sit, vt potēter reuellat quē in fauces distillando dilabuntur. Cui usū medicamenta ars

Institutionum Medicinalium

ars probauit duplicitis differentiæ: nam quædā propria & peculiari vi id efficiunt, quæ verè errithna dicuntur: quædam verò id efficiunt, ceterum commoto cerebro & sternutamento facto, quæ ptarmica & sternutatoria appellantur, vtraque tamen reperiuntur multis gradibus dissidentia, & vtraque etiam necessaria sunt pro affectus vehementia & sensus obtusione vel acuitate: item vtraque ferè eiusdem sunt generis, dissident tamen tenuitate substantiæ, qua promptius se se in cerebri membra, nas inferunt, quibus vellicatis & demorsis mouetur sternutamentum: quæ verè errithna sunt, crassioris sunt substantiæ & naribus indita & adhaerentia efficacius humores allicit. Quod sane opus hæc medicamenta efficiunt, aut caliditate aut furore aperiendo ac fundendo humores, detergendo, aut ex propria virtute humores trahendo, quibus motis forsitan commouetur sternutamentum. Quæ verò caliditate id efficiunt, sunt odorata omnia, vt sampuccus, pulegium, & succus hederæ & nigella, quæ cauere oportet in corriza, ne maior fiat fluxio & humores acriores. Verùm quæ tota substantia euacuant, sunt veluti cyclamen, elatium, nitrum & alia huius naturæ. Quæ per nares commoto sternutamento humores purgant, licet multis modis predictis similia sint, differunt tamē, quia acriora sunt & iepuiū partiuū, velut saponaria herba, castoreū, battrachij radix: inter quæ minoria sunt nux muscata, acori radix & zingiber. Quæ omnia aut in tenuissimū puluerē exuflata, aut aliquo liquori admixta, vtiliter adhibentur: hæc quidem quibus mens ægrorat, illa verò reliquis. Quorum omnium materia & copia & vtilendi legem reperies libro de recto praesidiorum ysu, tomo. 2. nam breue

breue hoc institutum non patitur longiorem tra-
etationem.

A pophlegmatismum autem vocarunt id auxi-
lum, quod vim habet pituitam è cerebro per os
educere: qualis naturæ est medicamentum quod
ori & palato inditum, id præstat, & etiam è ventri-
culo elicit, ratione communionis tunicae que ven-
trem & os ambit. Quæ sanè medicamenta hæc ope-
ra efficiunt, vel cùm palato adhærent, aut dentibus
affricantur, vel cùm eisdem dentibus manduntur,
vel cùm os eis colluitur, gargarisma appellatum:
quorum Galen. latè meminīt. Verùm siue dentifri Lib. 5. s. n.
cia, siue masticatoria sunt, vel vt cunque aliter, uno pli. c. 12.
è duobus modis id efficiunt: nam vel irritando &
calfaciendo, vel vi propria attrahendo, id moluntur,
& quæ calida & acris sunt, veluti anethi semē,
capparis radix, caryophyllus, & radix etiam pire-
thri, & alia huius census. Cæterū quæ valenter
trahunt, sunt nitrum, anemonis radix, & radix sta-
phidis agricæ, & iridis etiam radix: ex quibus aqua
maceratis fieri possunt gargarismata. cera autē, ma-
stiche, vel sicuum carne excep̄is, masticatoria: tale
admixto, dentifricia facile fieri possunt. Quæ sanè
omnia mirabiliter capitis pituitam expurgant: pro-
sum quæ (corporis præhabita prouidentia) inueni-
eratis capitis & vicinarum partium affectionibus,
ijs prælertim quæ per epicrasim vacuari desiderat,
dummodo os aut palatum aut laringis caput non
sint aliquo affectu lœsa. Caput præterea purgamus
per ea medicamenta quæ humores trahunt ad ven-
trem & communia emunctoria: in his tamen capi-
tis affectionibus quæ vel a toto vel ab aliqua particu-
la fomentum suscep̄iant, aut in quibus maior est
humoris copia, quam possit per capitis emunctoria

Institutionum Medicinalium

purgari, & rursus in his, quorum caput præ imbecili-
tate aut sensus acrimonia, purgantiu[m] vim & mor-
dacetatem ferre nequit. Cui sanè vsui medicamen-
ta conficies ex his quæ humorem peccantem respi-
ciant, admistis alijs medicamentis, quæ quāuis pur-
gantia non sint, partem quandam respicere pos-
sunt, vt antea dixeram.

Purgare ventriculum varijs modis docet ars, vt
totidē ipse patitur affectuū differentias: nā aliquā
do adhibemus quæ abstergunt, quæ irritant, quæ
abluunt, quæ leniendo purgāt, s[ecundu]m pe quæ cōprimen-
do, ac s[ecundu]m p[ro]pissimè quæ propria vi purgādo ventrem
ipsum ab humoribus & excrementis innimunē red-
dunt. Quod magno cōsilio arbitrandū est artē no-
stram constituisse. Nā abstergendo purgamus visci-
dos & adhærētes succos, melle, terebinthina, melle
rosaceo, aut si calor simul adest, hordei decocto
cū saccharo. Irritatorijs vtimur ventriculo ex pi-
tuita aut alijs excremētis obtuso: sic prosunt mercu-
rialis, sicta, decoctū vrtice cū melle & aceto. Abli-
mus ipsum, dū humoris vitiosi aut acrioris medica-
camēti reliquiæ à purgatione vel à morbo super-
funt in ventriculo, quo tēpore ius, aqua calida, hor-
dei decoctum aut consimilia prosunt. Lenientibus
vtimur pharmacis, dum tenaciōri facta facultate
retentrice, plus iusto ventris excrementa retinet:
quem vsum præstant pingua omnia, lenia ac hu-
mida, velatī casia, manna & eius naturæ alia. Ad-
stringunt quidem nonnulla, & si cum hoc etiam
ventrem soluant, cùm in animo est, post totalem
humoris expulsionem, vlieriorem impedire: quē
vsum præstant rhabarbari substantia, & cortices
myrabolanorū. Vtimur etiā propriè purgantibus
medicamentis, dum humor altius in ipsum ventri-
culi

euli corpus, pancreas & mesentericas infestitur. In quo purgandi genere primò considerare oportet, non licere vehementer purgaria adhibere, ne plus trahant in ipsum à toto corporis ambitu, quām à ventriculo pellant: huius conditionis sunt rhabarbarū, aloës, pilule mastichinæ, & hiera Gal. Secūdo sciendū est, ventriculū nō cōfertim, sed sēpius esse purgādū: nā vt pars princeps nequit cōferas ferre circa dānū euacuationes. Tertiò statuendū est, ventriculū prærequire medicamenta purgantia in forma solida, vt sufficiēti mora detēta efficaci⁹ operētur, quantūvis leuia simi & sine vehemētia.

Dū iecur vitio humorū laborat, purgationē desiderat efficaciōribus medicamētis factā, quā ventriculus, vt minori facta mora, facilius & magis purgent, nō tamē per longiora interualla: hoc insuper habet peculiare, quod dilutiōra medicamēta exposūlet, ob viarum angustiā & locorum interualla. Quo sit, vt ea medicamenta desideret, quæ obstrūctionē aperiāt, roborent tamē nullo calore medio: qualis naturē est gramen, in: ybi omne genus, adiātum, eupatoriū cum rhabarbaro, agarico, & aliqua ex stillatitijs aquis. Nam expurgantia medicamēta iecori proficua hoc peculiare habent, quod misce ri semper desiderent in scindētibus & attenuanti bus medicamentis, & adstringētibus etiam: illis quidē, vt purganti pharmaco vias & humores præparent: his vero vt simul partis robur seruetur. Quod vt commodiūs fiat, prēire debent inter ynā & aliam purgationem attenuantia & in scindētia, vt qua die medicamētum purgans accipitur, suum munus facilius subire queat, habito semper respectu ad iecoris intemperamentum, vt simul aliquid illi contrarium admisceatur.

v a

Cūm

Institutionum Medicinalium

Cum lienis natura & conditio terreæ sit & crassæ compagis, & maximas ob id, & ob facilitatem suscipiendi patiatur obstructiones, quia quantius crassam habeat carnem, raram cum hoc sortitur, ne cessum profectò est, paulò grauioribus & efficacioribus viti medicamentis, maximè cùm humores ibidem congesti, ob natuam conditionem sint tristu difficultes, & viæ arctiores & angustæ. Quo sit, ut leuia medicamenta nihil profint: vehementiora verò, angustias & accidenia non leuia inferant. Quamobrem censendum est, apta lieni medicamenta ea esse, quæ primò suavitate quadam terreum illum humorem, vel emollient, vel quodammodo liquident, attenuent & detergant, sine adstrictione cōpicua: ut deinde obstructione vel leviter soluta, facile & leuioribus medicamentis humores decidant in aluum. Quoram equidem nonnulla moderatè frigida sunt & humida, quæ exuperanti bili re torridæ conueniunt, vi violè, utrumque buglossum, & succus pomorum redolentum: plurima verò moderatè calida & tenuiū partium, ut erassā fæculentiamq; melancholiā attenuet: qualia sunt lupulus, casuta, scolopendrium, radix apij, cortex tamarisci & capparis, & eius naturæ pleraque. Itaq; in vniuersum duplex erit purgādi ratio: altera, quæ blandè & leniter, aduersus humorum qualitatem & substantiam pugnet: qua sæpe tantum licet liqueare humores, quod circa alterius auxiliū admiculum per ventrem singulis diebus aliquid eorum prorumpat: altera verò quæ humoris electione & tractu eos pellere nata sit: que sanè leuibus exercenda non est medicamentis, sed validioribus, verū in parua quantitate: hoc quidem ne maior humorum copia, quam viæ angustæ capere possit.

sint trahatur: illud verò quia sic expostulat dures & renitentia humoris. Quāobrē censeo Hipp. dixisse: Si verò splenicus fuerit, ne purges, neque lacte, neque suo sero, sed eo quod modicū ingestū plurimum educat.

Verūm non minus purgant vterum duo medicamentorum genera: alterū quod per propria emū etoria ipsum purget: reliquum verò quod per communia, vi præcaueat à corporis vel aliorum membrorum vitijs quæ expurgantur per ipsum tanquā per sentinam. Primo modo vterum purgamus, per pesaria & per metrēchitas, vterinos appellatos clysteres, per suffitus & euaporationes: ha vt cùm necessum est vterum abluedo purgare, metrēchitas adhibemus: suffimus veio & euaporamus, dum in animo est aut reliquias humorum conterere, aut distemperiem auferre, vel tandem vteri humores ad euacuationem præparare. Verūm pesaria quibus frequenter utebatur Hippocrat. tribus medicamentorum soribus constare conspicimus, dū tantum eisdem purgare intendimus (nam varia iuxta varios affectus parari solent) nimirum ex attiathenibus & his quæ valida sunt, vt flos cris, pulpa colo cynthidis, nitrum, cucumis agrestis, & eius naturę. Quibus licet antiquitas & Hippocrat. utebantur, minimè ego auderem, nisi aut maximo vrgente malo, aut coopertis lana & gosypio ipsis pectorijs, ne vel partes exedant, vel plus attrahant quam particulæ conditio patiatur. Aliud quidem eorum genus est, quæ modicè purgare possunt, vt agaricus, aloës, puluis benedictæ, succus mercurialis, aut alicuius rei acris, quæ aut vterum irritando, aut modicè trahendo expurgent. Tertia verò & ultima constant his quæ calfaciendo, inscindendo & atte-

Institutionum Medicinalium

nuando humores liquant, fundunt, & attenuant, &
vteri vias aperiunt. Sunt tamē pesaria hæc forma
rotunda, & longiora crassioraque glandibus ip-
sis: fiunt ex molli lana, cera, panno aut bombace,
vel ex herbis: quæ filo appensa, in vterum mittun-
tur ad menstrua prouocanda, ad sedandas inflam-
mationes, ad ulcerum curationem. Purgamus eiā
vterum per communes vias, deriuationisq; gratia,
ut dictum est.

Renes verò & vesicam purgare docuimus prima
harum institutionum parte,

DE R E C T O A V X I L I O R V M *alterantium usu*

I N S T I T U T I O I I I .

Li. - me-
tho. c. § 2

Li. de vet.
medic.



Ixerat Gal. temperiem dig-
nitatem maiore esse in quo-
uis affectu, quoniam ipsa
temperies, quasi virtus
& robur membra haberi de-
beat. Quo sensu censeo di-
ctum esse ab Hipp. calidi-
tatem & frigiditatem in cor-
pore minime esse potentes,
quia adeò sunt per constitutionem attemperatae, ut
non solum alterum ab altero nō lœdatur, sed unū
ab altero vicissim veluti fomentum & refectionem
fusciptat. Quod in antiparastasi euidenter constat,
sed diuerso modo in corporibus adinuicem resi-
ciuntur. Quam sanè alternatiuam refectionem
solum inter calidum & frigidum reperimus; siccū
verò

verò & humidum semper corruptiue inter se operantur. Verùm omnium aut quorundam contemperatio facultatum efficitur instrumentum, sicut lassionum causa, dum alterum, aut totum inteperatur, & à cōtemperatione recedit. Quo sit, ut necessum sit ad vnguem callere, quantum & quid unaquæque prædictarum qualitatum efficiat, ut iuxta cuiusque effectum & agendi potentiam, ea ratione ad pristinum statum reducere possimus.

Sic caliditatis natura est, ut ad agendum omium sit efficacissima & potentissima: contra ad resistendum omnium maximè insirma: cū hoc tamen si conferatur frigiditati, virtus caloris in agendo longè maior est, quam virtus frigiditatis in agendo, etiā si frigiditas in resistendo superet caliditatem: licet tanta sit caliditatis vis & efficacia, ut dum agit in frigiditatem, ipsius resistentiam supereret. Est itaq; calor, si frigori comparetur, habens rationem naturæ, vitæ & habitus: frigiditas verò, priuationis & interius. Caloris enim est componere & congregare homogenea, dum naturalis est, & coctionem molitur, ac ob id aliena separat: verùm cùm modicum excedat (nā loquimur de calore animalium) omnia disgregat perditque, ut de calore putredinis constat, qui hæc opera perficit, in medicamentis quibusdam alterationibus, quas primò inducit. Nam præter calorem quem præstat, tenuat etiam & fundit, mollit, digerit, siccatur, rarefacit, trahit, dolores sedat, dolores efficit: præter quā, quod calor innatus coquit alimenta & humores, ob idq; homogenea cogit, & æthereogenea separat. Calor itē tam internus quam externus per accidens refrigerat, humectat, aut exsiccat: hoc tamen habet

Institutionum Medicinalium

peculiarius, quod humanum corpus securius calfit
quam refrigeretur.

Activa etiam qualitas frigiditas est, longè tamen diuersa à caliditatis activitate: nam præter refrigerationem insuper congregat tam homogenea, quam æthereogenea, cōscipiatque omnia, & vnumquodque reddit sua natura immobile & veluti mortuum: & sicut motus indictum est vitæ, ita immobilitas mortis & interitus. Per accidens tamen frigoris activa vis facit ad operationem naturæ: nam cum actiones naturales à moderato proficiuntur calore, frigiditas huiusmodi moderationē illi præstat: sœpe enim vi frigoris circumstantis calor cogitur in vnum, & per antiparistasis multa generat, & cōficit. Item vi frigoris compescitur sœpe extraneus calor, à quo solet proficiere corruptio & putrefactio mortorum: agit quidem vicem instrumenti naturæ, per accidens tamen. Prætereà frigiditas properter propriam quam infert sibi similem frigiditatē, crassat, gelat, glaciat, ac durum concretione facit veluti crystallum aut succinū. Hinc à frigido huores: sic scirrum conficit, pitum a crassiori facta aut melancholia: pigros item facit spiritus & veluti cōgela: frigiditas ex retrocessione aëre & sanguinem substantię impinguat. Sic à frigore conuulsiones, & cum hoc cure densata, interna calfacit, fluxiones ea ratione concitat: item fluentes materias fistit: coctionem vel impedit, vel coctum recrudescit; omnia item viuentia mortificando internecat, siccatur etiam & humectat per accidens. Quæ ratione lib. 1. de dixit Hippocra. Siccāt autem & calida, vbi nimium morb. calfaciunt, & frigida vbi nimium frigefaciunt, expulsa materia humida. Quæ quidem omnia opera, tam calidi, quam frigidī auget medicamentorum tenui-

tenuitas in calidis, & moratur crassities: sicut contra in frigiditate, et iam si tenuitas celeriore & maiorem praestet frigiditatē actionem propter motū & penetrationem.

Humiditas quidem & siccitas cū magis sint qualitates materiales, minūs suas actiones pādunt. Vis ergō humiditatis in agēdo non est admodum magna: in resistendo contra humiditas vim magnam habet: quæ quidem propter propriam qualitatem quam inducit, mollitem etiam conciliat, sicut in omnibus in quibus prædominatur humiditas aper te conspicitur. Habet insuper hęc qualitas id proprium, vt in penitissima corporis se se insinuet, modo per nutritionem nostris corporibus succrescat, modò per madefactionem.

Siccitas ex propria natura partes durat, vt ostendunt ossa, cartilagines, metalla, & lutum sole induratuni: quod siccum duobus modis inducit: primo alterando partium substantiam, consumpta videbitur ipsarum humiditate: secundo humorē in proprijs spatijs ebibendo: ad quem referri possunt omnes illæ siccitatis species, quas Gale. laevisimia oratione recentet. Cum hoc rāmen siccitas minimam omnium vim habet in agendo, & maximam omnium in resistendo, & ob id difficulter que siccata sunt terminari possunt termino alieno: item caliditatis est calcar & dispositio, sicut humiditas fraxini, etiam si calorū sit pabulum.

Quibus inspectis, sciet diligens lector, que opera nata sit efficere quæcumque harum qualitatum, vt dum alterare intendit, caueat, ne ob incuriam aut ignorantiam quid aliud ex his quæ calfacientia & refrigerantia posse efficere diximus, perperam & contrainstitutum moliantur. Cuius rei gratia statuen-

7. Meth.
4. Simpli.
c. 8.

v 5 dum

Institutionum Medicinalium

dum est, partes natura calidiores dum ex frigore laborant, liberalius & diutiūs calciferi expostulare: sicut etiam quę frigidioris, siccioris aut humidioris sunt naturæ, pari ratione. Quippe eatenq; redeat ad naturā vnumquodq; necessum est, quatenus ab eādem recessit. Præterea considerandum est, non semper in calidis distemperantijs esse eodem modo refrigerandum, sed iuxta caloris actionem, aut modum, quo causa operatur. Multa enim sunt quæ calorem compescunt cute rarefacta: nōnulla quiete: alia vacuatione rei calidæ, aut retentione frigidæ: plura verò alia ratione. Sic dum temporis alteratione egent: si quidem parvus est in præter natum lapsus, & rursus in id quod secundūm naturā est, reditus: quod de coniugatis intemperantijs par ratione est sentiendum. At cùm diuersa particulæ affectæ temperatūra, diuersam ab ea, quę ex ægri sumitur natura, indicationem prebeat, illius quoque ediscere prouidentiam conuenit. Quippe si quanto ægri temperamentum iusto est humidius, tanto particula sit siccior iusto, neque adjiciendum neque detrahendum quidquam pharmaco est, sed tale adhibendum quale particula medij temperamenti exposceret: sin siccior debito plus particula fuerit, quanto corporis temperamentum iusto est humidius, viisque tantam intendi siccitatē medicamenti conuenit, quantum particulæ temperamentum totius temperamenti excedit. Veluti si quaor numeris pars ulcerata sit medio temperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, manifestum est, particulam quę nunc exulcerata est, sicciss uno gradu desideraturam medicamentum, quam quę pars sic temperata. Præterea siccari partem reficere

ficere vno è duobus modis oportet : nam aliquando sicca affecta est noua quadam inducta siccitate, quæ per alterationem ab humido factam corrigitur: fit autem vel per ablationem partium humidarum, quæ latebant compressæ & contentæ in terrestribus partibus: aut cùm euolant resolutæ in vaporem: illam posituam: hanc priuatiam nonnulli nominarunt. Prima corrigitur per calfacentia, quæ quod coagulatione siccum factum est, liquefactione humectant: altera vero per renutritionem humiditatem antiquam recuperat.

Præterea vt de calida distemperie dictum est, ita prorsus de frigida est intelligendum: nimirum non semper esse in frigidis calfaciendum. Nam corpus calfacere possunt motus, rei calidæ vicinia, constrictio corporis, & medicamenta aut alimenti calidi assumptio. Sic motus calorem concitat, exercitio, frictione, compressione & curbitis, gaudio etiam ac moderata ira, & reliqua quæ diximus, & ex accidenti frigiditas. Quæ omnia maturo quadam consilio veteres illi sapientissimi distinxerunt, vt iuxta rationem causæ & modi exclandi calorem, ars quoque alterationem & correctionem moliatnr, quan si euerso modo aut incognita causa perfrigerando aut calfaciendo, aut aliter alterando tentaueris evincere, in longè grauiora mala laborantes deduces.

Etiam considerare oportet, codem feré tempore calidam distemperiem discuti ac frigidam, quamuis caloris maior quam frigoris sit efficacia. Vnde fit, vt æquali tempore vires suas exercant effectusque obtineant, dum distemperies simplices

Institutionum Medicinalium

Simplicis sunt, alioqui ob materiae vitium difficultius frigida quam calida euaneat. Quorum etiam auxiliarum ea quae calida sunt, tutissima esse videntur: nam frigida dum calorem naturae contrarium extinguere incipiunt, nativo pariter negotium facessunt: calida vero dum frigus pellunt, innatum similiiter calorem excitant foveamque. Quin etiam genuinus corporis calor, ascitatio tanquam auxiliarior optulatur, ut facilius mitiusque externum frigus pellar: eoque frigida intemperies, praesertim leuis & recens, securius ac lenius quam calida auferunt: inueterata autem consummataque, difficilius multo quam calida remedij cedit: sicut extrema senectus insito calore destituta mortisque iam proxima, minus sanari quam febris hectica potest: ecce modo sicca intemperies tardius omnino ac difficilius quam humida tollitur.

Consideratione etiam dignum est, nosse has omnes qualitates non semper humanum corpus habere ob insitam sui naturam & conditionem, sed ob alias qualitates sibi comites: quod pulchra quadam sententia his verbis dixerat Hippocrat. Si autem est calidum quoddam acerbum existens, aliud vero calidum fluidum tenuerit, sunt etiam & alia calida, alias etiam vires sub contrarias sibi ipsis habentia: & subdit: Non enim calidum est, quod magnam vim habet, sed ipsum acerbum & fluidum, & alia quae a me relata sunt, tum in homine, tum extra hominem, siue edantur, siue bibantur, siue forinsecus illuminantur, aut quomodo cunque forinata adhibeantur. Et paulo inferius addit: Atque ego hoc maximum signum esse puto, quod non propter calidum simpliciter homines febricitent, neque hoc sit simpliciter

Lib. de ve
ter. med.

pliciter affectionis causa, sed est & amarum & calidum: item & calidum & acidum, & salsum & calidū & alia infinita: & rursus frigidum cum alijs facultibus coniunctum. Quæ sane omnia diligenter ediscere oportet, vt iuxta cuiusuis qualitatis coniugium auxilia parare Medicus discat: nam eadem parte Hippocrat. diuersam in his constituit curandi legem dicens: Omnibus autem liberatio hæc est, vt ex frigiditate quidem affecti calsiant, ex ardore vero refrigerentur: reliquæ autem omnes fluxiones quas propter humorum acrimonias & intemperan- tias ego fieri sentio, restituuntur & curantur, vbi temperatæ fuerint & concoctæ. Sedatur autem aliquo modo ardor in naribus, nō cùm fluxus pro- dit, & inflammatio consistit, sed postquam fluxus crassior, & minus acris, concoctusq; & magis per mistus priore fuerit, tunc sane iam aridor cessat. Qui bus manifestè constat primas qualitates cessare, se cundis qualitatibus sibi adiunct. sat temperans, cō- ministis, & concoctis. Quamobrem qui temperantia auxilia præsta urus est, caueat ne indiscrinatum aut indistincte adhibeat, ne aliquam accersat ex se cundis qualitatibus, quibus certum est lôge magis ledere præexistente quâm antea, vt ex Hippocr. præfata doctrina euidenter colligimus. Nam vt Ga- len. inquit, ex uno in alterum affectum inopinatò Li. 7. Me- fit cōmeatus: quapropter mensuram & modum in tho. c. 7. omnibus seruare oportet, & sœpe paulò inseriūs Li. 9. Me- subsistere, & iterato auxilio defectum adimplere, tho. c. 25. aut aliud eiusdem generis interponere, aut inten- dere, vel remittere: tum ne natura vni assuescat: tū ut quod uno fieri nequit, alio consequamur. Qui vero voluerit scire quibus medicamentis, tam sim- plicibus, quam cōpositis, teneat tēperale partes nostri

Institutionum Medicinalium
nostrī corporis, tum principes, tū priuatas, legas
tom. 2. lib. de recto præsidiorum usu, vbi utiliſi-
mum & copiosum reperiet de hac re tractatum.

DE A D S T R I N G E N T I V M
præsidiorum administratione

INSTITVTIO IIII.



E nobis varietas confusio-
nē parrat, & erroris sit cau-
sa, distinctione prius expli-
care oportet, ad strictionis
nomē quid importet. Ap-
pellant quidem Græci ad-
stringēs omne medicamen-
tum styphō, quod velut ge-
nus quoddā est ad omnia,
quæ comprimendi, contrahendi, adstringendi &
vtcunque cogendi ac densandi partium meatus &
partes ipsas vires obtinent, atque etiam ad omnia
quæ humores cogū, incrassant, siccāt, repriment,
ac denique vincunt & cōnūnt partium sibi cohæ-
rentiū substātiā. Est tamen adstringens præcipue,
genus acerbi & austri : cōtinet hoc proprium,
quod terreum sit, & maiori ex parte frigidum.
Acerbum verò corpus est vehementer adstrin-
gens, facultate frigidum atque terreum, vt gal-
la immatura, & eius naturæ : frigidum quidem,
quoniam tale gustantibus lingua conrralitur, den-
satur, siccatur, exasperaturque, quæ non nisi à fri-
gido fieri possunt : terreum siccumque esse quod
tardè in corpus permeet, humiditas facile pe-
netrat.

metrat, & frigiditati adiuncta, non acerbum, sed acidum potius efficit. Acerbi quidem sunt fructus omnes prope sui ortus principium, qui postea quā humore impleri cōperint, decedit quidem acerbitas & accedit aciditas. Acerbitas enim tribus modis exoluitur, incalescentia, aut humiditate, aut vtroque modo: incalescentia quidem in dulcedinem migrat, humiditate austertas acquiritur, si aqueus fuerit humor: nam si aereus, aciditas succrescit: quod si vtrūque, dulcedo ex aquo, & pinguedo ex aereo comparabitur.

Prētereā adstringens, alterum est summum, vt alumiē, melanēria, galla & rhus: alterum modicē ad stringens, vt pyrum & rosa: quorum omnium maiori pars, frigidæ naturæ est, minor verò manifesta caliditate pollet: vīaque tamē tertio ordine siccā apparent, ac terrea sunt, & crassa corporis cōstentia.

In cuius auxiliij consideratione statuendum est, aliud esse adstringens in genere, aliud verò adstringens, vt aduerit Galen. nam quod astringit, non adstringit modo, sed præter adstrictionem acre est, pingue, dulce, amarum, salsum, aut acidum: at adstrictio vnum tantum est, vt dulcor aut saltedo. Et ob id constat adstringentia medicamenta duorum esse generum: primum eorum est, quæ circa manifestam qualitatem, ex his quas nuper retulimus, adstringunt, quorum munus est constringere, densare, repellere, incrassare, refrigerare & exsiccare: cuius generis sunt balaustiū, galla, citinus, hypocistis & eius naturæ alia: quæ licet ex toto nō sint alterius qualitatis expertia, quia id euidēs plurimum nō est, sincera iudicatur. Secundū verò his cōstat,

Li. de ci-
bis bo. &
ma. succi.
Li. 3. sim-
plic. 14.

quæ

Institutionum Medicinalium

que cum adstrictione aliquid etiam habent acre, dulce aut amarum, salsum aut acidum, ut egregie docuit Galen.

Neque est parui momenti haec in re practica nō uisile: nam acida & adstringentia, veluti immatura pruna, cerasa, mala, mora, & inmatura vua, penetrationem maiorem moluntur, tum intus, tum extra adhibita, praeterquam quod calidis affectionibus magni sunt momenti.

Acre medicamentum adstringens reperitur, & calidū est natura, veluti æs vestrum, atramentū futoriū, flos squamaq; æris & calcithis: que omnia praeter adstrictionem, quam præstat, extenuant etiam, purgant, digerunt, rumpunt, attrahunt & scarami efficiunt. Quo fit, ut haec pro sint quibus subitam & profundam adstrictionem moliri conantur, veluti in sanguinis profusionibus, quas sauciata pars excitat, ut humores & partes adstrictione cogantur, crustaque succrescat: quorum in viscerum affectionibus raro utri datur.

Amarum etiam medicamentum, veluti rhabar barum, aloës, absynthium, habet praeter id manifestorem purgandi potentiam: nam haec omnia abstergent & attenuant humores manifesta caliditate: cum hoc tamen diapedesi & alijs sanguinis fluxibus prosunt, maximè si ob serosam substantiam admistam fluant, etiam si ob venarum laxitatem prorumpant: licet aloës excitandi hemorrhoides vires habeat.

*Li. 4. sim-
pli. c. 20,* Amarum propinqua esse salsa ex Galen. aperte constat, quod terrea ambo sint & calida: sic salsa contrahunt, constringunt, & condendo seruant, *Li. 5. sim-
pli. c. 25.* & ob innatam acrimoniam aluum tolunt: quo fit, ut pro sint partibus humidis constringendo, & firmi

minus contrahendo resoluta humiditate, & ea ratione neruis & articulis laxis mirum in modum profundunt.

Dulcia simul & adstringentia sunt myrti fructus & pyri agrestis, & roboris & castaneę ac palmulę, quibus profecto opus est, ubi adstringere est necesse sum circa medicamentosam qualitatem, quam laborantes frequenter pertimescunt.

Præter hęc adstringentia medicamenta, alia insuper minus propria reperiuntur, velut sunt omnia frigida & glutinaria, quæ materiam incrassando ac partes comprimendo adstringere dicuntur: arida etiam & viscida: item crassa, tum alimenta, tum medicamenta: postremo quę resoluendi materiam vires habent. Oportuit profecto hanc adstringentium varietatem recensere, quia variam expostulat materiam particula patiens & affectus conditio, ad adstrictionis formam & conditionem. In quo operre considerare diligenter oportet partes quę propter fluxum aut laxitatem adstringentia expostular, nimirum, quod tantum partem ipsam cogant, circa alienius qualitatis administrationem, quales sunt partes laxę, aut casu aliquo adapertæ, aut disruptæ, adeò ut humores sibi commissos continere nequeant. Quippe in alijs fluxiones suppressuntur emplastricis medicamentis, quia & partem obturant, & humoris acrimoniam redundunt. Prætereā alijs profundunt quæ humores densant & incrassant: item aliæ expostulant utrumque, quod oportet diligenter considerare, si profutura sunt quę præstamus auxilia.

In administratione verò horum auxiliorum arbitratur Medicorum vulgus adstringentia pharmaca vim habere & efficaciam roborandi, ex quo

Institutionum Medicinalium

bitant expulricem ne roborent , an retentricem
Sunt qui credant siccitate minori iuuari expulri-
cem, maiori verò retentricem. In qua re ita sen-
tiendum est, quòd si membro inanito accedant ad-
stringentia, retentrix augerur roboraturq; & ces-
sant hac ratione fluxiones: si verò pleno , propter
vasorum aut cavitatum contractum, expultrix ope-
ratur, & robustior efficitur: qua lege adstringen-
tia vltimò in gesta aluum citant, non quidem quòd
revera vires adaugeantur, sed quia actiones ea-
rum videantur perfectius fieri. Nā cōstricta, densa
taq; ac cōpressa superiori alui parte, sit vt ad pellē

**Li. 6. de sa-
nit. tu.** dū deorsum natura promptior reddatur. Quippe
**Li. de op-
ti. sec. ad
Tra.** Galen. non admittit vires firmari & augeri adstrin-
gentibus: fieri tamen euacuationem, vt dictum est,
credit, dummodò lubrica & leuiter purgantia præ-
mittantur, vt olea cum oleo & garo: nam constri-
ctio à superiori parte ventriculi deorsum pellit
quod in ipso & vijs ductuum fuerit, vt Galen . ad-
struit.

**Li. 2. de
alimen.
fa. c. 22.** Verùm ne quis imprudenter & incautè adstrin-
gentibus vratur, in memoriam reuocet, adstrin-
gentia esse, vel vehementer talia, vel leuia: illa qui-
dem si alijs admisceas, quantumvis humida sint,
ingredi vbi par est, prohibent, quòd superfi-
ciem densent: que verò leuiter adstringunt, iuu-
ant reliqua medicamenta altius penetrare, vt de
rosacco Galen. aperte probat. Præterea, quan-
**Li. 3. sim-
pl. c. 16.** tumvis in aliquo affectu adstringendum sit, non
protinus à vehementibus auspicandum est, neque
credendum est, vt Galen. docet, verisimile esse, id
quod amplius adstringit, amplius prodesse, quam
quod inoderatè id præstat. A vehementer quidem
adstringentibus partes simile quid confusione per-
petiun-

petiuntur, quia substantia ipsarum vehementer condensatur. Secus quidem res se habet in dentium affectionibus, citra gingibarum inflammationem, quibus vehementia Galenus eadem parte iubet ministrare. Item licet iecur corroboracionis gratia adstringentia desideret, cum hoc tamen adhibenda non sunt, ubi infartam habet flauam aut retorridam bilem: quippe hac ratione critus inflanimatur, quare cōtemperare ea oportet: quantum sat sit ne alia medicamenta viii iecoris resolvant.

Sic caput ea desiderat, quae cum exsiccatione adstringant, cum fluxum concitant, quia promptius resoluuntur humores quieti quam moti. Duplici enim ratione cephalicis medicamentis adstringentia admisceri solent, ut etiam aperte docuerat Galen. primo, ut id quod affectis partibus influit repellatur: secundò, ut in profundum cætera medicamenta ducant, dum tenuis simè trita adhibeantur quae adstringunt, atque vel nihil prosunt, aut potius obsunt. Verum si calida fuerit fluxio, sat est solis adstringentibus vti, ut quae frigiditate humores crassent, attemparent, adstrictione comprimant, & hac ratione facilius coquantur, aut digeri queant: oculi quidem adstringentibus gaudent mineralibus, laevigatis tamen, ut ex Aclepiadi libris Galen. refert. Oris etiam fauciū & gurgulionis vicia ex adstringentibus ea renuunt, quae medicamentofa plurimum, & gustui ingrata sunt. Rationem quidem subdit aperiissimis verbis Galen. ninum ob tunicæ mollitudinem & ingratum sapore, & ne quid in ventre aut pulmonem virosæ substantiæ defluat. Itē ventriculus omne amplexatur

X 2 adstringe

Institutionum Medicinalium

adstringētū genus, exceptis mineralibus, & quæ
Libr. 2. acris & mordac. a sunt, licet Hippocr. squamā æris
& . 3. de moto. præbuerit suppurationis. Intestina vero ulcerata, ut
Li. de sub ex Gal. constat, ex adstringentibus medicamentis
figura em ea tantum desiderant, quæ amarorem aut acorem
pirica. non habeant, nam ijs plurimum offenduntur. Præ-
tereà licet pluribus affectibus ex his qui à fluxio-
ne prodeunt, adstringentia medicamenta ex visu
sint, cum hoc ramen, neque omnibus, neque sem-
per, neque quibusvis particulis. Quippe sanguinē
ex pulmone expuentibus nulla ratione conuenire
Li. de cō- possunt: nam inquit Galen. Maximè igitur lædere
st. artis eos noui, qui sanguinem ex pulmone ex tussienti-
med. bus adstringentia per totum thoracē medicamen-
ta, in orbem circumponunt: nam præter id quod co-
rum facultas in pulmonem non penetrat, sanguinē
etiam, qui in thorace est, ad viscus compellit: quo
etiam affectu intus sumpta, dum ijs quæ tenues par-
tes habeant, medicamentis commisceantur, pluri-
mum prodesse eodem loco fatetur, dummodo vas-
a quo sanguis profiliat, ruptum dilatumve sit. Itē
in vteri fluoribus & intestinorum ex sanguine, ad-
stringentia quæ soporem inducūt plurimum sunt
proficua, vt etiam consuluerat Galen. Sic tumores
Libr. ~. pharma. vteri interdicit adstringere Hippocra. Etiam dy-
pharmac. loc. c. 4. fenteric os in deterius labi adstringentium vsu, eui
Lib. 1. de morib. dentissimum est, nisi ex his sint quæ leniendi &
attemperandi vires habeant. Prætereà si quando
oportuerit purgantibus adstringētia admiscere, mi-
tissima sint, ne purgantium vi superata, maius ma-
lum succrescat. Insuper, lice in principio ulceris,
ne inflammatione tentetur, & in fine, vt citius ad
cicatricem perueniat, adstringentibus posse vti con-
sulat Galen. quia tamen carnis generationem nata
gen. c. 12. sunt

sunt impedire, quātum possibile sit ea vitare oportet, ut etiam idem Galen aduertit, maximē post habitu inflammationis timore aut tempore. Præterea cautē est eisdēm ut endum in maximis inflammationibus: nam vereri oportet, ne prohibita ventilatione in corruptionem communigret affectio. Sic neque in magno echymosi: nam idem periculum instat, vel saltem ne quidquam sanguinis discutatur, sed fixius ibidein inhibeat. Pueris item laevia sunt adhibenda, quia facile quibusvis cedit corū substantia. Sunt etiam quēdam partes, quæ nullaratione adstringentia admittunt, & reliquæ quæ ipsis platinum gaudent, quas subrīceo, quia diffusa oratione Galen annumerat.

Li. 3. Me-
tho. c. 4.

Libr. IV.
cap. 16.
phar. gen.

DE RECTA LAXANTIVM *auxiliorum administratione*

INSTITVTO V.



Vanumuis laxum & molle quodāmodo assimilari videantur, sicut durum & tensum, cum hoc iamen inter se videntur longissimus interuallis dissidere. Nam tensum & laxum solum pertinent ad partes, durum verò & molle potius ad partes simplices & ad humores (non locuor de his quæ naturaliter talia sunt, ut ossa) tunc sic licet coniūcere tensionem fieri, quoties materia quēvis, seu vapor, seu flatus vacuitates partium replent, ex-

X 3 tendique

Institutionū Medicinalium

tendiq; cogunt:nam quæ à frigore rigent, seu spasm̄o tenentur,cōtrahi potius quā tēdi iure optimo dixeris.Sic laxū facile constat esse,cuius partes remissè inter se cōcidūt,nō vi,vt in cōgelatione contingere diximus , sed laxitatis ipsius interuentu. Quibus consideratis, constat euidenter differētia duri & tensi,& mollis ac laxi:nam durum , Sole, æstu, labore,& his quæ diaphoretica sunt, potius sūt, sicut molle è contra,vt cap.de emolliētibus eū dentēr constabit.Meminit quidē Gal.triplicis laxitatis differentiæ : nam scribit differre longè colapsionem à demissione & laxitate:collapsio quippe est subita demissio(nam demissiones paulatinæ ex facultate fiunt)citra vllum facultatis interuentum: laxitas verò absque facultatis vitio,sed partis substantia tantūm molliori facta:quo sit,vt laxitas partibus vniētibus familiaris sit,secus tensio.Rursus hæc laxitas,quæ nobis hoc capite se se offert, duplex est:altera morbosa, quæ ex præternaturali causa,partis temperiem vitiantē proficiscitur:altera vero,quæ in partibus præter naturā tensis,medicamentis laxantibus perficitur.Qua ratione tot ne cessariò tenētur esse medicamentorū differentiæ, quot sunt laxitatis species:sed tutius est auxiliorū differentiam rimari , penes causæ quæ tensionem efficit,variетatem.

Tensionem esse dupliciter considerandam euidenter constat ex Galen.decretis:vno modo, cùm circa articulos accidit,ligamentis pariter & tendo nibus affectis,quibus tensio contingit ipsis exsiccantibus aut refrigeratis:nam id quoque inter tensio,nes numerare licet , spurias tamen,maximē cùm phlegmone aut scirrho afficiūtur. Alio verò modo in cute,non hac tantū ratione,sed musculis qui eis

Lib. I . de
citt. recip.
cap.3.

eis subiecti sunt quoquo modo in tumorem sublati, aut ipsa ex receptione alicuius predictarum substantiarum, plus iusto extensa. Quamobrem ex laxantibus medicamentis, quemdam partem humectare, alia emollire, plura item vacuare, plurima discutere necessum est, licet quæ emolliunt ex accidenti laxent, praeter ea quæ frigore desatas partes simul cum siccitate, humiditate emolliendo simul cum calore laxant. Quo sit, ut meritò ea Gal. inter laxatia enumeret, ob idq; docet, induratis tātū ex his causis proficua esse: nā reliquis tensionis causis nil profundit. Sed clariss adhuc laxantiū differētiā & usum ostēdit loquens de aqua calida, quā omni tensionis speciei conuenire docuit. Quæcunq; enim (inquit) ex repletione erant intenta, sicuti omnia quæ inflammationē patiuntur, ea dū euacuātur, laxari consueuerūt: quæ ex concretione, ob refrigerationem intentionem habent dum calfunt: quæ ex siccitate, dum humectantur: quæ ex humiditate, dum superfluo humore innaniuntur: quoniam calida aqua hæc omnia prestare potest, cū amplius ac diutius corpori fuerit infusa.

Sed qualiter cuique tensionis sorti oporteat subuenire, explicare iam aggredior, induratorum trattationem differens vñq; ad propriū caput: si prius dixero, chalastica seu laxantia medicamenta varia admodum esse, pro causa tensionis differētia. Quæ enim ex refrigeratione intenta sunt, ut laxa sint, sensim & paulatim calfacere oportet, ne subita alteratione partes dolore tentatæ nouam fluxionem concident. Sic aqua moderatè calida, & oleū amygdalarum dulcium calidum, aut sesaminum prodest. est compertum, cauetes ignis accessum, quia subita caloris actione dolores concitat.

Li. 7. phar
ma. gen.
c. 7.

Li. de his
que in me
die. text.

15.

Institutionum Medicinalium

Pari etiā ratione, quæ ex siccitate tenduntur partes, humectatione egēt, vt laxiores fiant. Partes etenim siccæ duobus modis tēdi possunt: uno depauperata parte substātifica ac natūra humiditate, quæ null'a ratione humectari ac laxari deinceps potest, nisi alimentis per nouam refectionem: alio quidem dum partes sua natura mucidae ac mucore & madore exuberantes, à calore externo, exercitio, solis aītu, & huius generis alijs priuaniur madore ipso naturali: quo sit, vt partes rendi cogantur: quibus opūlatur potius madefactio quam humectatio: madefactio quidem quæ aqua & alijs liquoribus ac inunctionibus sit: quæ sanè longè distat ab humectationis natura nam hæc primò desiderat refici alimentis, inuatur tamen balneis & extrinseca inadfectione, qua partes melius disponantur: illa verò primò requirit madefactionem: cum hoc tam proficua est alimentorum quæ mucida sunt, & aquosa refectio, cuiusmodi non raro cōtingit in articulis & lassitudinibus, quibus balnea mirū in modum profuisse constat.

Laxant eodem modo, ac vehementissimos sedant dolores, quæ tumores præter naturam expurgant: aperto namque tumore protinus concidunt partes. Sic viuens sum corpus, cùm tensiua lassitudine tumor ac riget, sanguine consertim extracto, protinus subsidet laxa urque. Quibus affectionibus nulla ratione paulatim auxilijs agendum est, vt balneis, frictionibus, inedia aut exercitio, sed his quæ subitò plenitudinem demant: alijs verò tensionibus quæ ex particulari aliquo humore conseruantur non sic, sed lentè & paulatim vacuare & laxare oportet.

Quartus verò laxandi modus sic profectò lentè
& pau-

& paulatim exercendus venit, quo securius infensibiliter pars ab humore replente liberetur: veluti in partibus inflammatis contingit, quæ necessariò requirunt quæ meatus aperiant: quo sit, ut calidis indigemus auxilijs, discutientibus nimirū, & quæ per infensilem halitum humores dissipent. Rarefacit quidem moderata caliditas, quæ aperiit sibi vias, & quod obstat ingressui, mediocriter per halitum discutit, sine aliqua exsiccatione substantię membra, ut patet de aere balnei, & de aqua tepida: tanta igitur, moderata nimirū caliditatis sunt oportet medicamenta, quæ rarefaciunt, ne adulant: tenuis substantię, ut penetrant: humida, vel temperat è humidis commissa, ne exsiccant, & partes cōstringant, ut Galen. aperte docere videtur. Diffe- Li. 5. sim-
runt tamen rarefacientia medicamenta ab aperien- c. 13. tibus, vīpo, e quæ crassarum sunt partiū, & substanzia molaci & acri, quibus non indigemus ad discussionem & rarefactionē. Nam quæ rarefaciunt, modera toris sunt caloris: siquidem calor non ratione sui, sed ex accidenti est opor: unus, nimirū quatenus meatus aperit: cuius census sunt lilium, lini semen, camemilum, fœnugræcum, sanguisucus, pulegium, calamintha, & id genus. Par modo rarefaciunt buiryū recēs, oleum dulce, cœsy pus, adeps, & reliqua quæ intra secundum gradum calfactiunt: quæ omnia efficiunt, quo minus cutis resolutioni impedimento su: humores ipsos præter id attenuat & discutiunt, quibus resolutis, facile tensa pars sub sidet & laxatur.

Supereft adhuc quintus laxandi modus, qui per eadem sit medicamenta, quæ eis quidem partibus quæ cutaneæ & membranotæ sunt, flatibus tamen tenduntur, prosicua existunt, ut sēpe tub. cute, in

X 5 testinis,

Institutionum Medicinalium

testinis, vesica, vtero, ventriculo, ac thoracis tegumentis contingit: excitatis vehementibus cruciatibus, quibus medicamenta predicta sunt proficia, admittitis tamē quæ mollia & lenia sunt, quæ partē tensam quodammodo obliniant, & cedere tendēti substantiæ faciant, quo minus doleat. Quo fit, vt in coli dolore & reliorum intestinorum exflatu, clysteria quæ emollient & discutiant miro modo proficiant. Cæterum haec medicamenta tensis ex frigore mediocriter calida sunt adhibenda, neque inflammatis partibus, nisi transacto principio. Haec itaque sunt chalastica medicamenta, quæ cum tensione multis modis contingat, videntur plures obtinere laxantium species. Nam quædam humectando laxant: alia molliendo: nonnulla vacuando: rursus quædam aliud quidquam efficiendo, ut nuper dictum est.

DE RECTO EMOLLIENTIVM præsidior um vſu

INSTYTUTIO VI.



T A T V I T Galen. dum & molle, similaribus tantum partibus accidere, rarerum verò ac densum ob meatum structuram, instrumentalibus, quibus pars in lege conueniunt tensum & durum ob plenitudinem solum obortum, quod potius tenetum aut renitens appellatur.

appellare docuit Gal. Nam durum hac in parte sta-
tuit tribus modis fieri, repletione videlicet, siccita-
te, aut concretione. Cæterum cum ex concretione
aut siccitate (nam de tensione præcedenti institu-
tione actum est) humores in particulis induruerūt
(quibus propriæ emollientia medicamenta profi-
cua sunt) id sæpe duabus de causis contingit. Alte-
ra est caliditas, quæ partem exsiccando, humores
ibidem impaetos, digesto per halitum, quod eorum
tenue est ac subtile, densos solidosq; ac duros effi-
cit: reliqua verò est frigiditas, quæ concretione
eosdem duros efficit, ut in glacie & grandine sæpe
conspicimus falsam quandam siccii imaginem re-
presentantia, potius quam quod re vera talia sint:
nam verè dura calore medio fiunt, sicut & siccā, vt
Gal. placuit. In cuius rei consideratione scire oportet,
siccitatem posse duobus modis fieri, videlicet
alteratione quadam noua inducta siccitate, per
ablationem partium humidarum, aut per compres-
sionem humiditatis contentę à terrestribus par-
tibus siccioribus, ut dictum est de glacie & con-
gelatione. Sic prorsus humiditas duobus modis
comparabitur: aut enim alteratione fit, qua ea res
exuat siccitatē priorem & induat humiditatē nouam: aut resolutione quadā partiū aquearum, quæ
compressæ constipatęq; prius erant, vel coactione
vaporis in aquam naturam, vel per subingressum
in poros partiū aquearum dissolutionęq; terre-
strium, prius in unū coactarū. His suppositis, dicen-
dū est, coagulationem genericē sumptā, prout cōti-
net omnē duritiae sortem, interdum fieri à calido
per se, si calidum illud fuerit etiā siccum, quę vera
durities est: tum inducendo nouam siccitatē,
quatenus est siccū: tum componendo partes
aqueas

Li. 5. sim
pli.e.4.

Libr. I de
tempera-
mentis
prope si.

Institutionum Medicinalium

aqueas, aëreasve, & humidas cum terrestribus siccis, necnon resoluendo partes aqueas in vaporem qui euolet & euanescat: quam quidem coagulationem, seu siccitatem fieri à calido per se dicimus. Interdum etiam per accidens calidum efficit coagulationem, cùm per antiparistasim cogit in vnu frigidum, quemadmodum in grandinis generatione contingit. Frigidum autem coagulationem per se facit exsiccando, si fuerit coniunctum siccitat: item condensando partes aqueas in vnumque cogendo cum partibus terrestribus, à quibus tortius condensatae etiam continentur, maioremque soliditatem accipiunt. Per accidens etiam frigidum coagulat, exprimendo partes calidas subtiliores immistas humido, cum quibus humidum quoq; implicitum euanescit. Item per accidens coagulationem facit frigidum, si vi caloris humidum resolutatur, qui in vnum cognit circstante & constipante frigido: dimittit etiani hac in parte aliam permissionem factam, quæ huic instituto minimè conductit.

Hæc profecto sunt, quæ breuiter de duritate & coagulatione colligere potui: incumbit nunc docere, quanam ratione quæ dura sunt & coagulata, liquari & emolliri possint. Liquescant itaque coagulata per se à calido, quoniam in calidum partes in vnum coactas à frigido rarefacit, & disgregat, simulq; disiungit partes terrestres, quæ vi frigoris arctius continebant partes aqueas. Pari etiam ratione calidum, ut per accidens congelat, ita per accidens liquefacit, quando scilicet resoluit partes aqueas in vaporem, simulque in vnum cogit partes frigidas per antiparistasim, quarū vi vapor ille disgregatus in aquam cogitur, vi frigiditatis in vnum

vnum coactæ, à frigido verò per se liquefieri dici possunt, impropriè tamen: vapor enim in aquam cogitur à frigore, sic que cōdensando & coagulando frigidum liquefacit. Item à frigido humido liquefunt sal, nitrum eiusque generis alia. Per accidens etiam à frigido quædam liquefunt, quoniam à frigido expellitur calidum, cuius vi fit crassitudo & impinguatio. Quæ verò vi caloris dura per se fiunt, solum euolatis humidis partibus, & intio coer citi terrestribus, dura fiunt, agente semper calore, rarefacienteque adeò usque ad tenuitatem quæ facilè euoleat & deserat proprium subiectū.

Quibus sic suppositis, doce te nunc incūbit, qua via quævis duritiæ species à suis causis proficiscatur, ut eadem emollientia medicamenta propria & magis proficia facile sit cuius adhibere. Causæ tamen quæ mediante calore siccitatem inducunt & duritiæ, quales sunt validū exercitiū, solis æstus, inedia, febris ardens, ac medicamen a quæ subito & vehemēter calsaciūt id quidem efficiunt, extra eti ab humoribus subtili substantia, ac dum crassa terrestrior remanet, cogitur duriorque efficitur, quia aërea aquosaq; substantia orbatur: quibus humida pharmaca prodesse est compertum, quia humudum viscidum separat à parte cui adhæret, & crassum mistione attenuat.

Causæ verò quæ concretione duritiem moluntur, qualis vehemens est frigiditas, facilè calore superariur & mollescunt. Sed condensationis a frigido triplex reperitur causa: vna à foris incidentibus, puta aëre, aqua, aut medicamento indexter adhibito: altera ex propria partis intemperie, qua humores in eam profluentes duritiem facile perpetuantur scirrhosam: tertia quidem ab influenti in ipsam

Institutionum Medicinalium

ipsam partem humore, qui resoluta parte tenuiori, faciliter duritatem contrahit. Qua ratione dictum est à Galen. humectantia medicamenta ijs que ex siccitate indurantur, tantum esse proficia: alijs vero quæ ex concretione dura fiunt, quæ verè emollientia appellantur: non quidem ut multi falso autem, calida & humida (qualia debentur duritiei per congelationem mediante concretione) sed potius calida & siccata. Quod eleganti oratione docuerat Galen. dicens: Oritur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa paruis particulae poris siue meatib⁹ impacta, digesto vero enim quod tenue est & subtile per halitum, ac deinde quod reliquum est, refrigeratio ac veluti congelato, scirrhosa sequitur dispositio, ac proinde frigidum pathos anunt. Porro quoniam cum frigiditate humor redundat superflaus, id circa compositam eius esse medellam oportet, ob refrigerationem scilicet, excalcentia poscente affectu, ob alienam verò humiditatem que mediocriter siccatur. Quibus evidenter constat, emollientia pharmaca, quæ talia debent esse, siccæ & calidæ naturæ necessariò fore. In quoru electione, ea fore proficia sunt arbitranda, quæ nec nimis intensæ, nec remissæ caliditatis sint: cuius naturæ sunt quæ in secundo gradu vigent, nec ultra nec citra: quæ sanè humectiore reddunt partem, quamvis ipsa siccata sint, liquata calore materia, quam exsiccare tenetur eorum medicamentorum siccitas. Quo sensu intelligendus est Galen. qui de emollientibus hæc refert verba. Illa verò ceu maiorem calorem, quam pro natura accendentia sunt, ac nonnihil quoque humiditatis contrahentia, qua ratione oportuit esse siccæ naturæ, qua contererent humiditatem. Verum

Li.5. sim-
pli. cap.6.

Li.5. sim-
pli.c.2.

rūm quia periclitaretur partis substantia, si cum
hoc, quod calida & sicca essent, etiam tenuium
fuissernt partium, necessarii fuit quodammodo
terrestria esse, ut mineralium pleiaque, quæ hu-
iusmodi difflationi maiori quam par foret, quo-
dammodo obsistat: & ob id emollientibus minera-
lia admiscemus gratia a temperandi calorem in-
duratorum, qui saepe contrahitur, tū etiam ut la-
xantia quibus admiscentur, non subsint ita mollii,
quia aliena sunt ab huiusmodi induratione. Cum Li. 8. phar.
hoc tamen consulit Galen. alia quæ tenuium sint ma. cap. 8
partium admiscere, sic scribens. Emollientium me-
dicamentorum misturam laudauit, nimirum ut præpa-
rant ē indurata corpora, & predictis pharmacis ido-
nea facientem: & cum hoc eādem parte monet, id
cautē esse agendum, nisi malum sit in membris in-
terioribus, ut in recore, tū penetrationis gratia, tū
quia membrū cōpagis est humidæ. Proutde quam-
uis innumera sint calcientia simul & desiccāta
medicamenta, sola tamen ea quæ conuenientem
ac simetrum calorem possident, vnamq̄ue illi cor-
respōdētem siccitatēm sunt fortuta moliri possūt,
quæ scirrhi instar indurata sunt: quod etiam con-
suluerat Gal. dicens: Non igitur curandē sunt par-
tes induratæ medicamento immodicē siccāte, sed Lib. 2. ad
cum eo quod calorem habeat tepidum, humili- Glau. e. de
tare: em verò neque maltam neque minimam: quod
enī superfluum humorem habet, nihil omnino
diffoluit: quod verò minimū, plus quam oportet
exsiccat. Quo sit, ut malactica, hoc est emollientia
medicamenta, eodem tempore vtrūque simul sint
agentia: nēpe quod cōgelatū est, fundentia, & sen-
sim per halitum digerentia: peculiariter enim me-
dicamentum emolliens, non omnibus induratis
ex

Institutionum Medicinalium

ex quauis causa ex vsu erit, sed his, quæ conge-
tione indurauerunt, magis, si in eis sit contentus
humor præter naturam. Tale enim est, bdelium, sty-
rax, galbanum, ty'niama, amoniacum, medulla cer-
uina, adeps caprillus, & alia, quorum inferius me-
nino.

His suppositis, necessum est docere, ea quæ indu-
rantur, posse vna ex quatuor dispositionibus ma-
nere: prima qua dura manent, citra alterius qual-
tatis commercium, quibus que verè emollientia di-
cuntur, proficia esse constat. Secunda, cùm duritiae
associatur lento & visciditas, cui iure optimo de-
bentur emollientia ea, que aut tenuium sunt par-
tium, aut eisdem commilcentur, ut docuerat Gale.

Libr. 8.
phar. loc.
c. 8.

dicens: Quæ verò ob frigidos ac viscidos humo-
res in solidis corporibus imbutos indurantur, ex
necessitate frigidam habent affectionem, quare &
calfacentibus, simulque tenuium partium pharma-
cis opus habent: hæc enim efficacia sunt, & ad vis-
ciditatem humorum induratis partibus infarto-
rum extergendam, & ad secundam crastitem, & dis-
cutiendos humores ita extenuatos. Sunt autem
hæc acetum mulsum, vel in quo hyssopum, thymū,
pulegium, anethum & similia precoxeris, aut oleū
prædictis herbis decoctum. Tertia autem forma
dura manent, quæ in callosam, tophaceam & lapi-
deam naturam degenerantur: quibus frustra adhibe-
mus emollientia super dicta. Quapropter his por-
rigere oportet, quæ humidam & fluentem substan-
tiam habent, tenuissimamque cū multis partibus
igneis vel terreis attenuatis. Cui usui concedun-
tur liquores, qui vel purè acidi sunt, ut succus limo-
num: vel pueriles acres, ut succus chelidoni: vel mixti
ex vitroque, ut acetum, præsertim scyllinū. Quibus
duruisse

duritiei modis addi potest quarta, nimirum curi durities, vt cunque sit, commixtam secum habet tenuum, acrium & erodentiuni succorum fluxione, cuius ratione in vleus cancerosum degenerare solet scirrhosa durities. Cui usui deseruiunt quidem quæ emolliunt, cæcium admistis non solùm mineralibus, sed additis oleo m̄dragoræ, succo solani, & aliorum quæ frigidissima sunt: quoru lib. de fœni. morbi copiam reperies.

At quia non est vnic corporum omnium, aut corporis partium conditio, sicuti neque unus duritiae gradus, ideo scire oportet, plures esse & variis medicamentorum emollientium ordines, iuxta maiorem, aut minorem corporis, aut partis vel tumoris excessum. Sic imbecilla mollientia paruis medicantur inflammationibus, ut etiam insinuauerat Galen. his adhuc fortiora, leue in duritiem sine phlegmone persanant: validiora ite maiores, que admodum & quæ duritiem in scirrum propè degenerantem curant. Cui usui extant apud Galen. Libr. 7. pharm. gen. c. 30. quatuor emollientium medicamentorum ordines, quos ad duos tanum placuit reducere, quia hi etiā adhuc differunt ratione maioris aut minoris solūm. Libr. 7. pharm. gen. cap. 4. Primi autem ordinis sunt (in quo item quædam leviter & alia efficaciū agere reperiuntur) cera alba, butyrum, axungia porcina & vitulorum sepū, axungia anatis, anseris, gallinæ, œsopus, lana succida, oleo amygdalarum dulcium infusca a: quibus aliquo. ex mineralibus addere oportet. Quæ vero secundi sunt ordinis, validiusq; emolliunt, in validis etiam & robustis corporibus, aut inueterata duricie profundunt, ea quidem sunt ut Gale. refert, guita ammoniaci, bdeliuni, galbanum, ladanum, propolis, thus: pinguia etiam, verum vetusta, & hinc rū,

X caus-

Institutionum Medicinalium

taurorum, leonum, maximè si aceto liqueantur, quo tempore tophaceas durities emollire etiam possint.

Variè hæc omnia consici possunt iuxta partis affecte varieratatem. Partes namque nerueæ, dum scirrhosæ fuerint, nullo aut modico aceto emollientia commista desiderant: sat est partem oleo & aceto calidis euaporare, quo disponatur ad emolitionem suscipiendam. At in partibus mollioribus & rarioribus, dum abditæ sunt, ut splen & iecur, aut quæ neruis carent, ut carnosæ musculi partes, tunc est acetivsus penetrationis gratia. Quapropter muscularis, carnosis partibus scirrho affectis, ammoniacum aceto liquatum plurimum confert, dum interpositis diebus cataplasma ex althæa, radice lilij, axungia porcina & oleo liliorum vitramur. In tendonibus verò & ligamentis, solo vtitur Galen. aceti vapore, in quo terrum candens aut pyritis lapis extinguntur. At dum scirrus in mammis conitabitur, cautus aceto est vtedum: faciliter enim harum parium substantiam aceto demoliemur, nisi affectus inueteratus sit, & corpus robustum: quo tempore Gale. modico vti-
tur. Vteri quidem durities omnino acetū renuit, sicut ea quæ ventris os attingit, licet hæc eu-

Li. 4. me-
thodi

Libr. 2. ad
Glau.

porationem sustineat, illa autem nequaquam.

Reliquas durities subticeo, quia Gale.
len, id copiosissime
docuit.

DE

D E A P E R I E N T I V M A V X I -
liorum administratione

I N S T I T U T I O VII.



V I aperientibus auxilijs probè vt studuerit, primò diligenter perdiscat differentiā cauitatū, quæ in corpore occludi possunt, vt iuxta cuiusq; naturam & locū aperientia auxilia administrare sciat. Ex cauitatibus itaq; quæ in corpore præsunt, quædam sunt insensibiles, velut cutis meatus: quædā verò evidētes, vt cauitates venarū, arteriarū, vētriculi, in estimorū, renū, vesicæ, vteri, pudēdoruī, ani, auriuri, natūrum, faucium, & meatum qui ad vrinam & semen transmittendum comparati sunt: itaque vt varij sunt meatus, ita & variæ reperiuntur obstruções. Cutis igitur meatus ab his quæ habent vim densandi, cuiusmodi est externū frigus, vel adstringendi, vt aquæ aluminosę, vel ex siccandi, vt Solis seruor, vel indurandi, vt durę frictiones, potissimū constiuntur: caloris euā retrocessus ad interia viscera, extremā superficiē densorem reddit: sordes itē quæ adhærent cuti: & ei admota emplastrica, vel terrena medicamenta.

Cuius rei gratia statuendū est, medicamenta aperientia esse in duplice differētia: quædā enim rarefacta appellatur, quę tantū sunt proficia cutis obturationibus: quædam rurſus verè dicuntur de obstruentia, quæ magno dissident interallo, ve

Institutionum Medicinalium

Li. 5. sim.
c. 13. Galen. statuit: namque rarefacere, tantum est super
ficiem cutis magis solutam reddere, ut vapo; es per
ipsius meatus cōmodē difflari possint, aperire au-
tem, est ad profunditatem meatuum penetrare, ob-
struentiaq; corpora attenuare, abstergere & excu-
tere. Sunt itaque rarefacientia modicē calida, mi-
nimē desiccantia & tenuiū partium: aperiētia ve-
rō, crassē substantiæ esse oportet, & maioris calo-
ris, cùm ad profunditatem penetrare teneantur, que
non oportet secundum gradum caloris transcen-
dere, nec plus crassitici obtinere, quām par sit, ad
sustinendum diutius calorem.

Cutis igitur dum constringitur, rara siet, calore,
humore, aut calore & humore simul, vel motu: dū
verò ab externo frigore cōstringitur, modicē cal-
faciētibus rarescit, ut aëre calido, quemadmodum

Libr. 2. Galen. consuluerat, inunctionibus, tegumentis, fri-
ctionibus etiam, quemadmodum Hippoc. scripse-
rat, necnon & idem Galen. Cauendum tamen est à
Li. de his que in duris frictionibus, ut quæ densiorem & duriorem
medicat. reddant cutem. Quod si aquæ aluminosæ contactu
Li. 8. Me- densitas prodeat, vel alterius similis medicamenti
dho. accessu, profundus fatus ex oleo tepido, amygdalarū
dulcium, evaporationes ex dulci aqua, calidi etiam
aëris contactus. Verum à Solis æstu aut dura fri-
ctione balneis aquæ temperatæ & prædictis inun-
cationibus laxa fiet: cōstrictiones à caloris retroces-
su curant extremarum partiū frictiones & totius
corporis, donec rubescant. Quibus autem ob pul-
uerem aut sordes meatus obturantur, abstensiones
profundus ex furfure, farina fabacea, oleo & nitro, ut
egregiè docuerat Auicen. loquēs de opilatione
non profunda.

Sed longè maius negocium facessit patétiōrum
meatum

Li. 4. fer.
2. c. 36

meatuum obstruetio, tum propter causarum varietatem, tum propter partium diuersam naturam. Sed in uniuersum cavitates eae angustiores redduntur, quando corpora quae cavitatem constituunt, comprimum:ur, concidunt, cothrahuntur, obstruuntur, coalescunt, tenduntur, distorquentur, vel a suis sedibus egrediuntur. Compressio namque contingit vel ob adiacentis corporis, aut ipsius partis extrinsecum tumor, vel re graue in arctius alligatum. At concidunt latera meatus contingentia, dum nimio humore imbuta, suum terminum retinere nequeunt, vel cum euacuatur id quod in cavitate contentum latera inter se distare faciebat. Contractio etenim a siccantibus nascitur, corrugatione media, sicut sit ab adstringentibus medicamentis, aut a facultate retentrice vehementius cogente. Porro obstruetio sit a rei, quae in cavitate continetur, crassitate, lentore & multitudine: quorum quedam familiaria sunt ipsi parti, ut cibus, & sanguis contenitus in venis: quedam excremeria sola qualitate iuncta, ut crassi, tenacesque humores: quedam quantitate: alia etiam tota substantia, ut lapis in vesica, pus, sanguis concretus, callus, stercus durum, vel tuberculus aliquis, aut copiosa pinguedo. Coalescunt insuper partes, cum vulneratae vel vices atque fuerint, intercedente nimirum carne, vel ex coartato coalitu. Item luxatæ partes, vel male figuratae, vel vtcunque a sua sede dimotæ angustiores efficiunt meatus, & male dispositos. Ex qua causarum varietate constat, quam difficile sit aperiendis medicamentis vti.

Institui cuiusque obstructionis differentiae medium aperiendi seorsum scribere, quo clarior euadat docendi ratio, ne quis everso ordine aperiendis

Institutionum Medicinalium 1

tibus vtratur. Sic cùm ex tumore præter naturam, aut quis alio meatus occluduntur, non aperiens tibus, sed his quæ aut tumorem præter naturā currer, aut rem adiacentem auferat, curari desiderat. Verum dum laterum concisione delitescunt meatus, inspicere oportet, an ex numia humiditate id fiat: quam sudoribus exsiccare, aut alijs auxilijs sat est: item an cōcisa sit vena ob immodicā vacuatio nem, quā per alimenta optuni & copiosi nutrimenti aperies. Quòd si ex siccitate corrugētur, balneis, inunctionibus & alimentis rem humectabis. Adstringentia medicamenta, si id fecerint, auferenda protinus sunt, & pars fouenda dulci oleo & moderata frictione. Quòd si robur contentricis facultatis id fecerit, deiiciendum est tepidis, pinguis & mucilaginosis, & nonnunquam expultrix excitanda est, ut contra operetur: dum verò situs partium mutatur, eas ad antiquum statum reduce res sat est.

Obstructio quidem quæ longè maius faceſſit negocium, tribus omnino capitibus continetur, iuxta tres communes vias humoribus deferendis, aut excrementis excernendis destinatas: nimirum omne venosum genus, intestina, & instrumenta vrinæ seruientia: nam dereliquis omnibus actū est hucusque ſufficienter.

Vrinæ autē seruientia instrumenta, dū obturantur, longè maius faceſſunt negociū: quippe obſtruuntur ab humoribus crassis, à ſanguinis grumo, à pure, à tuberculo, aut tumore quoquis præter naturā, à carne succrefcēre aut carūcula, & vltimò à lapide. Quæ ſane cauſe hoc habent in curatione commune, quòd antequā medicamēta, quæ contra cauſam pugnant, adhibeantur, expoftulant à yesica vrinæ prius

priùs deponi, ne nobis præter spem contingat, foramine adhuc obturatio, medicamentis quibus latem speramus, maiorē allicere vrinę copiam, grauiorāq; symptomata concitare. Sic priùs fomentis, infusionibus, inunctionibus, catheteribus, motibus vehemētiori us vrina prouocanda est, vesicaque ab onere liberanda, & mox pro ratione cuiusque causæ curatio aggredienda. Si tamen ab humoribus crassis & visc. dis obstructio fiat, præmissa per vomitum aut expurgantia pharmaca ventriculi & totius corporis prouidentia, omnia quæ obstructionibus venarum & inter orum viles rerum in eisdem caulis profun̄, adhibenda sunt: dummodo illis admisceamus quæ vrinas mouēt, ea solūm quæ meatus vrinarios abstergere possunt, non quæ vrinæ copiam ad eas partes aliciunt. Verū si sanguis concretus meatus obstruxerit, adhibitis quæ lapidem comminuere nata sunt, alia mox leges, & additis etiam calidis medicamentis curationi persicies: namque non sat est, esse tenuia, acria & aida, nisi caliditatis aliquid obtineant: fundit enim quod concretum est calidum medicamentum, vt oxymel ex decocto artemisia, iubia, aut beri vel iubi cum leporis aut hedi coagulo & aceto mulso. At purulentia materia ea medicamenta expostular, quæ abstergerēdi potentia obtinent, non laxaria & emollientia, vt nonnulli consulunt. Quippe affectus & cauitate natura solidis abstergentibus gaudet, maximē si eis miscerimus, quæ tenuandi vim obtineant ac mouendi etiam vrinas, vt cap. de abstergentibus reperies.

Quod si supercrescens caro aut verruca, vel caruncula aliqua pudeundi meatum obstruxerit,

X 4 longè

Institutionum Medicinalium

longè diue sam rationē apriendi desiderat (præ-
remissa Galen.curatione tanquam suspecta.) Nam
que in huiusmodi obstructione, quæ carnem ex-
cendi, & carunculas perforandi vires habeant, sunt
adhibenda, præmissis quæ emollient, laxant, ac
dilatant partes per infestationes, fomenta, inunctiones
& empi stia, à quibus mox tentare conuenit,
hastulas petroselini, iunci aut maluarii per cana-
lema ad vesicę vsque cauitatē immittere, quibus si
sieri potest, caro aut caruncula perforetur Quod si
ob duritatem sieri nequeat, inferēda leniter est can-
dela cerea (cauendum tamen ne intus frangatur, ne
aliquid eius aut aliorū intra vesicam excicat) quod si
ita res successerit, quod caro rumpatur (quod ex
saltu, & portione candelæ ingressa cognoscet) ma-
iorē te existimā fecisse partem. Verum si nō per-
meauerit, conficienda est virgula plumbæ, qua ite-
rum conari oportet carnem dirūpere: quod si hec
adhuc non profuerit, argenteo catheterere ut cđum
est, donec caro paulatim & leniter perforetur, ac
sedato sanguinis fluore, & relicta ibidem per diē
candela cerea, aut iunci hastula, poste à extracta cu-
riosè est inspicienda: & qua parte sit cōtusa & com-
pressa, circa eam obducendum est medicamentum
huic apertioni continuandę proficuum, exsiccans
nimirūm & erodens, quod carnem depopuletur &
exedat, qualia sunt ex mineralibus & metallicis plu-
ra. Verum quia in rebus dubijs, incertis & pericu-
lofis satius est expertis vti, quam intrepidè noua
expetiri, placuit scribere mirabile illud vnguentū,
quo s̄p̄e & tutò vtebarit Lusitanus quidam in
hac re perillissimus. Recipit quidem eruginis, auri
pigmenti, calcithidos (vitriolum vocant) aluminis
rupei, singulorum. 3. ij. perfusa acerrimo aceto
inter

inter duos marmoreos lapides ducantur accuratis simè, redacta quæ in leuorem tenuissimum exposantur Soli caniculari: exsiccatus puluis rursus aetate affaso, ducendus ac levigandus est, Solique similiter exponendus: id quod octo aut nouem diebus facere necesse est, donec partium summamente nuitate acquisita omnem prorsus acrimoniam atque mordacitatem amiserint: namque fortia medicamenta, ex acetō diebus pluribus contrita, morsu quidem & acrimonia carent, vires tamen maiores acquirunt. Confecto itaque puluere, accipito argenti spumæ (quæ lythargireos appellatur). 3ij. olei rosacei 3.iiij. quibus per cocturam ad emplastrum formam redactis illius. 3ij. permisceto cum pari portione predicti pulueris: aut minori, si imbecillus facere studueris. Quod quidem vnguentum mitius adhuc efficies, si olei seminis cucurbitæ. 3.ij. admiscueris, & ad formam linimenti molitoris efficeris: cuius autem aliquid in se recipiat cedula cerea parte signata a carunculae foramine excavata: curandumque est, ut ei parti exquisitæ adhæreat: vel candelam inuolues linteo mollissimo in circuitu ad modum lineæ gyratiæ, supra quod vnguenti aut linimenti aliquid appones: nam fixius ea arte adhæret medicamentum: & tunc perstabis in hoc opere donec carunculam extirpasseris cognoveris ex libero vrinæ exitu, & ex facilis cadelæ transitu, & nullo aut fauissimo pure excreto, mox tamen vlcus absterges & conuenienti methodo curabis.

Quod si vrinarium foramen, aut aliquid eorum quæ a renibus in vesicam deferuntur, lapide obstruantur, aperienda solùm via est lapide fracto, aut a foramine semoto. Frangere quidem eum q.ii in vesica

Institutionum Medicinalium

vesica est multi tentarunt, frustra tamen: & cum
hoc ego etiam tentabo idem efficere: non tamē dū
in duritatem lapideam commigravit, sed cūm adhuc
in glutinis formā concrevit solū: quod possibilius
arbitror. Cui usui præstat scire, varia medicamen-
torum lapidem frangentū genera à varijs autho-
ribus scripta fuisse, diuersa quidē & sēpe contraria,
vt facile apud Gal. reperire est, quod non citra ma-
ximam considerationem, & salubre medendi consi-
lium factum esse censeo: ex varia etenim frangēdi
lapidē ratione, & ex varia lapidis cōpositiōne seu
atate aut tēpore sumpta ad id indicatione. Quam-
obrem, postquam Medicus ex proprijs signis, lapi-
dē inesse vesicæ cognouerit, nō potest hoc aut illo
medicamentorū genere indistinctē vīs, sed à prin-
cipio id adhibere tenetur, quod iuxta lapidis statū
proficiū fore cognouerit. Cuius ratione sciēdū
est, quatuor reperiri medicamentorū frangētiū
lapidē genera multis doctissimorū compertū esse.
Primiū quidē rimari diligēter oportet, an lapis sit
plurimū induratus, concrevus & cōpactus: an paruo
aut nullo glutine cōfectus: nā hoc esse lapidis prin-
cipiū Hipp. his verbis statuit. Glutinū quidē sit pi-
tuita ad faciem arimixta, & primò parua lanugo
superstat, deinceps quod accedit arenosum sit, glutin-
no siente pituita: quod etiam eādem parte longius
explicat. Quo quidē tēpore solem adhiberi calidio-
ra, quā pro frangendo lapide forent necessaria, vt
Gal. optimē aduertit, quibus exsiccatio debili, aut vt
rectius loquar, dissoluto, & nondū cōcreto glutine,
facilius in hil eatur lapidis concretio. Quē usui
præstat inter alia, quē breuitatis causa prētermitto,
zizoziana herba, vulgo tabaco appellata, cuius pul-
uis quātitate..).j. cū tripla facchari quantitate, &
vino

Libr. 4. de
moro.

Li. 9. phar-
ma. 10. c. 1

vino aut aqua saxifragiæ exhibitus plurimū cōducit: veluti stillatitia aqua ex calcitrappa, & decoctū etiā florū & seminis eius. Verū si sā induratū esse lapidē cognouerint, nō tamē omnino concreū, necessaria sunt ea medicamenta quæ tenui^{b9} cōstāc partibus, ac dā tamē & multo humore inundātia, & quæ calore sunt moderata: nam talia à tenuitate ha bēnī vt penetrant clēnsas cōcreti lapidis partes: ab aciditate, quod līscindāt & in minutissimas partes lapidē dīsīpēnt: à copioso verō humore, quod mā defaciant, & veluti emollient: e gēt tamē moderato calore: nam quæ acrīus calsaciunt, magis indurāt, quām cōminuant lapidem. Cuius efficaciæ sunt succus limonū, oxalidis, radicis iubī: betonica ipsa, graminis radix, adiantum, asplenium, smyrnij se men, runnicis radix, vītis lacryma, semen maluæ silvestris, radices canarum, blitis, saxifragiæ, vr̄tīca & alia huius naturæ. Tertij generis medi camenta ea sunt, quæ inappropriē lapidem līscindere dicuntur. nam abstergendo tantūm at terendo que superficiem lapidis, ipsum conte runt, vt alpera omnia, sicut vitrum tritū, lapis spongiae, lapis līncis, cīnis leporis cōbusti, cīnis corticū ouorum, lapis vesicæ hominis aut porci & alia hu iusmodi, quæ vt sā: parui momēti, ita voluntariē subticeo. Quarto loco ea oportet porrīgere, quæ multam vr̄uam prouocent, vt quod ex lapide ex cussum est, & in arenulas aut frusta cōminutū, inū dante copiosa vr̄ina pellatur. Qua quidē lege Medi cus poterit, inspecto statu laboratis, porrīgere que proficua fore sperauerit. Sunt præter hāc alia me dicamenta, que à proprietate ferunt id posse: sed hēc prætermittit, nā plus fictitijs quā veri obtine re arbitror. Insuper cōposita reperiūtur nō pauca, quæ

Institutionum Medicinalium

quæ efficacius id possent efficere, si experimentū probasset, ut rationabiliter videtur compōsi. a. Et hæc sufficient, quando breuis institutionum ratio plura non amittit, & lib. de inter. morb. curatio. latius scripsi.

At quod maius videatur negotium facessere in aperiendis meatibus, est venarum, tum viscerum, tū totius corporis obstruētio. Quam efficere solent humores multi conferunt & subito vasa obturantes, aut viscidi & crassi ibidem congesti, & vasorum tunicis adhaerentes, præpedientesque aliorū humorum, tum difflationem, tum distributionem sufficienter. Fert quidem natura patienter collectiones humorum, donec vel qualitate sua sint admodum molesti, vel crescendo iam incipient eam premeret: quæ si valens sit, eos aggreditur expellere vel deuincere: ac si impotens, humorē ibidem permanere sinit, & obstructionem efficere: quod si multi aut calidi fuerint, febrem accendunt: si verò crassi & tenaces, minimē aut longo post tempore, ut Galen. mille rationibus probat. Eueniunt quidē sibi ipsius ac citius, huiusmodi obstructions, in frigidis & foemineis naturis, que ob crudis sanguinis copiam, aut vitam ociosam & sedentariam facile his humoribus aut excrementis abundant, tardius verò in calidis.

Sed medicamentorum, quæ deobstruere possunt natura triplex reperitur: unaquidem quæ priuō & per se humorum peccantium prauæ conditioni se opponit, euacuatione nimirum, si quantitate pecunia: aut purgatione, si vitio aliquo: incisione, attenuazione vel absterione, si crassi, viscidi, & tenaces sint. Altera iurius, quæ ex accidēti obstructionē denolitur, pondere videlicet, et iāq̄si abstensione.

Li. 8. phar
malo. c. 6
Li. 9. &. 11
method.
Li. de eo-
stic. art.
med.

sione id efficiant. Tertia verò continet ea medica
menta, quæ infartu liberant & obstructione, quæ
à Gal. ecphractica, & ecatarctica appellantur, quasi
expurgantia & infartu liberantia dixeris: quæ om-
nia nitrosa & amara sunt, non nihil ad strictionis ha-
bentia: cuius ratione, quæ circa ventrem sunt par-
tes, quæque in iecore, liene alijsq; visceribus, cùm
maximos in se meatus habeat, maius accipiūt com-
modum ex vasorum corroboratione, quām pro-
pter oscularum exiguitatem lēdantur. Sunt au-
tem ea vt scylla, ius, nitrū, aphronitrum, spuma ni-
tri & scryphon, & id genus reliqua, quibus raro
vtrinque solis, sed ob humoris peculiarem conditio-
nem ea quæ primi generis esse diximus, admiscere
subemus. Nam cùm humores crassi, viscidi & lenti
plerumque obstrunctiones efficiant, ob id Galen.
consulit ea esse adhibenda, quæ abstergendi & at-
tenuandi vires habent: nīm abstergentia & inscen-
tentia, viscidityatis præsidia sunt, crassitiei atte-
nuantia. Inter quæ medicamenta etiam eligenda
sunt, quæ cuique membro proficua experti sumus,
veluti quæ iecur respiciunt, vt nardus Indica & Cel-
tica, ex aqua frigida epota, lauri cortex, tribus obo-
lis vino odorato sumpta, piceæ folia mulsa diluta,
gentianæ radicis succus, aut decoctū chamaepiteos,
eringi, rapontici, agarici, betonica, eupatorium: qui
bus admiscere oportet succuni, vel serapium cicho-
rii, aut absynthij: quibus etiam modicas lienis ob-
structiones auferre poterimus. nam quæ maiores
sunt, vehementiora desiderant, vt capparis corti-
cem, radices tamarisci, scolopédrium, scyllam, asple-
nij folia, & alia id genus: cuius na uræ eit viuum
in quo ferrum candens sæpius fuerit extinctum.
Hoc tamē obseruabis, quod si iecoris cauū tuerit
obstru-

Li. 8. me-
thod:
Li. 11. etiā
& 3. art.
med.

Institutionum Medicinalium

obstructum, quæ ventrem soluūt admiscere oportet: si verò gibbum, quæ per vrinam purgēt: in henis autem obstructionibus semper addere oportet acetum non nihil.

Verùm licet hæc sufficere viderentur, necessarium tamen est nosse quid primò sit agendum in de obstruendis visceribus, inscindendū ne, an abster- gēdū aut extenuandū, an simul to:ū peragendū. In qua re, nisi quid particularius obstituerit, semper attenuantibus primò est vtendū, mox inscinden- tibus, & abstergentibus vltimò. Quod si ex omni- bus vnum cōposueris medicamentū, longè utilest te fecisse existimat: in quo tamen primis diebus at- tenuatio polleat, postmodum addere oportet quæ inscindendi vires obtinent, vltimò tamen abster- gentia, & repurgantia vigeant necessarium est. Qua- ha autem sint quæ attenuant & inscindunt, antea dictum est. Abstergunt quidem inscisos & atte- nuatos humores mel, saccharū, terebinthina, addi- to rhabarbaro aut agarico: præsertim si his utaris tertio vel quarto quoq; die .ij. pondere, in aqua lupulorum facta infusione & expreßione. Quorū sufficientem copiam reperies lib. de curat. morb. cap. de iecore & splene obstructionis: nec non lib. de recto præsidiorum usu.

Secundum autem apertoris obstructionum ge-
nus, maioris est efficacij & vetustioribus affectio-
nibus proficuum: quod perficiunt ea medicamēria,
quæ (vt ferunt) sua grauitate deorsum ferre omne
id quod in vijs antestat, vires habent: qualia sunt
Li. 9. sim- omnia medicamenta quæ ex chalybe conficiunt-
pli. c. de tur. Quæ quidem, non solum pondere & grauitate
squāmis. id nata sunt efficere, sed vt Galen. aduertit, quia
non-

non nihil obtinent caliditatis, & plurimum abstersionis, & ut lib. de fœminarum morbis diximus, ob vim etiam purgatiuam ex parte sulphurea, qua abundant: quo sit, ut calore sibi viam aperiat, & humores etiam attenuet, pondere quidem celeriter quoius meatas perniet, abstersione vero humores abrada. Nec ob id credendum est, crassorum partium chalybem plus prodesse, quam dum subtiliter limatur: quippe tunc potius perforat humores suo pondere, quam vi propria absterget: quo sit, ut fœmine sic curatæ cuius reincident in maiores obstructiones: quod profectò his quæ subtilius limatum chalybem acceperunt, non accidit. Exempli tamen gratia modum præparacionis syrum aut alterum proponam: longius enim de hac re egimus lib. de fœmin. morb. & lib. method. & de recto præ. vsu. Quod magis proficuum fidissimo experimen cognoi, & chalybem subtilis. finiē limare & tæpius aqua rosacea vel quavis alia ablueret, & a linitere prædictis medicamentis hac forma. Excipe syrum de quinque radicibus (in fœminis sine aceto, & in viris cu eo) syrum cichorij & adianti ana. 3. iiij. pulueris ruli, & runi is ana. 3. i. i. pulueris diamantaronis s. iii. 3. j. chalybis subtiliter limati & lotti. 3. viij. nitre & fiat ad modum opiatæ. Robustioribus vero a Idere poceris mellis 3. ij. chalybis usque ad. 3. j. i. diatra, acathii. 3. j. dia curcumæ & dialaccæ ana. 3. ij. Cuiusque haru compositionum sumat laborans manè coquere unum, & mox per locum accluem & decluem viuis horæ spatio teneat. Verum in his qui aut vomunt aut aluum habent adiunctam, ex viu est mollicum aquæ calidæ an ea sumere: in alijs modicunt vini, & si quod accidet faccioneat,

iuxta

Institutionum Medicinalium

fuxta eius naturam subuenire oportet, ut locis citatis
abunde dictum reperiet diligens lector.

DE TRAHENTIUM AVXILIORUM ADMINISTRATIONE

INSTYTUTIO VIII.



TERI motum localem vno è duobus modis, vnamini constat Philosophorum, & Medicorum omnium consensu: vno à principio quodam intrinseco (causa hac in parte non meminero) alio quidè à principio extrinseco, in quo res mota renitentiam potius quam actionem prestat. Quod sanè motus genus iterum diuiserunt Philosophi in quatuor species, quales sunt pulsio, tractio, vectio, & vertigo. Inter quas hæc est differentia, quod pulsio sumit denominationem à termino à quo pellens incipit motum: tractio à termino ad quem: vectio ex uniuerso motus spatio: vertigo vero ex pulsu & tractu componitur. Pulsu vero vtimur, cùm aliquid quo non oportet vergit: sic medicamentorum repellentium adminiculo à parte trudimus quod præter naturam fluit: quod si ea professe non comperiamus, tractu uti cogit rei necessitas: quippe trahentia auxilia, vel propria virtute, vel per contactum ad se alliciunt quæ aliunde vergunt. Verum hæc trahentia auxilia, duobus modis considerata & accepta reperio: vno, cùm à virtute

tute quadam trahente sibi indita id munus exequuntur: ut magnes & rhabarbarum: alio verò consideratur tractio, quæ solùm est humorum transmutatio, absque peculiari trahendi virtute: qua significacione, licet genere iugos trahentia auxilia eadē sint speie, longè tamen diuersa sunt, & diuersa constantia materia. Quę sane trahiēta omnia quatuor generibus tantum continentur, in vacuo vide licet, in suetu, in dolore & in calore: quoram omnium meminisse decreui, ut cuique constet quando, quomodo & quo usque hoc vel illo tractionis modo vni teneatur. Nam licet soli curi hæc adhiberi possint, consequuntur etiamen quadam visceris & internum corpus exonerant, soras trahata materia tabidas & veluti sideratas partes restituantur: venenum in cutim euocant, vitiosam sanū exhauiunt, criticos abscessus accelerant, deplostatos, pleuriticos & sortasse aitonitos relevant, inguinum tumores amplificant, squamas ossium detrahunt, coxendice laborantes iuuant, hydroponis sursum in iuuant, clavos, spinas, sagittas & profundi loquacant, sic reuulsiones & alia pleraque exima beneficia præstant.

Vacuum non ut vulgus arbitratur, simpliciter trahere est intelligendum, cū sua sponte nihil agere, ut quid priuatuum possit: cum hoc ta non duobus modis vacuo trahere accidit. Primo, quæ paries quæ circunstant, propter sui conseruationem, in unionem sitam, naturaliter coniunguntur: quo sit, ut grauias sepe accendant maiori vi, quam dum ad proprium locum condescendunt: quia ad proprium locum, ut melius se habeant, adeunt, sursum verò contra proprium motum, ut conseruentur viaerum. Trahitur secundò alia ratione in vacuo, nēpe

Institutionum Medicinalium

quia in corporis partibus vacuis & inanitis excisiatur facultates ad validas & cōsuetas tractiones: qui modus frequentissimē usui medico proficuus est. Hac enim lege sūt reuulsiones, quæ cū euacuatione associātur: nā inanito distantiori à parte affecta mēbro, quod ibidē superest, facile ab innato trahitur: modò ipsa facultate trahente: modò successione ad id quod euacuatur, humore delapso. Quod sanē præsidium, dum vacuationi adiungitur, semper vires validas requirit, nā sanguinē mittere & eo usq; corpus vacuū reddere, vt à distatissimis trahere cogatur, graue est, nisi vires cōstēt. Nō minores obtinet trahēdi vires suctus, quinimo ē profundioribus & distantissimis partibus educere valet. Quem usum præstant cucurbitæ, hirundines, folles, aut syringa vacua, quæ fugendo à partibus quibus adhærent, ad se facile alliciāt. Utimur tamen hoc præsidio, ubi vires penititari veremur maioribus vacuationibus.

Dolorem de maximē trahentibus esse Gal. & fere omnes Medici asseuerāt. Verūm statuendū est, non vi & efficacia propria id posse efficere, cūm qualitas solū sit intentionalis, sed potius arbitrandū est tractionē succedere, quia ad dolentē partē reliquæ transmittunt propter cōmūnē sympathiam quam habēt: quo sit, vt omnes condolentiā persentiscant, & quod habent (siue abundet, siue fecus) transmittant, facultate nimirum totius corporis transmittente ad partes affectas. Quippe Galen. ex professō docet, dolorem non trahere, sed transmissionē & fluxionem mouere. Quod duplicitatione posse fieri existimo: nimirum spiritu & calore per arterias transmissō ad partē dolentem: aut humore per venas ad eandem delapso: illud qui-

Li. 3. me-
gho. c. 3.

quidem necessariò sit in omni dolore, eo quòd facultas vitalis spiritum & calorem ad singulas partes pro ratione usus & indigentiae transmittit: & cùm pars dolore affecta eo tempore ad causam molestiam propulsandam plus indigeat calorem & spiritu, ob id natura ex propria lege id semper nititur: cum hoc tamen vera tractio dici non debet, quia non sit appetitus mouēte facultatem ad expellendum nocuum, aut ad trahendum simile & necessarium, quorum neutrum in dolore reperiatur. At in quibus aut sanguinis missione reuellere non datur, aut iam factum est, & non sufficit, præsentaneum remedium est longè à parte affecta dolorem vinculis, aut alio quoquis modo excitare.

Potiori profectò ratione tractiones calore fieri omnibus est cōpertū, non quòd calori insit trahendi potentia, quantūvis ab Hipp. dictū sit, membrū per caliditatem trahere ad seipsum à vicinis venis & carnibus pituitam aut bilē. Nam si quis authoris mentem sat is callere studeat, reperiet partes potius medio calore trahere, quā quòd ipse per se trahat: dilatat enim partē calor, & tuis humoribus vicinū partiū trahere dicitur. Quo sit, vt partes præter naturā calidæ, protinus humoribus repleantur: tū quia dilatare faciliū suscepisti: nū verò quia humores prōptius ad eas liquati cōfluant. Qua quidē ratione Gal trahentia medicamenta, calida esse & te Lib. 5. similiū partiū assuerat. Caloris enim est partes dilatare, & humores fundere: & tenuium partiū est in altas perineare partes, quo faciliter siunt in partibus magnæ attractiones. In qua re statuendum est, trahentia auxilia aliquando quod attractum est à corpore, sensibiliter excludere, cùm attractione cùm euacuatione sit, vt in reuulsotija

Lib. 1. de
morb.

Z 2. san.

Institutionum Medicinalium

sanguinis deinceps: aliquando vero insensibilius, ut digesta efficiunt medicamenta: non nunquam solum attrahunt circa discussionem, ut cum in partem emoriuntur calorem & spiritum reuocant. Quod etiam proclauerat Galen dicens: vicinæ sibi virtutes sunt eorum i quæ in alto latent, attractrix & attractorum digestrix: nam quæ trahunt, etiam nominabilis utiuntur, & quæ discutiunt, pariter trahunt: differunt tamen quia in digerentibus discussoria vis est, in attrahentibus attractrix præpollet. Quaratione Galen loco citato, valenter trahentibus ac strigentia admiscent, ac nonnumquam emplastrica, vi uno tantum medicamento, aut solum quod opus est, trahatur, aut minus, ut discussioni detur locus, ut necessitas postulauerit.

Medicamenta vero trahentia, duorum sunt generum: nam quædam sua sponte nata sunt trahere, ut raphia, sagapenum, tropolis, succus cirenaicus, euphorbium, opos anax & alia huius naturæ: quæ am eam aduentio calore trahunt, ut ferinen um & stercora putrefacta: inter quæ non parua inest trahendi diversitas, ut Galen auctoruit, quæ medicamenta à secundo ad tertium ordinem calfacientium vagantur. Sunt præter dicta, alia quæ proprietate quadam magis quam aliæ er id agere videntur, ut radix arundinis cum melle, radix oxiacanthæ, coagulum, oleum etiam scorpionum, & theriaca. In quorum administracione Galen sic scripsit. Quod si summæ quidem partes omnia noxa caruerint, id vero quod euacuari oporteat in penitioribus partibus fuerit, intendendus arque augēdus est dispersoris medicamenti calor, cum dubitatū sit, ne prius quam profundas attigerit.

L. 5. sim.
ph. c. 16.

gerit partes. interim vires amittat: neque tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient, cum omni vacent affectu. Quare nunc haec duo simul inuitant ad calidum pari erat que aerum medicamen. orum usum, & summat partes, quae tolerant, & profunde que egerint. Quibus constat praecalidis esse utendum in profundioribus malis, ita ut iam acris sint, quae Graeci methasacristica vocant, id est, transponentia, traducentiaque ab intemperie ad extimas feves, quae etiam vocant tulificania.

Quorum enim usum docuit Galen. in libro 5. et ibis. Si Li. 5. simquidem vbitantum corpus celeriter calidacere contrahitur. cap de Lignum est, ea tunc exhibenda sunt, que & celerissime a caloris nostri contactu incalescant, & promptissime vndequaque ferantur: verum vbi panem quampiam refrigeratam calidacere studemus, contra agendum est, num irum que tardè calescetia plurimo tempore perdurent. Itaque cum in calorificis mens est, ut per moram igneæ partes in profundas sedes mecent, non in solas eas quibus admouentur, eligenda sunt calida, multam habentia lentamque humiditatem, atque testimoniam calidi euolationem adhibeant & remiorentur, cuius generis sunt tarsia, nasturium, sinapis, & id genus: quorum calor diutius duret & tardè succendatur, vi quæ ex profundo sunt evocatura humores. Cæterum cum mens est, panem quam primum contingunt, cum aliquid attractionem excalidacere, eligenda sunt, quæ circa incocitam humiditatem promptè incalcent, qualcum substantiam Galen. in pere constituta: nam ob eam tenuitatem humiditas experient, cuiusvis exuritur & perineat: quod etiam alibi ex reliquo docuerat. Ex quibus omnibus aperiè constat, trahentia omnia, aut secca & tenuia, aut

lib. 4. de
finit. tu.
cap. 11.
L. 6. fib.
p. 6. dez n.
g. v. c. c.

Institutionum Medicinalium

partium esse, aut humida illaborata humiditate. Siccis vti docet in extremis partibus, reliquis vbi ex profundis locis aliquid educere conamur. Prætereà sensim aut confertim, leuiora aut maiora, continuò aut interpolatè huiusmodi præsidia adhibenda sunt, prout affectus diuturnus, grauis aut acutus fuerit. Nam graibus & periculosis maiora à principio sunt adhibenda: diuturnis verò, sensim & paulatim vires eorum sunt augendæ, inspecta parte cui adhibentur, ne ultra modum operentur: parsque ut facilis vim medicamenti suscepit, vino aut aqua repida fouenda est. Lex autem & ratio vtendi, neque una in omnibus in quibus conueniunt, neque quibusvis omnia sunt adhibenda. Nam criticis tumoribus, venenatorum morsibus, & pestiferis bulbis, non sunt adhibenda quæ vehementer trahant, sed quæ leuiter: nam præter id quod plurimum calorem concinant, minori transpiratione grauius periculum accersunt. Ultimò tamen vti Galeni consilio expedit, qui partem cui adhibentur medicamenta hęc, circumlinire medicamento aliquo inflammationem arcente docet: in alijs vero, in quibus ex profundo allicere conamur, his opus non habemus: præstat tamen in omnibus à leuoribus sui generis initium sumere.

Sed de tractione expurgantis medicamenti non nihil docere institui, quantumvis sciam non magis posse meam sententiam pluribus placere, quam reliquorum authorum. Conueniunt itaque ferè omnes Medici in hac re: nimirum medicamenta purgantia trahere peculiari quadam trahente virtute, calore quo abundant, plurimum ad id iuuant.

L. 3. phar
ma. loc.
cap. 30.

te. Alij tamen ex similitudine tractionem fieri contendunt: item alijs qui ad veritatem propriūs accedunt, tractionem in calorem, electionem vero in hucus aut illius humoris similitudinem referunt: qualis autem sit hæc similitudinis ratio, non constat: nam varias proferunt de ea re sententias. Nos autem per similitudinem, modum quendam mixtionis in medicamento & humore similem intelligimus: hoc est, quod æquas portionibus elementorum constet humor ac medicamentum trahens: nimirum, quod ad mistiōnem concurrat unumquodque elementum aequaliter libratum, ac in medicamento, & sic de reliquis omnibus: hac lege, quod in medicamento sint viii elementi partes duas, alterius pars una, reliqui rursus partes quatuor, & quarti partes tres: rursus in humore sibi familiari par portio omnium & singulorum adseruanda erit. Quia sympathia & similitudine coniectabile est unum ab altero elici & trahi. Quo dogmate constat posse dilui multa argumenta difficultatem inferentia: nimirum medicamentum trahere humorē, & non ē contra, ob præstantiorem medicamenti formam quam biliosa, pituitosa, aut quævis alia excrementa fortiantur. Secundo non inconuenit medicamentum esse calidum & humorē frigidum, quia ratio similitudinis non stat in primis qualitatibus: nec inconuenit unicū medicamentū posse plures humorē trahere, quia familiariter trahit, reliquos natura irritata sua sponte expellit. Præterea tractio medicamenti nequit fieri nisi in paruisima distantia, & illi ero me-dio: at cū medicamentū in vetriculo residēs humorē habeat distat. & medijs pluramis præpeditos,

Z 4 opor:

Institutionum Medicinalium

oportuit calorem præsto esse, qui vias aperiret, humores funde: et, iam attenuatos, per aperias vias & anfractus duceret: quo fit, ut calore hæc medicamenta ab alijs trahentibus dissideant: siquidem neque magnes nec electrum eo indigent ad tractionem.

DE R E P E L L E N T I V M A V X I . liorum administratione

INSTITVTO IX.



V M maiori ex parte mala quæ nostris corporibus succrescunt, ex fluxione dependant, ob id prouida ars decrevit, varijs medijs & instrumentis à parte affecta aut afficiēda fluxiones auertere: reuulsionibus nimirū, deriuatione, & ultimò regatu seu transmissione, non solum fluentis adhuc materia, verū & fluxę iam atque in partibus receper. Repellentia itaque auxilia, quæ mirā hanc efficiaciam fortunatur, non eo repellunt quia virtute aliqua id efficiant, sed quemadmodum trahentia, solum partium dilatatione, & humorū fusione, ita & repellentia partium cōpretione, tridunt humores in particulas concretos. Dimitto hac in parte uel ligaciones & fascias quæ viauum coar-

Lib. ar. 18. Etatione: potius impeditur: quā repellant. Auxilia
partium, & sanguinis repellentia, vi ex Galen. facile colligitur, nam ut
q̄ esse frigidæ & adstringentes euidenter constat.

hic est

licet per se frigida circa adstrictionem, ad leviter repellendum paucam humorem, superficiem corporis occupantem, co*stituta* esse comperiamus, ut ex eodem Galen his verbis constat. Genus igitur ^{ii. 6. p. 17} repellentium pharmacorum, in principe inflam- ^{ma. loc.} mationum in refrigerantium materia suū est. Hæc ^{cap. 1.} enim medicamenta molli tamē aqueaq; materia prepollent, quæ densantia Medici vocant, velut est aqua frigida, semiperlucida, poi ulaca, tibulus, lenticula palustris, lactuca, myrra, oleū rosaceum, violaceū, lac, & oxiceratū, & id genus: alia insuper fortiora reperies in hoc genere, ut mandragoram, hyoscyamu & cicutā. At in granioribus affectionibus, & quæ postulant reuulsiones maiores, neque illa, neque solū adstringentia, sed quæ simul adstringant & refrigerent requiruntur, namque hæc sunt verè repellentia, ut expreſſit Galen. quia ad adstrictionem opus est crassa terrenaque substantia. Quippe proprium adstringentium munus est, contrahere, constipare, & substantiam nostrā condensare. Huius autem naturæ duorum generum sunt medicamenta, frigidorum cum adstrictione vnu, vt angostum, rubus, capreoli vitis, polygonum, myrtus, balaustium, omphantium, & sanguis draconis, oleum myrtinum & sumach. Calderum vero aliud, qualia sunt mastix, thus, absynthium, mentha, alum, calcantum, casia, cinnamonum, ciperus, spica, myrra, polium & marrubium, ex quibus varias repellentium formas effinxerunt Medici. Nam defensiva appellata huius etiam nature sunt, quæ non supra partem, sed paulo distantiū ab ea apponuntur, & strictionibus factis vijs & canalibus hujonem ad partem inhibeant; repellentia vero supra partem at po-

Institutionum Medicinalium

muntur, ut ab ea contentum & fluentem humorum pellant, ac delabi amplius in partem prohibeant.

Verum ante omnem considerationem, discat diligens lector naturam affectionum, locum & denique tempus in quo adhibenda sunt. Affectionis naturam Galen eleganter depingit dicens: Cum vasa maiora & minima, affluent vel sanguine, vel quoniam alio humore repleantur, ita ut periculum sit ne ex vasibus exsudet ad spatia vacua, tum quidem vacuatione indiget particula, ut pote plena. At vacuatio (ut alibi refert) hoc genus affectionum excogitata est duplex: aut translato ad alias partes qui in ægra continebatur sanguine, aut foris à corpore expulso: satius profecto est (inquit) utraque uti, obseruantibus diligenter, ne quæ laxatio ex accidenti sequatur. Ergo cum gemina sit dictarum vacuationum utriusque, quadruplex in universum nascitur vacuanuum genus. Quorum omnium præcipuum primumque est, translatio humoris ad alias partes: quam profectò his auxilijs repellentibus molitur, quo iterum resumii possit qui delabitur humor. Itaque si vacuazione non prohibetur ad particulam fluxio, aut non sat fuerit, reuulsionibus ipsum retrahere oportet, & mox à parte repellentium adminiculo abigendus est humor, perstandunque, donec delapsa materia in venas, à quibus emanauit, iterum recipiatur.

Quo auxilijs genere declinamus phlegmionatum ortus atque incrementa, quia mirum in modum à parte quod defluxerat pellunt. Retrocedit autem, inquit Galen. vel impulsa, vel attracta, vel transmissa, vel horam uno aliquo modorum, vel omnibus. Quos etiam extractionis modos alibi clari-

Liber. me.
§ 5.

Liber. me.
theo. c. 9.

Liber. me.
§ 5.

Liber. 13.
me. c. 6.

tiūs exprimit, intelligens per repulsionem actum facultatis expultricis: verū cū id parte existente ægrā nequeat commodē fieri citra aliquius medicamenti adminiculum, ob id summoperē sunt huic usui proficia. Verū transmissio solūm intellegenda venit, prout referunt ad frigida & adstringentia medicamenta, quorum munus est constringendo expellere humorem ad vicinas partes. De quo auxilio hæc refert verba Galen.

Quanto enī per maiora vasorum conceptacula fiat euacuatio, eo promptiorem esse est arbitrandum: nam per ea expellitur à laborante loco materia ad maiores membrorum meatus: quaenam ratione delabitur materia à maioribus ad minores: eādem iterum remeat à minoribus ad maiores, compressis minoribus vi medicamentorum adstringentium: quo solo auxilio faciliter inflammationes non paucæ curari assolent, vt idem author optimè alibi docuerat. Verū quod in hac re maiorem ingerit dubitationem, est autem sita sit vis & efficacia repellentium, vt quod in Spāia non naturalia excisum est à venis, in easdem iterum resumi efficiant. Quod prosecto euentu quotidiano probant multa: nam purorum excrementa, morbilli & variolæ crebro percussu frigidī aëris repente occultantur: item inanita loca, inquit Gal. trahunt ad se ipsa, ergo humorē contentū in tumore ad valosū manitatem remaneare, & secta vena purgari manifestū est. Præterea ex pleuritide fieri comeat⁹ in phrenitidē & pulmoniā docet euentus (quāquā hoc alia ratione & modo fieri possit) sic Hipp. Quibus inter vetriculu & septū pituita reposita est, & dolorē affert nō habens exitum, neque ad alterum ventrem, his

Li. ar. me.
85.

Li. de on-
ti. tec. ad
Tca.

Li. ar. me.
c. 8.

Lib. -.
apho. 54.

per

Institutionum Medicinalium

per venas ad vesicam pituita versa soluitur. Rursum in his qui ex morbo Gallico hydrargiro inanguntur, mirabile dictu quam celer motu ab externis ad intima fiat humorum confluxus & comedens. Confirmat insuper echymosis curatio per repellentia, facta retrocessione ab spacijs illis ad vascula. Quam etiam Galen. doctrinam docuit loquens de emplastro, quod ex argenti spuma & hydrargiro conficitur dicens: Cuius auxilio exulceratis partibus ne quid influat impedit, & iam fluxum denudo ad partes circumstantes traxit: idem scripsit item author dicens: A patiente eveò loco austri gendo ac refrigerando repellimus, sed & loca exinanita, attrahunt ad se ipsa quæcunque reperiuntur. Quibus profecto constat, commixtus humorum possibiles esse, quantumvis aliquid post repellentia remaneat in parte, discussoria auxilia desiderans. Quo sit, vi non sit repulsorijs plurimum intimidum, sed antequam possumus fiat, cessandum, ne aut in aliud mutetur affectionem, vel in duritiem immedicabilem, ac etiam ut detur discussioni locus. Cum hoc tamen se se extendit huius praesidijs vis & efficacia ad frigidos succos repellendos, ut ex Galen. evidenter constat: nam edemata ea lege curare iubet per repellentia ex spongia aqua & acetato imbuta, addito in incrementio modico alumina. Præterea iubet à capite repellendum esse humores, quisquis is sit. Verum id non debet intelligi de affectionibus quæ sunt per paulatinam congescionem.

His suppositis, arbitrandum est, non fuisse dictum temerè & inconsulto, repellentia duorum esse generum: nam frigidorum manus solum est incrasare humores ac partes destrare, ne facile patiantur.

frigida vero & adstringentia id quoque efficiunt, et si quid in parte recepium est pellunt. Sic partes, quæ præ nimio calore fluxione tentatur, sibi utre ex postulant auxilia, quæ refrigerando repellant, quibus & principium fluxionis auferatur, & pars compressione firmetur, maximè si fluxio ex humoribus sit tenuibus, biliosis & calidis: adstringentia vero his partibus sunt proficia, que ob impossibilitatem fluxionem suscepunt, maximè si dolore afficiantur simul.

Supereft idhuc his exactè cognitis, quando & quoisque sit his repellentibus utenduni: quod docuerat Gal. statuens id fieri rūmūs cū corpus vacuum fuerit & reuulsionibus vñus fueris: quia rūne humoribus impulsis subest via & locus liber. Quod usque vero sit agendum idē auctor scripsit, docēs quod in parte continetur, repulso & discussione abigendam esse ab ea, & ob id transacto principio utrisque simul iunctis ut mur, præterquā quod alterum alerius ministerium presta, resoluens pene trationē adstringentis, & a lstragētia propulsionē calidi ad interiora, quo a linicem inuantur, ut docuerat idem Galen per hæc verba. Una vero alia mixtura ex diversi generis pharmacis, ex huiusmodi ratiocinatione cœpit: iādō quidē inuenierit quis affectionem, aut discussorijs tantum, aut repulsorijs indigenēt, paruæ etenim & affectionis nomina ne vix a Medicis dignatae confessim sedantur: ubi vero generus affectus maiorem habuerit causam, impossibile est ipsum per repulsoria perfecte sanare, & maximè vbi æ gri corpus humoribus multis refectum fuerit, aut particula affecta natura debilis: ob id igitur cogimur sëpe quidem in principio, sëpissimè vero paulò post admiscere quidpā

Li. de op-
r. sc. e. ad
Tia
Li. 13. Me-
hod.
& Li. art.
med.

Li. 4 phar-
ma. 10. e 3

ex

Institutionum Medicinalium

ex discussorijs. Quapropter non tēpus morbi, sed cōditiō præsens affeſtus ad curationē tāoperē cōmēdarūt authores: sed maximē Gal. nā licēt rēpo-
Li.14. me ra ad alios vſus cōſiderare oportet', al curationē
thod. c. 1 præſens cauſa & præſes dispositio affeſtus necessa-
rię ſunt: quare nō ſemp expectare oportet augmē-
ti principiū ad mixtionē resoluētiū, vt multi cōſu-
lūt: ſed cōſiderare oportet, nū ante a expoſtulet af-
fectus cōditio. Et ob id ſola aut parū mīſta in prin-
cipijs inflāmationū repellētia ſunt adhibēda, quia
Li.13. Me plurimū ſuit, fluxit tamē quā paucissimū, vt Gal.
thod c. 5. affeuerat, & quo magis morbus augetur, minor est
Li.6. par fluxio, aut saltē equalis, magis ve. o quod fluxū eſt:
ma. loc. qua ratione vberius oportet admiscere, vt optimē
c. 3. aduertit his verbis idē author. Quēadmodū enim
Li.6. phar in principio cōmoda ſunt pharinaca, id qđ influit
lo. c. 6. repellētia, ſic poſt principiū vſq; ad finē, pharmaco-
opus eſt ex vtrisq; miſto, repellētē videlicet & diſ-
cutiētē facultate prædicto: ac primo quidē tēpore
adſtrīngēs præcellere oportet, ad finē verò diſcu-
tiēs: interpoſito autē tēpore, & quales vtrobique
partes eſſe cōuenit. Quādo verò velut in deratum
quiddā de inflāmatione reliquitur, penitū nō cōue-
nit adſtrīngēs ad diſcussoriū admiscere, niſi priūs
totū corpus ſit euacuatū: atq; neq; in principio bo-
num eſt diſcussoriū adſtrīgēti admiscere. Ilaq; vt
quis exactē tenet quoſq; ſit repellendū, fluxio-
niſ durationē attenio animo exquirat: nā hēc eſt
que memur repellentū adhibitionē & durationē.
Præterea ſciendū eſt, nō ſolūn consuluisse Gal. re-
pellentibus admiscenda eſſe resoluentia fluxionis
aut fluxuri humoris gratia, ſed & penetrationis vt
Lib. 2. me dictū eſt, & roboris cōciliandi cauſa: quod elegāt-
tho. c. 15 oratione docuerat Gal. dicēs; Cæterū adſtrīgēdo-

ne dēsando summa corporis quod adstringitur vir
tus illorū excludit̄ ur, & in altū ire prohibetur. Ob
quā rationē nō nulli Medicorū huiusmodi pharma-
cīs alia subiliū parium & acri potestate p̄adix-
indere consueverūt, à quibus veluti ductæ adstrin-
gentiū vires in profundū corpus perueniant. Quas
vires cūm in cupresso adinuenisset Gal. plurimum Li. 1. phar-
laudat. Rursus admiscentur adstringentia his quæ Li. 10. e. 5
maligna & incurabila vlcera curant, vt nihil in- Li. 7. sim-
fluat quod sanationē impedit, vt varijs in locis do- pli.
cuerat Gal.

Sunt præterea quædam affectiones, & quædam
partes, quæ prostis huius auxiliū vim & efficaciam
sustinere nequeūt: aliæ rursus quæ certo quodam Li. 13. we-
modo. Affectiones quæ id auxiliū renuunt, sūt in qui-
bus materia est crassia, & repulsioni inobedientes, qua Li. 1. phar-
propter in statu raro eis vlt̄ licet: nam postquam ma. gen.
Galen. dixerat, in statu humorem esse crassiorēm, cap. 2
& vehementer impactum, inquit. Time igitur, quæ Li. 1. phar-
à phlegmone sumatur vna dumtaxat eīt inauca- ma. gen.
tio agendorum: hanc Græci diaphoresim vocant, cap. 12
Latini digestionem: secundo nec minus admittit
locus affectus incapax fluxionis magnę, vt pollex
& talus: sit s̄pē talibus reuallis materia reddi-
tus ad viscera: id etiam formidandum est, si ad
vile membris fluxio decumbat, vt ad cutem &
adenes, è quibus s̄pē suspecta eīt remigatio ad
inferiora & nobiliora: item si fluxio critica sit.
Insuper quando locus affectus expurgatorium
est membris principis, aut principi vicinus. Cum
hoc tamē Gal. in emēctorijs & parotidibus, repel- Li. de pos-
lentibus utitur, nō tamē in omnibus: inquit enim:
Qui à sola destillatione seu defluxu materię pro- ra. fact.
veniunt, neque multa existentie quæ fluit materia,
cap. 23.

De que

Institutionum Medicinalium

neque venenosa, neque toto denique corpore ple-
torico, sola spongia ex posca imposita fistuntur:
quibus constat, quando in his viendum sit repel-
lentibus, quando secus. Nam dum corpus plenum
est, frustra tentatur repulsio, quoniam nil amplius
suscepit.

Libr. 10. Profundus præterea locus repellentia
P. ar. 10. quoque renuit, ut ex Galen. aperi e videatur cō-
c. de ischia state: qua enim de causa extima pars inflammat,
de. repellentis beneficio manitur, eādem si penitior

Li. 13. me sit, impletur: cum hoc tamen ex commoditate par-

tho. tis id commodè efficitur: neque inflamatio cere-
bro cum utilitate imponuntur sincipiti cum modi-
co acero, quoniam locus non valde secedit ab im-
posito remedio. At si spiritalis venter afficiatur,

Li. 13. me Galen. nonnunquam dissuadet, quandoque timi-
tho. dé concedit, inquit enim: Ita vero sic vbi adfirin-

Li. de cō- gente opus fuerit medicamine, sius egentis loci
stic. art. spestandus est: nam si quod adstringit pertingere
medi. c. 17 ad ipsum sufficiat, nihil prohibet quo minus eo

v:atis, si idoneum non sit, considerandum, num
humiditatem sinus ex antefositis partibus acturi
in affectam, quamobrem aut adstringente medica-
mento admiscenda vis est, quæ dux veluti viæ sit,
aut eo non viendum. Videturque eo moderamine
procedendum in pulmone affecto, siue pulmonia,
siue emoptoisi, saepe egregie lacerunt externa re-
pellentia, quoniam ob interualli magnitudinem,
pressus à thorace sanguis pulmonis plenitudinem
adauge: si thorax ipse, pleura, musculive, parcus
viendum esse ait. Cum hoc tamen satius est absti-
nere, quantumvis Mesies contrarium videatur cō-
fusere: nam in pleuritide nemo est qui non vereat-
tur ob retrocessum & incrudationem materię atq;
crassitudinem quam præstat: ita neque in ventre
sunt

Tunc admodum tuta. Verum in his & in spiritualibus membris acetum modus tanto magis moderandus est, quanto cedit thorax ex dimidio osseus, & venter ex torso carneus totus osseus calvariae, ita ut illic subquadruplum, hic suboctuplum animouetur. Supersunt adhuc artuum iuncturæ, in quibus hoc modo repellendum esse docet Galen. Quippe inquit: Nam in particularis quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiae vel ex frigida aqua cui paululum aceti sic commixtum, vel aqua sola nudente imponere, sicut etiam ex vino aliquo austero. His etiam Rasius considerans loci angustiam, concedit nonnunquam repellentia: reliqui post vacuum corpus admittunt. Autem non multo aliter, sed debilia concedit. Itaque aut non adstringendum, aut leuiter, in materiæ copia, crassitie, viuio molli, & vegeto sensu prædicto corpore, aut dolore & calore graui presso, vel crismi efficiente.

Liber. 11.
meth. c. 11

Taxat Galen. eos, qui si adstringere tenentur, quæ valide adstringant, proficia fore arbitratur; nam indistincte adstringere & quovis medicamento, periculo nouo vacat, sed inspecta prius natura & dignitate particularum, cuique materiam aptam adhibere oportet. Ab arietibus quidem repellit Galen. his quæ molice adstringunt & refregerant, hinc alterius generis medicamenta validiora sustineant) ut rosaceo cum aceo, lacte muliebri calido, candido ouo, item rosaceo cum auricula muris aut polygoni vel portulacæ & cucurbitæ succo. Oculi verò dum fluxione tentantur, desiderant quæ Galen. commendat dicens: Est aliud genus pharmaceutorum, quod in oculares compositiones injicitur, eorum videlicet quæ natura adstringunt: quæ igitur mediocriter hanc vim habent, mediocriter repellunt

22 pellunt

Institutionum Medicinalium

pellunt influxiones, quæ verò valenter ampliorē dolorem infligunt, potius eas exasperando, quam iuuent fluxionis imperū repellendo, asperitas lögē à natura oculorum distat. Prætereà idē author præcipit ea debere esse mordacitatis expertia, qualia ex metallicis lotis aut aliter præparatis componi refert. Consultit etiā Hipp. mediocriter astringentia commoda oculis existere, inquit enim. Vbi modica potabilis in spongia utraris, optimū oculis est. Explicat etiam Gal. qualia debeant esse his verbis. Sunt verò huiusmodi, folia rosarū & flores & succus oricæque fructus & nardi spica, ampliusque & malabratifolium, & crocus & liliū, & quæ hypocrisia appellatur, atque ut exēplum hæc sufficiant. Gingibē etiā & dentes dū dolore inflamantur, repellentia sustinent vehementia, ut Galen. hac oratione docet. Vehementissimis igitur opus est medicamentis, siue repellere, siue discutere velit doloris causam, siue humor sit, siue flatus ventosus, & proptereà pleraq. ipsorum ex aceto acerino præparantur: sic galla pinguis, teda, myrtus & eius naturæ alia acero feruefacta plurimū prosunt.

Li. 5. pharma. loc. c. 9. Cæterum gingibē mitioribus adinisceri desiderat, vt reliquæ oris partes, ut Gale. aduertit ob tunice oris tenuitatem. In his verò medicamentis, quæ intus ad repellendum sumuntur, suam etiam eligēdi rationem Gal. præber, sic scribens Neque enim absoluē, si adstringere incipientem phlegmonē est opus, quodlibet adstringens in his quæ deuoranda sunt adhibebimus, sed ea quibus nulla corruptrix admistavis est. Denique omnis mordacitatis expertia oportet esse talia medicamenta, ut loco citato longissima oratione ostendit.

DE

DE AVXILIORVM RESOL-
vitium administratione
INSTITV TIO X.



SS E opus resoluendi post repulsionem docet his ver-
bis Galen. Necessum igitur ^{Li. ar. me.}
est, ut aut superfluitas retrocedens evanescatur, aut per
in sanam patientem particulā: retrocedat autem, vel impulsa,
vel attracta, vel transmis-
ta, vel hora uno aliquo modotū, vel omnibus. Per
locū verò patientē evanescatur, partim quidē mani-
festè & sensibiliter, partim vero in vaporē soluta.
Quod sanè resolutionis ministerū, per hanc eti-
cacię medicamenta, resoluēta nimis uero perficitur. Ve-
rū ut vis, natura & efficacia hoiū medicamentorum
eluceat nigris, stauēdū est, omnē suā gra-ia nobis
impertiri mediāte calore: quaobré necessū erit, qui
bus modis ea opera calor possit efficiere, ante omnia
docere, ut constet, quę sin' quę verē resoluēta
haberi debeat, & quomodo à calorificis dissidueat.

Calor igitur peculiari sui ratione, quę crassa sūt
tenuat, ac si liquida fuerint in vaporē versa, ex la-
tā: interdū intra corpus, & sūi è pituita aquosa fla-
tus, inflationes, & palpitaciones: interdū verò io-
ras, evacuanturq; halitus, vel insensili vel sensili cū
sudore: si veleō secca fuerint crassatilla quę tenuā-
tur, aut etiam humida, sed minus exhalantia, te-
nuioris substantiæ euadunt oīnnia, vt Galen sta-
tuit, ex austeriis nimium acida, ex acidis dulcia ^{Li. 4. sima}
tenua, ex dulcibus fallā tenuiora, & ex falsis ^{p. 1. c. 19.}

Institutionum Medicinalium

amara adhuc tenuiora euadunt. Calidum itē fūndit & liquat à frigido concreta: rursus eadem fundendo mollit: sic etiam fundendo & liquidiora ad motumque promptiora reddendo excrementa, obstructa liberat, fluxiones etiam aut excitat aut germinat: idem calidū fusa tenuataque, si diutius exercet digerendo, aut aliter vacuando, tandem siccatur. Rarefacit eādem ratione poros ac meatus omnes, & ora ipsa tam vasorum quam aliarum cavitatum aperit: item trahit adhuc foras, si admotum est, in-trō si sumptum sit: euocat materiam à se tenuatam per meatus etiam à se apertos, quapropter vehementer resoluit & digerit. Quo sit, vt etiam dolores sedet, & cum hoc materiam vbi adeat euocet.

Libr. 6. a pho. 31. Li. 11. me-
t. cd. Verūm vt ex Galen. constat, calida sumpta nō tan-tūm trahunt, sed etiam prorsus propellunt, licet ex accidenti, vt quę flatus dissipati per rectus & cre-pitus: quae etiam fūdores, vrinas, menses & hæmor-rhoides mouent, sectundas & fœtum mortuum pro-pellunt. Calor item ex accidenti refrigerat, vel ea cuata ex corpore materia calida, vt venus & medi-camentum purgans, & dura frictio. Item per acci-dens hunc etat, fusis qui à frigido concreuerunt succis: & vltimò calor, tam internus, quam exter-nus, dum vehementior est, mordet, rodit, rubifical, carnem deterit, vrit & scarami inducit: quae sanē sunt opera caloris. Quibus constat, quanti monen-ti sit distinguere, quale sit opus resolutionis inter omnia hæc opera, vt eligere possis, quando hoc, quando illud, caloris beneficio velis efficere.

Li. 9. sim-
pl. e. de pa-
sonychio Resoluentia pharmaca, quae omnibus affectibus prosicua sunt futura, tertio ordine calida & sicca esse aperte monstrat Galen. nam inquit: Vis eius est

est tenuium partium, & exsiccatoria morsu vacat: nam talia sint oportet quæ paronychia sanant, talia enim sunt, quæ cum ex tercio sint ordine calfacientium & exsiccantium, præter hoc insuper essentia subtilis sunt. Item idem author loquens de differentibus, ad differentiam coquentium inquit. *Li. 5. sim. pli. c. 9.*
 Qui multo etiam magis ab his quæ diximus, & ex pli. c. 9. cairacere & exsiccare possunt. Prætereà alibi sic scribit. *Q*uæ autem penitus tenuia calidaq; sunt, ma *Li. 3. sim. pli. c. 17.*
bus quibus admouentur: & clarus adhuc alibi di-
cens: Discutiunt autem calida & sicca facultate præ-
dita: cum hoc tamen valde dissidet discussoria, ab
his quæ trahendi vires obtinent, etiam si vtraque
calida sint: nam trahentia ex profundo ad cutem
externam possunt trahere: discussoria vero, attrac-
tum possunt sua sponte in halitum conuertere, li-
cet non nihil attrahere possint: itaque ut in uno
quoque vis altera superat, ita genere distincta
sunt.

In qua re statuendum est, quod licet dictum sit, tertio ordine esse calida & sicca discussoria pharmaca, cum hoc tamen id subintelligere oportet de his, quæ omnes tumores & humores in genere discutere possunt. *V*eiuim quia non omnes, neque omnia corpora aut corporum partes, eiusdem sunt naturæ & conditionis, ob id varia oportet esse discussientium opera. *Quod Galen. animaduertens Li. 5. sim. suam et sententiam moderatur, & de scirrhosis pli. c. 3.*
 tumoribus verba faciens, inquit: Quæ vero à lento crassoque humore cōgelata sunt, calida poscunt siccaque medicamenta, sed non tamen quæ valida sint ac violenta, sed sufficit interim ut secundi aut terci ordinis sint calfacientium, primi exsiccantium.

Institutionum Medicinalium

Porrò cùm non exigua sit in corporibus sic indi-
ratis maioris minorisque latitudo, necesse vtique
est medicamenorum illis meden'um non parvam
esse latitudinem: & ob id idem Galen. in duo capi-
ta dissecuit: priuum namque cōinet in hoc gene-
re leviora omnia, quæ sarcotica runcupantur: aliud
verò fortiora, quæ Medici appellant: chaphoiesca:
L. i. 5. sim-
p. 1. c. 4.
inquit enim. Quæ verò exaltaciunt, dum conten-
tum in calefcentibus humorē in vapores dissolue-
ri: quæ autem desiccāt, velut quæ vocātur chapho-
retica, hoc est, per halitum digerentia, & ipsa du-
plici ratione, aut humores ebibentia, vim poris qui
busdam insunt, aut totam alienam partem. Sunt
autem leviter digerentia, ut cameniale, melilotū,
fœnugræcum, semen lini, adianū & althæa. Pau-
lò verò valenter discutunt, abronum, brasica,
daucus, veteres medullæ & oleum verus: adhuc va-
lentiūs ruta, iris, asphodeli radix, galbanū, bdeliū,
nitrum, piper & id genus. Ex quibus non pro libi-
to quis vti poterit, sed pro indigēti ratione, ea illi
gens quæ affectus aut locus expostulauerint.

Quæ verò levia sunt desiderat tumor in corpo-
ris superficie expositus, materia calida, humida, &
locus affectus natura mollis & contextura rarus: ná-
talia maiori ex parte calori nostro sumillima sunt,
sui parum intensa, & humido teperi commissa.
Quo sit, ut minimè siccant, dolorem leniant, cutē
laxent, spiramenta corporis rarefaciant penetrent
que & humorem liquefaciat. Quæ verò acrius re-
solunt, ut tertio ordine calida, sicut longè nostrū
calore in superant, ita affectus persanant in alto
corporis sitos, & ex frigido crassoque & glutino-
so humore ortos: quia dum ad eam partē deuenit,
quale est necessarium redditur.

Ia

In quo verò, quātū, & quousq; vtendū sit his prg
ficijs, ediscere conuenit: nā reliquias cuiusuis affe
ctus cōterunt: sed hos diuides in affectus vniuersa
les, & in particulares internos aut externos. Et li
cet in omnibus profint in cōterēdis reliquijs post
vniuersales euacuationes, cum hoc tamen in causis
& affectibus calidis restantūm agenda est ijs, quæ
aut nostro calori sini simillima, aut his quæ relictā
distemperiem compescendo, nostrum calorem in
uant, qui postea sua sponie reliquias conterit: quo
fit, vt quæ intensum calorē attemperant, resoluant
etiam. Cum hoc tamen in morbis calidis & acutis
certius & securius reliquias conterūt, quæ per aluū
& vrinam sensim & paulatim educunt, vt latius di
ctum est proprijs Institutionibus. In alijs vero affe
ctionibꝫ, quæ aut diurniores sunt, aut ex frigidis
& crassis concitātur humoribus, longè aliter fieri
debet: nam præmissis plenioribus euacuationibꝫ,
intrepidè quæ sensibiliter discutunt, adlibenda
sunt, veluti in hydrope, paralyſi & epilepsia ac reli
quias eius conditionis. At quia huiusmodi affectus
plures expostulant euacuationes, ideo inter vnam
& aliam ijs oportet vti, quæ & materiam attenuet,
& eandem discutiant, & quod reliquum fuerit ad
coctionem simul præparent. Quo sit, vt simul cum
discussorijs inscindentia & attenuantia admisce
re oporteat. Sic ad internarum materiarum dis
cussionem præstant radices gentianæ, peoniæ, iri
dis, pimpinelle, galangæ, & aliarum huius naturæ,
quibus admisto medicamento pro humoris natu
ra, facile erit reliquias quasuis cōterere, si vim pur
gantium subterfugerunt.

Sed in externorū affectuū resolutione, nosse pri
mò oportet tempus seu occasionem retoluendi:

aa 4 secundè

Institutionum Medicinalium

Secundò differentiam discussiōnū, quam p̄fserbit humoris aut affectus differentia: tertio verò, quid loci conditio expostulet. Circa primum Galen. euidēti oratione docet resoluēti occasionē, dicens: Si igitur hac via (loquebatur c̄e repulsione) superfūmō nō retrocesserit, tñ enē se res habet, vt si aliquid fuerit in parte retenū, conicclan dum erit id lētum & crastum ex̄stere, arque ea ratione coactum atque adstrētum, vt cum difficultate solū possit: in quo casu tempus suadet ad id veniēdū esse, vt hoc ipsum quod reliquum est, per patientem locum evacuēmus, impōndō sup̄a iacentib⁹ partibus ea, quæ influenti humorem virū habeant reprimendi. Maximè vero evacuabis si in spatijs intermedijs conjectura assequaris, & scarificationum auxilio, & medicamentum quæcumq; habeant digerendi. Ex qua sententia euidēter colliguntur, eos affectus exposcere discussiōnā auxilia, quibus vniuersales vacuationes non profuerunt.

Li. v. me-
pho. c. 6 Galen. docuerat dicens: Digerendi certè tempus, adeò late patet, vt etiam si velis, in eo non aberres: & paulò inferius. Semper tamen (inquit) vera, quā miteatur, & repellendi & discussiōni facilias, nisi quando fluxio floscus constiterit, & corpus vacuum fuerit, tunc ad digerendū, sicut in pūnis incurſibus ad repuloriam virtutem tuta est accessio. Sed clariū auct̄ ab his sic refert. Nam per initia repellere comprimereq; influxus oportet: in vi-
glore autem ita per haluum digerere, vt nō floscus ab sit. Et enim indicationes in inflammationum incre-
mentis contrarias esse necesse est: nam simul vno-
que impetu, ab adstringentibus contrahētibus que
tut-

Substantiam, ad laxan-ia, fundentiaque transire
planè ab inrđm est: sicut sanè æquum est in inter
medio principij statusque spatio, dum videlicet
morbì adhuc increscunt, nec planè repellere, sicut
in principijs, nec itidem digerere, sicut in vigore,
sed perinde ut morbi conditio media est inter con-
traria, nra medicinam quoque mediam esse oportet.
Pr̄stlat etiam maiorem huius rei notitiā, nosse
occasiones, quibus partes affectæ suscipere cœpe-
runt, & naturam humorum, quos suszeptant. Pri-
mum egregiè aduerit Galen. dicens: Ad eundem Li. 3. me-
modum, si ex frigidō dominante distemperies sit
oborta: nam tunc quoque calfaciendo, non solum
in emperantiæ, sed etiam phlegmoni vna medebe-
ris: itidem si calor vehementior intemperiem fa-
cit, refrigerantibus p̄fisijs, siquidem intemperā-
tia contraria semper requirit. Quibus verbis aper-
te monstrat adstringendi tempus eo debere esse
brenius, quo frigidior fuerit fluxionis causa, ac ex
consequenti eo magis moratur digerendi occa-
sio, quo & particulē calor fuerit intensior. Secun-
dum alibi his verbis explicat. Cūm enim phleg- Li. 12. me-
mone duplicitatione a natura recessit, & quod thod. c. 8
pars ipsa multo sanguine sit referta, & quod eadē
sit calidior, vnuque vacuationis indicatio vincit,
contra scilicet, quam in erysipelate: in illo namque
refrigerationis indicatio magis urget, quam va-
cuationis, quāquā utriusque affectus curandi com-
mune caput est infestatis humoris evacuatio: ideo
que postquam refrigeratū erysipelas est, ad ea que
digerunt medicamenta conueniuntur. In phlegmo-
ne igitur tantisper est refrigerandum, quatenus &
ad incrementum eius sistendum est cominodum:
etenim cūm inmoderatus calor dolorem excuer,
aa ; atque

Institutionum Medicinalium

atque etiam aliquid ad ægrā partē attrahat, utroq; nomine augescere phlegmonē accidit: ergo quantum refrigerationis phlegmoni, cœu calido morbo congruit, tantum eius incrementum inhibere est aptū. Simili modo & quæ calfaciunt modicē, utrāque interdum ratione profundunt: quoniam & colorem sedant, & quod contentum est in laborante particula digerunt. Quibus constat, quantum præstet ad occasionem & quantitatem repellendi noscendam humoris & tumoris conditio.

Li. ar. me.
cap. 95.

Qualis verò futura sit ad digerendū materia, expressè docet Gal. dices: Quod igitur mediocrē caliditatē obtinet, in his sensum doloris nō inuehit, atq; eo amplius omni dolore vacat, si humidū extiterit: quippe calidiora maiorē dolorē & fluxionē cōcitāt, & ob id simillima nostro calori oportet esse, quæ phlegmonis & erysipelatis resolutioni proficiunt. Quod sanè alijs verbis mille in locis cōniendauerat idem author, semper statuens modera-
Li. 3. sim-
pl. c. 17
Li. 3. me.
the. c. 8

ratiū calorem similem cuiq; particulæ affectę, ad phlegmonarum resolutionem proficuum esse. Nec ob id credendum est suppatoria fore hæc medicamenta, quia nec poros obstruunt, nec seruant humiditatem partis & humoris, sed lente & sensim depascuntur & resoluunt omne superabundans. Quapropter censeo Hippoc. dixisse, pinguia ad inflammationem non conducere, neque ad ea quæ non sunt purgata, neq; ad putrefactia, quia his reduntur calidiora.

Cæterū in alijs affectionibus, in quibus fluxio ex toto iā quietuit, & crassū ac sūmē impactū est quod superest, aut cītra fluxionē paulatim gignūtur, maxima opus est cōsideratione, ne aut tenui parte emporata, dulior supersit residuum si efficacioribus ytaris,

Li. de affe-
ctionibus

utaris, aut si leuioribus nihil prodesse possis. Quod
 egregie aluerit Gal. dicens. At in quibus tenuis
 quidem est (loquebatur de scirrho & duris tumorib-
 bus) sed obscurior, haec curatur pharmacis humo-
 rem incrassatū digerentibus, non iam validē ac
 vniuersim hoc agentibus, sicut digerentia medica-
 menta faciunt, cuiusmodi Græci vocant epispasti-
 ca & exhiptotica, id est, attrahentia, & excolatia. Mi-
 rari verò non oportet mutationem in duritiem ex
 inflamatis accidere, cum simul & humor cōfluens
 crassus est & viscidi, & curatio medicamentis valde
 exsiccabitur administratur: nā verendū est, vt alibi
 refert, ne humorū reliquæ duræ siāt: nam ea cura-
 tio quę fortiter exsiccatis agitur, reliquias duras
 operatur: Nisi enim humectaberis inquit Gal. atq; Libr. 2. ad
 mollieris induratos tumores, sed fortibus medica- Glau. c. 7.
 mentis tantū resoluere studueris, in primis quidem
 diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter
 id quod relinquitur indurabis. Quāobrē censeo ali Libr. 14.
 bi dixisse: Melius igitur sicut diximus, vt fortiter re meth. c. 4
 soluentibus medicamentis admisceamus molliētia,
 verētes, ne tumores in scirrhū cōvertantur. Cuius
 operis metrū & rationē adduxit Gal. dicēs: Induies Libr. 6.
 certa igitur, quę ex recta medēdi methodo nō cura pharmac.
 ra scirrhū cōrahūt, optimē curabūtur, si Medicus gen cap. 1
 spectet, quantū xgrī corporisq; substāta à medio
 cri humiditate ac siccitatē recesserit, quemadmodū
 etiam si affectus constitutionē, quaenam sit aucta
 inspiciat. Præterea cōsideret inter ipsa pharmaca,
 quę magis, quę minus emollient: huc namque
 spectanti primum usus emollientis medicamentis
 conjecturabilis quidem erit, sed cum artificio:
 at post vnum aut alterum diem, num intendere
 an remittere medicamenti virtutem conueniat,
 intellīs.

Institutionum Medicinalium

intelliget. Et subdit. Quapropter Medici emollien-
tia & digerentia pharmaca composuerunt, tum ut
partis durioriem, quæ iam in scirrhū degenerat, dif-
funderent: tum ut per hælitum digerent: non vi-
cissim utroque utentes. Ex quibus euidenter colli-
gitur, necessarium esse in induratoriū resolutioне mis-
cere emollientibus discussoria: nam materia reso-
lutioni apta ea sola censemur quæ aquæ & vapo-
rosa ac tenuis sit: quod si crassa existat, & talis nō
reddatur, longe durior fiet resoluentium admini-
culo.

His præmissis, euidentissimum est ad hanc va-
cuationem quæ per resolutionem futura est, neces-
sum esse humores in parte conuentos prius per at-
tenuationem præparare, more natu ralis potentiae,
quæ dum per cutem humorē sudando nuntitur ex-
pellere, prius in vaporem mutat, tandem in aquo-
sam naturam, tenuorem longè humoribus. Quam
sanè legem seruantes prisci auriores varia compo-
suerunt pharmaca discussoria, præparatorijs ad-
mista, ab affectus & humoris natura sunpta diuersi-
tatis indicatione. Nam duros concretiones aut sic-
citate humores resoluere tentabis, præmissis aut
cōmisti quæ emolliunt medicamentis, crassis hu-
mores attenuantibus, lentoſ inscindentibus, visci-
dos abſtergentibus, omnes vero humidis: nam hu-
miditas, & quod crassum est, tenuat, & quod viscidum est, facile separat & fluidum reddit: quibus
sat est adiungere quæ modicam habeant calidi-
tatem: nam his frænata humorum duritie, vel solo
innato calore resolutio fit, necum cum moderato
aut paulò maiori: quinimo læpe sat est, secca citra
calore addere medicamenta, quibus ehibatur quod
fusum tenuatumque exiuit. Cuius resolutionis
menu-

mēminerat etiani Galen.his verbis. Quæ verò ex- Li.5. sim-
 calūciunt,dum contentum in calescentibus corpo- pa.c.4.
 ribus humorem in vapores dissoluunt , quæ autem
 desiccant,velut quæ vocantur diaphoretica , hoc
 est per halitum digerentia,& id ipsa duplice ratio-
 ne,aut humores eibentia , cùm poris quibusdam
 insunt,aut totam alterantia pariem. Quo gene-
 rationis Chirurgorum peritiores viuntur, ve-
 rentes maiora mala ex calorificis præsidij. Quo
 sit,vt adiuenerint illam mineralium miscellā,qua
 id iutiūs excquuntur,vt latius reperies lib.de præsi-
 diorum recto ysu.

Supereft vltimò notitia partis affectæ,quæ non
 paruam præscribit resoluentium varie aitem,& ad
 monet prouidentiam.Sic Galen.consultit cum par-
 te stupida dur.ùs,cum ea verò quæ acutiūs tentit, Li.4. Me-
 clementiūs agendum esse,quāquam stupore partis
 abutendum non eft,vt ea imperes quæ exulceret:
 sic enim corpus contabescet & contrahetur , non
 arescet,cogetur materia , non liquefcat,horror,do-
 lor,fluxio concitabitur,dehiscent venæ & omnia
 in deterius mutabuntur,ac mul o magis si materia
 constant ficciori & crassisori. Præterea affectarum
 partium nonnullæ iarræ, laxæ, molles natura exi-
 stunt,nonnullæ autem dense per se aut duræ: prio-
 res igitur facilè evacuantur , reliquæ actioribus
 egent. Item sunt inter partes, quædam in superfi-
 cie corporis sitæ:aliq quæ situm habent profundi-
 rem: nonnullæ rarae & molles,vt dicit. in eft, & plu-
 ris quæ connexionem hibent cum eminētiori s:
 i eni quædam quæ cæcos habent meatus : vltimò
 aliæ q iæ principales sunt & publicum hab nt of-
 ficium,& aliæ quæ reliquis inseruiunt. Quo sit,
 vt partes in superficie,molles, rarae, tenues, leua
 solum

Institutionum Medicinalium

solum resoluentia sustinere possint: conrariæ vero vehementiora, quia ut illa à maioribus offenduntur, ita hæc à leuioribus non iuvantur. Principes vero partes adstringentibus gaudet admissis cum rei soluentibus: sicut insimæ fortis particulae nullis indigent, nisi solis resoluentibus.

D E P V S M O V E N T I V M auxiliorum recta administratione

INSTITVTO XI.



L. 14. me
tho. c. 13.

Edendi quidé ratio & usus postulat, post repellentia auxilia discutientia esse adhibenda. in quo opere persistendum est, si malum illi cedat, alioqui suppuratio tentanda erit, ut natura docet & Gal. scribit. Cuius auxiliij gratia (quia graue opus est) pus mouens, scire primum oportet, qualis sit pus mouentium medicamentorum natura, qualis materia in genere. Quæ sanè res cum opus naturæ sit, rimari oportet, an id ea sola possit, an artis miniculo indigeat. In qua re considerate expedit, raro solum membra calorem id posse efficere: quia cum maior quantitas humoris in parte succrescat, quam ea sit quæ secundum naturam ad alimoniam succrescere soleat, tantum oportet caloris adaugere, quantum ipse humor copia superauerit. Sic enim quia caloris innati beneficio ea opera fiunt, substantiam innati calidi adaugere opus erit. Quo fit, ut duorum generum necessario debeant esse hæc medica-

dicamenta: primū eorum quæ calida sunt, quārum pars in qua futura est suppuration, calida fuerit, aut & quæ temperata: nūque æ qualitatem eius neque intendere, neque obtundere tenetur: ac etiam cū hoc humida esse oportet, ut neque augeat, neqz in:nuat humiditatem partis naturalem, quod salē sit manifestum & sentiri queat, vt ex Arist. & Galen. circa controversiam constat. Secundum eoru genus est, quæ emplastrica dicuntur: nam si substātiā innati caloris augere & non intendere eius qualitatē oportet, poros corporis obstruere necessum est, quo videlicet halitusos transpiratus includant, quibus ipsius caloris substātia & copia manifesto augmento crescit. Itaque ea medicamenēta quæ maiori sunt prædicta calore, vt naturalem haud quaquam seruent moderatōnem, omnino nū hui horum efficiunt. Nam si sicciora sint, cūm detergant, obſtructione liberant, referantque meatus, & vñā quoque particulæ calor euolat: quo sit, vt humores contenti non parum evacuētur, & qui reliquus est incalescat, & caloris nativa substātia diminuatur. Qua etiam lege hęc medicamenta ab emollientibus dissideant, hinc cōstatibit, quia emollientia calidiora sunt, & moderatē siccant, humiditatem tamen in partibus existentem adſeruant: pus enim inuentia similem nostris corporibus fortiuntur calorem: aut emplastrica sunt, & calorem prohibito effluxu adaugent: quæ vt celerrimē pus fiat, proficia sunt, sicut illa, vt opūnum fiat.

His suppositis, statuēda est differētia inter verā coctionem, & eā quæ suppuration dicitur: nam vero coctio separat extremitā a vero alimento: suppuratione vero, quod per putredinē calor viriosus separa-

Lib. 4. me
theor.
Li. 4. me-
thod.

Institutionum Medicinalium

re nitetur (cū teneatur facere cessare putredinem) coniungit & vnit, & tantum studet ad benignum reducere, nulla aut quām paucissima separata nutritura substantia. Præterea hæc eadem suppurationis ratio, diuerso modo exequenda venit in tumoribus præter naturam, ac in vniuerso genere venoso, vbi febrium putridarum humores suppurationi tumorum quid simile experiuntur. Quæ sane diuersitat is ratio sita est in modo caloris: quia calor coctionis aut hor halitusosus esse tenetur & spiritibus plenus, qualis necessariò est qui in venis & arterijs profundioribus corporis, in quibus sit putredo, reperitur: qui verò in partibus externis moratur humor, talem nequit obtinere calorem, quoniam ille per carnis & cutis meatus facile exhalat cum spiritu. Quamobrem vi emplastrica & adstricta genti intus occludendus est, ne desit coctioni aut suppurationi, quæ in partibus inflammatis præquititur. Nec parti quidem inflammatæ idem imminet periculum, quod vniuerso corpori adstricto & obturato: nam suffocatione periclitaretur vniuersi corporis calor, si nativa transpiratione emplastricis destituatur: quod vni parti non contingit, quia vicinarum perspiratione fiteretur. Quo fit, vt calor nativo similis, morbis febrilibus ex vsu ad coctionem sit: alio verò qui emplastricis conciliatur, particularibus suppurationibus, ne quid obliteret, aut immodica fuerit partis plenitudo, vt vereainur illis appositis in gangrenam migraturam.

Hæc profectò est in genere emplastrici medicamenti forma & natura: quibus vi quis rectè uti possit, tuncat quæ temperatæ esse naturæ diximus, tot suscepere differentias, quot partium nostri corporis

poris sunt temperamenta & calorum fortis, quæ etiam nonnihil variantur ob variam humoris superindividuam naturam. Ex eis, lastricis etiam quædam sunt propriè talia, & alia ex astrigentium sorte id quoque efficiunt, quia poros occludunt. Quæ autem verè talia dicuntur, duorum adhuc sunt genere: nata. n quædam illinientia esse oportet, quod poris corporis illius tenaciter haerent, qualia sunt glutinosa, seriea, & nulla ratione acris, ut Gal. statuerat dicens: Breuiter ergo emplastricum medicamentū est, quod tenaciter corporis poris sive mea tibus illitum haeret, & mordacitate vacare etiam tenetur, ut pinguedines omnes, butyrum, resina, guinimi & oleum dulce. Alia ruris sunt, quæ emplastrica, id est obstruentia poros suo lentore appellantur, quæ media sunt inter calida & frigida, quorum meminit his verbis Galen. At si talis cùm sit, inter caloris frigorisque differentiam insuper consistentiam nostra sit, siccum, terrestris sit, & citra mortuum desiccare necesse est: appellitat huius generis medicamenta omnia emplastrica, vel pli. Iut pliāq, quæ exactè lata sunt, ut amyolum, pompholix, cerusa, & eius naturæ alia. Sunt præterea alia quæ ex accidenti emplastrica sunt, ut emollientia & laxantia vbi crassioris sint substantiae: hæc enim illinientia sunt, & hac ratione poros obturant. Quamobrem censeo Gale. numerasse inter emplastrica hordeaceam farinam, cùm frigidæ sit naturæ & abstergentis: ceterum illi accedit potius ob miscellā olei & aquæ quam ex propria lege. Est etiam præter dictas alia puris mouendi ratio, quæ proficua est viceribus, aut quibusvis alijs communis solutionibus, quæ per simplicem coalitum curari nequeunt, ob sanguinis copiam quæ in extremitatibus

Li. 5. sim-
ple. 10.Li. 14. me-
tio.
Lib. 2. ad
Glaa.Li. 4. Me-
tio.
Lib. 2. ad
Gau.

Institutionum Medicinalium

tibus vasorum & partibus vicinis supereft, quē in
pus mutari necesse est, sicut ea quē conuasa sunt:
nam talia inquit Hipp. suppurrari necesse est, si co-
tus grandior sit: nam leuis absynthio conuaso
& myrtino oleo & rosis supersparsis curatur. Pus
igitur moue nra exoptant vlcera, tuniore aliquo
præternaturā phlegmonoso, ædematoſo, aut eryſi-
pelatoſo coniuncta calidioribus quidem & humi-
ditatē tēperatis, vt quē ex hordeacea farina & oleo
conficiuntur in phlegmone, & in eryſipelate adhuc
tēperatōribus. Cuiusfui ne vlcera iordescant, quæ
secundo ordine emplastrica effe diximus, proficia
sunt, cæterū apposita eo loco, quem consulit

Li. de vlc- Hippoc . dicens : In talibus quidquid catapla-
ceribus. mate opus habere visum fuerit, non super ipsum
vlcus cataplisma ponere oportet, sed circum, su-
per circumcisas partes, quo pus decedat, & indura-
ta molliatur. Quod etiam alibi his verbis protu-
lerat : Verū cataplasmate per ambitum vlceris,

Li. de de- vtaris : nam iusus & artificiosus est, & multam
pro tēſſe potest : obducere enim oportet vlcus
medicamento ei utili: rursus in defluxione quam
partis impotentia nequit aut conficere, aut in
pus vertere, huiusmodi auxilia plurimum sunt
proficia: necnon vbi pars affecta frigida est, aut
facultatem habet languidam. Verū si distem-
peries vlceris calida fuerit, quæ nostro calorē
aut parti affectæ sunt simillima, adhibenda sunt,
vt quæ calorem maiorem nata sunt attemperare.
Hinc enim factum est, quod saxe mineralia lo-
ta & lœuigata optimē pus moueant, vt in ce-
rato ex lithargyrio quotidiano euentu compe-
rimus. Ratio est, quia eam nanciscitur tempe-
rare, quæ fere omnibus extēnis partibus, qua-

xviii

**Tum non est magna in temperamento diuersitas,
est affinis.**

Subit tamen in examen, quales humorum, aut tumorum differentiae suppurationem admittant, aut quæ difficerter aut faciliter, & quale suppurationis genus qui quis eorum expostulet. Constat profectò ex Galen. puris substantiam potius consici ex sanguine quam ex quo quis alio humore: sic proximè huic sunt carnes contusæ, & tandem omne id quod cum parte alenda similitudinem habet. Quo sit, ut simplicis humoris tumor, velut erisypelas, ratiō in pus mutetur, & si id Galen. tentare iubeat, quod ex tenuissima sicut sanguinis parte, qui exquisitus est, idque ratiō & cum hordeacea farina, aut similibus: nam vetitum fuit etiam ab Hippocrate: Ab erisypelate putredo aut suppuratione malum: magnam enim corruptionem significat adesse, ubi cum erisypelate protrahit caro, ad quam sequitur suppuratione: verum hæc de solo erisypelate ex flava bile facto: cum hoc tamen alijs præsidij tentare oportet liliorum tumorum curationem, & omnino abstinere ab his quæ pus mouent. Quod etiam obseruare oportet in omnibus à melancholia obortis & scirrhosis omnibus, ne in cancrum aut malignam exultationem degeneret. At pituitosis tumoribus & his, qui ex frigida, crassa & viscida materia constant, non est ita facile interstingueere, an suppurationem admittant. Nam Hippocrat. ædemata suppurare docet: quod perdifficile videtur, cum necessarium prius sit pituita in sanguinem verti, quod vix fieri potest, aut nunquam: ergo neque in pus. Quia controuersia dirimes, si intellexeris Hippocra. locutum fuisse de ædemata, quod ex venoso genere &c. 3. 1. pro s. nost. 3. 2. bb 2 per

4. Aphor.
47.

Libr. 7.
aphor. 20.

Institutionum Medicinalium

per iudicationem in morbis acutis progignitur: item ea pituita etiam supputari potest, quæ in loco aliquo calidissimo conclusa, diu incalefecit: inquit

Li. de glā enim Hippocrat. Alijs autem si per palatum in gut dulis.

tur multa fluxio contingat, ut plurimum morbi tabis oriuntur: repletur enim pulmones pituita, atque ea ipsa pus sit, id quod pulmonem exedit. Ex quo colligetur, aliquando fituita in pus verti, ceterum à maiori calore: quare pus momentum illis opus est esse maioris efficaciam & caloris, ut tantum partis calorem adaugeant, quantum ipsa à pituitæ frigiditate superatur. Cauendum tamen est ab his vehementioribus, ybi copia humoris maior est, aut particula parua, vel partes extremæ & exangues: quapropter in his omnibus prudenter suppurationijs uti oportet, sicut in partibus natura imbecillibus, & omnino ab eis fugiendum in ma-

Libr. 6. po lignis tumoribus, ut consultit Galen. his verbis. Ce
fū. 30. teram nolite putare me omnia cruda nullumque

pus habentia ha curare docere: nonnulla enim ex his, al. emplastricis istis medicamentis purrescent, aut propter humorum ipsa creantum prauritatem, aut ob affecti membra imbecillitatem, ingenitum calorem ita pusillum ægrumque habentes, ut neque humorum in ipsum de laporum coctionem aggred-

Libr. 2. ad diatur. Tantum cum veretur Gale. ad huc in his,
Gla. c. de in quibus opus est suppuratione, ut ea potius pro-
abscensu. hibet etudeat, dicens: Si speres eam prohibere

posse, panem oleo & aqua per mixtum plurimum in coques: sanus enim est vel rotolentibus difcute-
re, aut scarificata parte humorem vacuare. Quod si
natura ad suppurationem properauerit, diligenter & breviter procuranda est. Inquit enim Gal. loco
citato: Quos ybi digerere posse parum speraueris,

cata-

cataplasmatis ex triticea farina vtere, nam ad celeritatem suppurationis plurimū cōterūt: quæ enim diutius immorantur, maximam carnis excavationem, plurimos sinus, ac sāpe inmedicabiles fistulas pariunt.

Nec minoris momenti est nosse, quæ partes suppurationem admittat, & quæ difficulter, aut secus. In qua re statuēdum est, partes abditas & intra corpus dissitas nulla ratione suppurationia admittere, ob loci incommodi atem, & quia sufficienter calidæ sint ad id opus. Quo sit, vt nefas sit in huiusmodi partibus suppuratorijs auxilijs quidquā tentare, licet natura id aliquando efficiat: nam multa tentat ipsa, quæ Medico non licet mouere. Partes etiam quæ articulationes constituunt, omnino pus mouentia rennunt; difficulter enim vlecia harum partium sanescunt, ob copiosas humiditates quæ ad eas confluunt: præterquam quod ligamenta & tendones facile ab his medicamentis putredinem subeunt. Rursus partes pusillæ & extremæ, vt superiùs diximus, vbi multo humore irrigantur, ob gangrenæ periculum defectu caloris, qui saile sussecaretur his appositis. Item vstitutiones quæ sint vel ad varices, vel fluxum sanguinis sistendunt, ne gustare quidem possunt suppurationia medicamenta, ne ante integrum partium coriolum decidat secura: neque in gangrena proutus ante integrum exsiccationem eis uti oportet, ne amplius partes computrescant.

His habitis, statuēdum est, ob id varia artem nostrā adiueniente suppurationi auxiliorum genera, quod mira partium & humorum varicias ī iure optimo expostulat. In eneis tamen ea quæ similia sunt nostio calori, necesse ria existunt & iustifi-

bb 3 ciunt,

Institutionum Medicinalium

ciūt vbi pars calore abūdat. ceterū ad suppurandū humoris incrementū caloris etiā incrementū adhibere oportet; aut vbi humor adeo tenuis est, aut cu
tis rara, quod nō opus sit emplastū: quibus opus habemus in frigidis particulis & humoribus. Alijs verò quæ ex accidenti pīs mouent, indiget natura vbi opus est aliquid ante pīis confectionē efficerē: prēparare nimirū ad festinā suppurationē, pī assertim vbi utīque sinēm respicimus, scilicet reiōlationē, & eius quod remanserit suppurationē. Cæterum licet in erisypelate & alijs calidioribus, frigidis utramur aliquando, tutum tamen semper non est, quia & calor partis extinguitur, & tumor iū duciēm immēdicabilem conūnigrat.

DE R E C T A A D M I N I S T R A- *tione tergentium auxiliorum*

I N S T I T U T I O X I I .



Vppurato disruptoq; abscesſu, nequit pars ad antiquū statū reduci, nisi à recremētū puris, tum fodiū que in carnis generatione supersūt expurgetur. Quātanè tractationem in qua tuoi potissima capita plauit diuideat, iuxta qualiora quæ in ipsa consideratione signa existunt: nimirū quibus, quando, quantum, & quoisque abstergentil us utī oporteat.

Circa primū sciendum est, triū generū esse medi-

medicamenta huic ministerio proficia: quorū primum continet ea omnia, quæ communi quadā acceptione abstergētia, seu rhyptica dicuntur: secundū ea quæ catarctica seu purgatoria, & farto liberantia ab omnibus appellantur: tertium vero reliqua omnia quæ abluedo, à fornicida labe partē vindicant.

Cōstat igitur ex Gal. rhyptica speciatim, sordē à Li. 5 simili
cute & viceribus tantū extergere, nō etiam obſtru pl. 11.
Et liberat: inquit enim. Nā quæ in superficie solū
sordē auferunt, siue in cute, siue in viceribus, ea ex
tergētia seu rhyptica nominarūt: quæ vero poros
purgant, ea subtiliorū his partū sunt, & emplastū
cīs contraria: proinde ephractica & ecatarctica ap
pellantur. Nitiosa quidē sunt omnia & amara, parū
inter se ratione maioris aut minoris operis diſidē
tia: cū hoc tamē, quæ efficaciora sunt, si adstrictio
nē fortūatur, parū aut nihil abstergūt ob meatum
angustiā, quia ea ratione adhærent magis sordes.
At in internis viscerib⁹, q̄ maiores habeat meatus,
maius accipiunt cōmodū ex vasorū corroboratio
ne, quā proper oscularū exiguitatē lēdātur: sic ab
synthiū foris adhibitū, parū aut nihil agit, intus
verò sumptū, mirū in modum repurgat, sicut alia
quæ eiusdē sunt naturæ, vt nitru vltū, nitri spuma,
& aristolochiæ radix. At cutis vniuersitæ & vicerū
sordes, nō hęc tamū sed viribus minorā auferre
possunt, falsa nimirū & dulcia omnia, quæ tenuiū
sunt partū: licet ex amaris imbecilliora alijs admini
stra, prodeesse optinē possint, tergit enim modicē fa
rina fabarū, hordet, cicerū, semē lini torrefactū, re
rebint hina magis & mel despumatiū: thus, myge a
le amare: valentius eiui farina, semen horim mī, ra
dix treos & panacis, atque alia id genus.

Abluentia verò medicamen alicet etiā sordes

Institutionum Medicinalium

*Libt. 2.
tra. 2. c. 4.*
aüferant, longe à prædict's virtute & agendi mo-
do dissident, quod nullam habeant al. stergendi
vix, vt his verbis dixerat Avicen. Iuuativa est om-
nis medicina, cuius proprietas est vt absterget, nō
virtute agentie in ipso, sed virtute patiente, quam
iuuat morbus: & si significo per virtutem patientem,
humiditatem, & per morum significo cursum: cur-
rens enim subtile cum vadit super orificia vena-
rum, lenit humiditate sua fuperfluitates, & remo-
uet eas suo cursu, sicut aqua hordei & aqua cucur-
bitæ. Quibus conslat qualis naturæ sint abluentia
medicamenta, & qualiter dissideant ab al. stergen-
tibus. His tamen medicamentorum al. stergentiū
sortibus alia adiungi possunt, cuę sugēdo, vt spon-
gia & suctions, idem opus molliuntur. Et ea qui-
dem aliquando in angustis & fistulosis ulceribus
non paruo vsu adhibetur: quo etiam casu pyulcis
utilicet, sicut & alijs quæ idem præstant, quod ex
sicca & rara materia sint confecta.

Hæc autem medicamenta, quæ verè abstergen-
tia dicuntur, solùm id ulcus quod aliquid habet in
forde, aut pus conuersum, desiderant: etiam si ul-
ceris conditio, qualia abstergentia debeat esse eli-
git. Evidenter quidem est nonnunquā car-
nem vitiosam, ac saxe humorē fluentem in pus ver-
ti: item carnem ipsius ulceris, crassum & tenue ex-
crementum ex necessitate naturæ generare: tenue
verò oportet, aut coquere, si id ulcus crudum ex-
postulet, aut exsiccare & conterere: crassum equi-
cē aut mediocre, modò pus, modò solides, aut quo-
nis alio modo appellare libuerit, perpetuò abster-
gendum.

Sed primi generis medicamenta (vt probè eligas,
& cuique vt par est, præstare possis) tria confide-
randa

randa præbent: nimirum affectus naturam, sordis
speciem & locum affectum: quippe ab his omnibus
ea variare aut aliquo modo mutare, non raro con-
tingit. Quippe ulcus quodlibet, ubi à simplici de-
generat aut affectibus coniungitur, qui peculiarē
sibi curandi rationem prærequirunt, ut cum dolor,
fluxus, carnis desperditio, sordes, sanies, pus aut ca-
choetia, vel quævis alia deterrima conditio illi suc-
crescunt, aut aliquid ab ulcere prodit; quod ipsum
mutare videtur. Si primum, præmitti debent medi-
camenta aut saltini his cōmiseri, iuxta rationem
affectus qui ulceri associatur: nam cruditas pepti-
ca, durities malactica, phlegmon lenientia, & sic de
alijs perniscere docent, donec ex toto associati af-
fectus subsideant, & solis abstergētibus vni liceat,
ut consuluisse Gale. constat. Quo sit, ut iuxta opti-
mam rationem prisci illi sapientissimi varias com-
posuerint his visibus medicamentorū formas, quas Li. 2. phar-
Galen. refert. Si vero secundū, cachexiam, virulen- ma. gen.
tiam, corrosionem, sorditatem, putredinem, prosun- c. 4.
ditatem vel cauernositatem: quæ omnia lympho-
matis potius aut causæ, quam ulceris diuersitatem
obtinēt. In quorum curatione id adseruabis, quod
in reliquis: nimirum accidentia vel causam primò
auferes aut fluxionem, qua abstergentia adhibeas,
ut his vebis optimè dixerat Gale. Prohibet qui-
dem maximè huiusmodi ulceri sanescere fluxio,
post vero, reliqua omnia putredo sanguinis, & si
quid ex sanguinis transmutatione est orruim: pre-
tereà herpetibus & esthiomenis omnibus: namque
ex his qui fluxerūt humeris, aliquid facile sub-
oritur ex supra dictis malis: aut facta aliqua mala
nurtitione, corruptioneve aut diuitie, aut quovis
alio sinistro aut putrido vitio, quod curari antea
Li. 3. pl. ar
ma. gen.
Li. 4. me-
thod. c. 5

bb 5 del-

Institutionum Medicinalium

desideret. Quapropter his ulceribus abstergendis ea medicamenta sunt proficia, quae ulceris virtus viribus sint æqualia, si abstergere intendimus. Quia lia autem unumquodque ulcerus requirat, perdisces facile, si noueris prius ea posse duplii forma adhiberi, solida quidem & humida: illa præhumidis ulceribus, & his quæ in cute fiunt, aut prope articulos: abluētia vero sinuosis, fistulosis, & his quæ in corporis profundo sita sunt. Cum hoc tamē his aliquid ex siccis & solidis addere oportet, quo ali quid ulceri adhæret: inquit enim Gal. Nisi medicamentum diutius cui adhæserit, nihil efficiet, & ob id dannat saepius medicamenta muriare. Nam licet Hipp. consulat saepius cataplasma esse videnta, intelligendum est de cataplasmatis refrigerantibus: In malignis quidem ulceribus, & his quæ ad cicatricem egrę perueniunt, tota exsiccandi ratio his medicamentis fiat necessaria est, quæ citra mortuum desificant. Verum considerare oportet, an ulcerus sordidum fiat ex carne ipsius exessa & colliquata, an præter exsiccantia, prærequirat etiam abstergentia, quorum defectu sordidum efficitur. Nam si ex fluxione caro exeditur, per exsiccantia & fluxum reprimientia medicamenta, sordes auferes: quod si hoc non sit, abstergens medicamentum acerius est, & ea ratione euocat prauos succos & carnem exedit: aut tam est debile, quod nequeat abstergere. Quamobrem in his pensitanea est corporis, & affectæ partis dispositio, ac medicamentis natura & efficacia, quod his verbis dicere Hippocrat. Qui porro de ulceribus cognoscere velit, quoniam singula finient, eum primum omnium hominum species perscrutari oportet,

Libr. 4.
pharmac.
gen 1. &
4. cap.
Li. de affe-
ctio.

Lib 2. pra-
dic.

ter, sum eas quæ meliores sunt ad vlcera, tūm quæ
de errores: deinde tētates nosse in quibus singula
vlcera curau difficilia existunt: locos item in cor-
porib[us] perspectos habere, quantum alijs ab alijs
differunt. Eadem etiam refert Galen docens par Li. 1. phar-
tes quibus difficulter curantur vlcera: ex locis ma. gen.
sul alares & lateram mollitudines, aut femo - 2.
ra: nam & moræ in ipsis sun, vt inquit Hippocrat.
& recidivæ: & ex articulis periculo maximi ob-
noxij sunt maximi dīgit: & præterum pedum: Li. 1. me-
Namvt Galen. consulit, maligniora vlcera &
corpora duriora ac robusta, valentiora abster-
gentia desiderant: at mediocria molliorū cor-
poris habitus aut imbecilliora. Sed horum for-
niā & rationem scripsit Galen. apertissimis ver- Li. 4. phar-
bis dicens: Præterea notandum venit, pura vlcera ma. gen.
ra ab his medicamentis, vnde prius cūm eisent for-
dida, nihil mordicationis percipiebant, nunc mor-
deri: quod est signum euidentis medicamentum es-
se efficacius. Quæ causa est, vt à valentioribus
abstergorū ad initiora minusque mordacia digre-
diamur, vbi vlcus ad amissim purum inuenemus:
quemadmodum rursus in folidis, præsertim quæ
viam medicamentū non persentiant, ad magis ab-
stergentia transeamus. At in corrosiis viceribus,
vt maior vrgentiorque est repellendi & exsiccandi
necessitas, ita quæ abstergunt medicamenta
minorem præstant usum, licet aliquid eorum ad-
mittere non sit ab re: abluere tamen huiusmodi
vlcera sāpe cōuenit. In cācrossis vero vlcerib[us] ma-
iori opus est consilio: in quibus si debili utaris me-
dicamento, nil efficies, si validiori irritabis: quapro-
pter lois aut vstis metallicis Gal. vlcera cōsulit, quia
mediā obtinet naturam: na hac ratione coctionem
substant

Institutionum Medicinalium

Suant, tempore vero ulceris scalorem compescunt, innata siccitate exsiccant & extergunt. Huius generis sunt lemnium sigillum, cadmia, calcithis, calcaneum, myssi, sori, stygium, plumbum, scoria plumbi, squama ferri & alia eius naturae, dum lotione aut igne mitescant, quibus tantum ceræ, pinguedinis aut olei addere oportet, quantum haec simplicia fuerint fortiora. Sic que ablui desiderant prius molli vellere aut linteo abstergere oportet, aut sero, si acris sit sanies: si copiosa sordes, melicrato: si multa simul & acris, sero in quo sacchari octuplum, vel mellis tantudem diffusum sit: si vero vermiculosum fuerit, succo absynthij: quod si cauitas prior sit, onomellite, post vino austero utendu est. At in foetido sinu, putrido & cruento, oxicratum adhibebis, acetum, oxymel, onomelli, dilutum marrubij, absynthij decoctum aloem, myrrham cum paucis zelle. In defluxione humoris maligni & malignis ulceribus, & atramento futorio & caricis in cineri vestis puluisculus onomellite aspergitur.

Ligni etiam sancti decoctum, mirum in modum prodesse assolet. Tandem ea medicamenta abstergentibus & exsiccantibus addes, quæ ulceris conditio, accidens aut complicatio postulauerit.

His suppositis, supereft adhuc alia ulceris conditio, qua ulcus quidem simplex aut cauum appellatur: simplex vero duplex reperitur, alterum citram alicuius substantiae deperditionem, cuius meminebro ea de agglutinatis: alterum vero cum deperditione, quia ea à cauo differt, quia hoc & cute & carne subiecta est, ita quidem sola cute: quod ulcus j lanum apud eilat Galen. Circa quas ulceris differentias nosse oportet, quod cum haec tantum desiderent carne impletu, & cute tegi, & ea sint solu naturæ.

Li. 3. me-
tho. c. 4

naturę opera, quae perficere ipsa nequit, nisi quae prohibent abscindantur excrements, quae necessaria rō ex quauis coctione prodeunt, hinc profectō sit, dum vlcus simplicissimum non est (quod solavniōne coalescat) abstergentia medicamenta esse necessaria, quae naturę carnis generatrici extersis super fluitatibus ministret, ut liber è carnē generare possit. Nihil enim vulgarius est, apud Chirurgos, quā huiusmodi vlceribus adhibere quae abstergant & exsiccent: hoc ad ebibendas tenues humiditates, ille iudiciorū ad fōrdes detergendas. Quoniam tenuē illud excrementum, quod secundūm naturam ex coctione & nutritione partis sanguinis supererat, euolabat quidem vi & efficacia sani caloris: at vlcerata pars, cūm calorem non habeat aequem vegetum in aquam & tenuem humiditatem mutat, qua vlcus humidius redditur: prætereat craſsum excrementū quod ex eādem coctione pululabat, nunc in vlcera parte, in fōrdem & putrilaginem abit. Qua sententia diluuntur rationes Argenterij & Falopij ad uerſus Gal. existimatiū in vlceribus non reperiuntur has fōrdes & tenues humiditates, quia non coquunt pars vlcerata: quam disputationem latius explicatam reperies lib. de recto v̄su præfid. Ego tamen existimo in principio & semper in vlcere prædictas fōrdities reperi: cæterū dispari plurimum iactatione: in principio quidem ob cruditatem & carnis præternaturalis actionem, & humoris ad vlcus confluentis maiorem copiam & vitium, partim quia non coquuntur, partim quia aduruntur. At procedente tempore dum vlcus coquuntur, predicta fōrditie purius redditur, quia coquuntur qui perfuerat humorē, quibus vlcus sol descebat. ea tamen excrements, quae à partis nutritione & carnis generatione

Institutionum Medicinalium

ratione suboriuntur, ut Gale. est sententia, quo magis coquitur leuiter sordidū sit ea sordine, quæ ne cito sit vlcus virosis, vt prima sordities: quinimo his apparētibus, boni moris esse, & ad salutem properare vlcus existimamus, & sic quo magis coquitur, eo minus apparēt ioxes & fordes quæ à principio appetuere, & puris maior copia, & citius sanescit vlcus, & pus secū terre adnuxta illa duo excrementa coctionis. Et sic pus prout maiore aquosi & crudis humoris copiam secū defert, aut crassis, sordidioris quæ maiorem aut minorem, aut aequalē cum abstergentibus exsiccantum medicamentorum miscellam exposcere: quia hæc excrementa raro sola visuntur. Quo factum est, vt vlcus à principio esse crudū iudicemus ob copiam illius prime speciei sordis: cōcoqui verò, dū pus optimū sit: improspere verò coqui, dum tenuis crassave puris substantia plus iusto est. Ex quibus euidenter constat, duo esse genera excrementorum in vlcēribus: vnum ex cruditate & viro caloris obortu: aliud ex coctione. Illud verò quod crudis vlcērib⁹ adest, nulla ratione abstergentibus curari potest: nam irruato vlcere eorum mordicatione & absterſione, crudius ob nouam fluxionem & dolorem efficitur, sed ijs tantum auxilijs quæ coctionem iuuent, & pus moveant. Quo sit, vt adhibitis frigidis, aut alijs quæ à natura coquen. ium longè dissideant, vlcus temperato extraneo calore coquatur. Cui etiam vſui certantū sunt adhibenda, quæ parus natuam temperiem corroborent circa emplastricam qualitatē. At ea excremenia duo, quæ diximus, & pus circa vllam dubitationem abstergentia medicamenta expostulant: siccantia tamē admiscere oportet, sed alijs præcipue yſibus,

ut leges ca. de carnem generantibus. Verum dum pus improsperè persicitur, & vitio caloris aut humoris aquosius sit, exsiccātia medicamenta prōminari tenentur, sicuti abstergentia, dum pus et raf-
fios sit eiusdem caloris aut humoris vitio. Atque his constat, qua lege quis ceniō vti possit tribus il-
lis generibus abstergentium quę superiūs dixi-
mus.

Situs etiam & natura atque figura partis eva-
riant prædictorum medicamentorum formā: nam
sinuosa, abluuentia desiderant cum abstergentibus
paullò valentioribus & frequentiùs exhibitis, ve
Hippocrat. consuluerat. Quę sanè ulceris figurę
indicatio adeò est necessaria, quod s̄epe obum-
bret indicationē partis sicciora exposcentis: quod Li. 3. me-
docuerat Galen. dicens, Siccioris sunt, qualia esse tho. c. 9.
diximus, quę minus sunt carnosa, cuius generis,
quę circa digitos & articulos habentur: præterea,
quę circa aures, & nasum, & oculos, & dentes sunt,
ac vt semel dicam, ubi crebræ cartilaginiæ ac mem-
bra & ligamenta, & ossa & nerui sunt: cum hoc
camen dum sinuosa sustinent ulcera, abluentibus
tutiūs & citiūs curantur. In qua re in examen re-
uocatur sententia illa Hippocrat. in qua præcipie
nulla ulcera esse madefacienda, præterquam vi-
no, nisi in articulis fuerint: quem locum non-
nulli intelligunt de ulceribus in articuli pro-
lapsione. Quo loco Galenus aperte monstrat id
sieri, ne neruis in articuli prolapsione disten-
sio contingat: qua de causa non solum vi-
no, sed & laxantibus & mollientibus vti docet:
quod expressis verbis consuluerat Hippocra-
tes dicens: Omnibus enim circa articulos læ-
sionibus multa aqua calida affundenda est,
quod

L br. 2. de
morb.

Institutionum Medicinalium

quod de omnibus vlceribus iuxta articulos sulaudare oportet. Nam harū partium vlcera varia exoptant medicamenta, ob varias causas: tum quia articulorum natura non omnino renuit abluentia medicamenta (licet sicca constent substantia, quæ ob id & ratione vlceris siccis gaudent) quia in articulis necessum est inesse quandam humiditatē in motui facilius efficiendo apiam, quā humidis præcavere oportet, aut humidioribus alimentis reficeretur: tum quia siccis medicamentis harum partium vlcera facillimē exacerbantur, & ob id abluentia siccis admixta exoptant: tum vltimō quia frequenter in his partibus sinuosa contingunt vlcera, quæ curari ut dictum est desiderant, nimirum per mixta pharmaca: nam sola abluentia plus damni quam comodi afferre possunt. Pari etiam ratione, si vlcus in quouis viscere aut causa corporis parte fuerit, pus suetu & pyulcis extrahere oportet: post hæc abluentia ad instis abstergentibus sunt adhibenda, modò per propriū foranien, modò per communia, ut aures, nares, vesicam, vterum & intestina. Ac si vlcus solidum fuerit, abluentibus medicamenta sunt liquecenda, que per se sola exteriū sufficerent extergere, nam quod loci ratione non datur, adhibere mutata medicamenta forma necesse est. Vlcera vero vteri peculiari quadam & grandi diligentia curare longissima oratione docet Hippoc. & ob id ad eam partem lectorem relego. At viscerum vlcera ea medicamenta exposulant, quæ præter id quod vlceri sint proficia, roborent etiam ob partis dignitatem & officium, ut his verbis Galen. consuluerat. Plerique paucum exadstringentibus pharmacis ei admisuerunt, idq; duplicitis usus gratia, sicut diximus: nempe ut id

Lib. 1. de
mor. mul.

L. 4. me-
thod.

L. 2. phar-
ma. g.n.
cap. 16.

quod

quod affectis partibus influit, repelleretur, & altergentium facultatem usque in profundum duceret.

DE R E C T O V S V A V X I L I O- rum carnem generantium

I N S T I T U T I O X I I I .



V B I T quidem in examen illud auxilij genus, quo ulceraria carne impleri facilius possunt: quod cūdē opus, & si solus sit naturæ, ipsa ratione in ulceribus varijs impedit metis iuxpedita, nequit sine artis administratio sum munus perficere, ve-

lut cūm sana erat. Cæterū in ixilia que id efficiunt, longe diuersa ratione ac vulgo at ter fertur, suū munus exequunt ut: præterquam quod Gal. neque tenet sententiā, neque Chirurgi sumi perficiunt opus ei, rā maximā contiouersi. Nam aliquando Gal scribit ea me dicamenta debere esse sicca: non nunquam priro gradu sicca, & prosequens eorum exempla, ouæ viam secundi, quæam tertij gradus annumerat siccam. Item modicè calida, hoc est ipsa carne calidiora debere esse alibi digerendi vi præter ratiōnis carniem densitatem, repellentiam, tēperatia, & ultimō ea quæ submouē omnia quæ naturæ opus intercipiunt: quam varietatem sic dirimes.

Dividui medicamentum carniem generans in duo potissimum genera: quorum primum coniuncte

cc cc

Institutionum Medicinalium

ea omnia, quæ propriùs videntur id munus perficiere, qualia sunt quæ modicè siccandi vires obtinent, quæ quidem non eo magis sarcotica appellantur, quod aliquid conferant per se primo in carnis generatione, quâni cætera omnia: sed quia semper conseruit ulceri, cui nullus aliis affectus inest nisi carnis priuatio, cuius medella est inundans humitatis exsiccatio. Secundum vero genus omnia alia complectitur, quæ utcunq; submouent ea quæ naturæ opus intercipiunt. Sunt enim ulcera non fauca, quæ eo carne nō implentur, quia præter humiditatem naturalē, aliud etiam obtinet impedimentum, quod nisi remoueris, etiam si commodè siccet nil efficies.

Circa primum genus nosse oportet, duo esse excrementa, quæ in sanis corporibus in carnis nutritione fiunt, quorum tenue per insensilem habitum abit, & crassum in sordem: ceterum in ulceribus tenui vertitur in tenuem saniem, & crassum in sorditatem. Quo sit, ut cum ulcus coquitur, & caro generatur, lordidum & humidum fiat: quæ sanè excrementa postea carnis generationi refragantur: qua propter ea abstergentibus purgare, & exsiccantibus inanire consultit rei natura & conditio. Quæ

L. i. me-
thod. Gale. doctrina licet optimo innitatur fundamento, ut mea fert opinio, non satis probat exsiccationis solūm hac ratione esse ulceribus proficia, ut verè sarcotica possint dici: nam hæc siccandi ratio longè dīsidet ab ea, quam ixores qui ex coctione prodeunt, exposicunt. Quo sit, ut duplex succrescat in ulceribus siccandi necessitas, materia & sine longè diuersa: nam fames quæ ulcus præhumidum (aut, ut rectius loquar, madidum) eliciunt, nulla ratione quæ potestate exsic-

caug

cant exposcunt, sed ea tantum quæ ebibendi seu
auterendi humidi ates illas efficaciam actu habet.
Namque s̄epe contingit plura vlcera sanescere, li-
neis aut cannabinis linamentis: huius rei ratio est,
quia si tenuis sanies a carnis generatione prodit,
necessum est, tanquam excrementum, à carne ipsa
ad vlceris cauitatem pelli. Quo fit, vt vlcus ea hu-
miditate madescat, cui medicamenta, quæ poten-
tia siccent, qualia sunt quæ à Galen. recensentur,
nulla lege sint prosicua, sed ea tantum quæ su-
gendo & ebibendo prosunt, vt extersio crebra
ex spongia aut quavis alia re, quæ extergendi vim
fortiatur. Quamobrem aliud pretiosius ministeriū
medicamen a potestate exsiccātia præstare vlceri
bus mihi semper visum fuit. Quippe arbitror medi-
camenta illa sarcotica à maiori bus appellata, non
ad humiditatis illius consumptionem, sed ad nouæ
carnis robur, firmitudinem & constantiam ac simili-
tudinem cum præexistenti comparandam fuisse in-
uenta. Quod sanè dogma ipsa rei ratio videtur
conuincere. Nam cùm ex Hippoc. constet siccum
sano esse simile, nec meminit quidem Hippoc. sic-
citatis, quæ priuatione sanosæ humiditatis solum
contrahitur: nam hæc madidum reddit vlcus, non
humidum: sed eam profectò magnificit siccitatē,
quæ carni sanæ assimilatur: quam quidē vlcus sua
sponte citra exsiccātiuni ad minicium efficeret ne-
quit. Ratio est, quia cū calor partis vlcerae ob cu-
ris defectum facile euaneat, nequit veluti cum
sana erat pars, sua munia prosperè perficere: quo
fir; vt carnem generet, sed non æquè solidam,
densam ac siccām, sicut ea est, quæ in parte præ-
rat, quia nequit pusillus calor ad vnguentum diflu-
tere quod alimenti superest: quo fit, vt mollior

Institutionum Medicinalium

humidior quæ generetur caro, quam sit sana quæ præst: qua quidem ratione semper eget exsiccantibus medicamentis, quæ robur, firmitudinem, soliditatē, cōsistētiā generatæ carni addere possint, ut præ existenti similiis sicut: qui usus exsiccantium medicamentorum potissimum est in ulceribus, & ob id dicit i sunt sarcotica, idest, carnem quasi generatiā, aut reddentia similem carni præexistenti. Quæ sanè paulò calidiora ipsa carne oportet esse, quo sanguinem attrahant, nec ullo modo adstringere, ne ipsum repellant. Quia potissimum ratione factum est, tot artem nostram adinuenisse exsiccantium medicamentorum gradus, indicatione sumpta à partis ulceraræ natura, non tenui sanie, quia cui-

Li. 3. Me que parti similem teneat reddere carnem: sic Galen. docuit corporis naturam contemplari: nam plura in fueris esse sarcotica constat, quæ in adul-
mod.c.,

Li. 4. c. 33 tatione Aetius hæc refert verba. Carnem enim quæ ad ulceris nutritiōnem distribuitur, reliquo cor-
pori similem esse oportet: ubi igitur pristina caro

siccior est, ibi noua quoque superueniens siccior fieri debet: denique tantum oportet siccum medi-
camen umi ulceribus præstare, quantum caro quæ præexistit, siccata fuerit, nec plus nec minus. Nam exsiccantia medicamenta, potius carnis considen-
dæ gratia, quam vi saniosas conterat humiditates,

Li. de vle adhibenda sunt. Cuius ei ultimam rationem adiun-
rib, git Hippoc. dicens: Ulcunque in ulceribus, quæ neque recte, neque ut res postulat, assidue purga-
ta prius fuerint, produci caro cœperit, solet plu-
trum supercreccere: in his verò quæ recte, atque

ut res postulat, assidue purgari, & nisi collisum aliqui accederint, siccis præsidij nutriuntur, ple-
tumque

rumque caro non excrescit. Quibus omnibus constare arbitror, sicca medicamenta, huic solum usui, & ut verbum Hippocrat. sonat, veluti nutritatur vclus, achibenda esse, & ob id sarcotica iure optimo dici. Quo etiam sit, vi si siccioribus quam preexistens caro postulet, viamur, caro siccior fiat, & in cicatricem protinus degeneret, praeterquam quod huc exsiccantia consolidacioni ulcerum summoperè conferunt.

Cum dictum sit plures esse exsiccantium medicamentorum gradus, iuxta diuersitatem partium corporis, necessum subinde erit ea numerare, ne quis plus, minusve quam par sit, vel eris carnem inscienter exsiccat. Que sanè medicamen a Galen. in tres ordines paratur: nam primo ordine locatur thus, farina fabacea & hordei: secundo resina, terebinthina laricina, abietina, mel coctum & despumatum, mel iosaceum & pompholix: tertio vero erui farina, multo magis aristochia, mel crudum, myrra, opopanax, & similia, quæ secundum exsiccantium gradum non excedant,

L. 1. & 4.
Method.

Quantum vero persistendum sit in exsiccatione, docuerat Galen. statuens, id monstrari à carne quæ generatur: nam si supercrescat, & id plurimum fuerit, siccioribus uti oportet; si vero modice creuerit, celdem quibus ad id deuentum est: at si abesca, mutioribus, donec velut requiuisceretur crescat. Cui usus sciendum est ex Galen. doctrina, carnis esse in tripli distinctione, proprie quidem & absolute unam: & duabus immixtis: illa quicunque dicetur pars corporis nostri, simpli, molli, rubicunda, fibras muscularum complectens. gigiuntur ex sanguine medioriente, siccata.

L. 2. Me-
thod. c. 3

L. 10. Me-
thod.

cc 3 Alte-

Institutionum Medicinalium

Alterūm carnis genus nomine carens, huic est simili-
timū, sed tamē diuersum, fibras omnes cordis, ven-
triculi, æsophagi, intestinorum, vesicæ utriusq; &
uteri ambiens & circū eas iactans, & muniens con-
tra causas calorem innatum dissipates. Membranis
etiam suam carnis compagem, negare nō possumus:
nam cū sanæ sunt, corpulētores apparet: attenuantur
verò dum non ita valent: quod in re practica
distinxisse, magnum prēstat usum. Tertium autem
& ultimum carnis genus est, propria cuiusq; visce-
ris substantia, quā parenchyma Medici antiqui ap-
pellarunt: talis quidem est, cerebri, pulmonum, he-
patis, lienis, tenui caro, seu id totum, quod venis
ac nervis adhēret. Atque hę sunt omnes carnis dif-
ferentiæ, quarū facile regnū, dum deperditur, po-
test prima: secunda difficulter: tertia verò partim
possibiliter, partim diffīcilius. Sic enim Hippocr.
inquit. Nervus discissus non coalesc. t, neque ve-
sica, neque aliquod ex tenuibus intestinis, neque
vena sanguis sua, neque tenuis genæ pars, neque pu-
dendi pellicula: qualiter verò in senibus caro rege-
nerari possit, & quibus medicamentis, latius poteris
legere lib. de recto præsid. usu.

Sciendum ultimō in hac institutione est, vñ certi-
bus plura accidere, quę citra nouum affectum car-
nis generationem impediunt: veluti sanguinis pau-
citas: cui usui medicamenta quę parum siccent, &
manifeste ealfaciant sunt adhibenda: nam quę ta-
lia sunt, plus astrahunt quę in siccent. Confluit item
sæpe sanguis tanta copia, quod eam natura regu-
lare nequeat: quapropter quę repellendi vim obti-
nent sunt admiscenda, dum non sint ex adstrin-
gentium genere. Item distemperies sæpe facul-
tatem prosternit, ita ut carnem generare nequeat:
qua-

Liber. I. de
meritis.

quā propter non contrarijs (ut nō nulli cēsent) sed moderatis in omni qualitatum excessu distemperiem corrigere, & facultati ministrari oportet. Verū si ulceris distempries plurimum fuerit à medio labens, medicamenta parum à medio recedere tenentur, versus contrariam qualitatē ei, qua ulcus distemperatur. Idem etiam de his quę emolliunt intelligere oportet, si p̄e partis durius caro giganti non possit, & pari rauione de omnibus alijs, quæ naturæ sunt impedimento.

DE HIS QVAE CICATRICE M inducunt medicamentis

INSTITV TIO XIII.



V A M V I S ulceratæ partes tunc sanitati proximę habentur, cùm cicatrice solū obduci desiderant, non tamen ob id ita certū est, quando, qualis, quoque modo futura sit. Nam ulcerum plura ita sunt malignatae affecta, ut nulli p̄asidijs cicatrice obduci queant: alia etiam ob carnem excrecētem, potius quæ exedant, quam quæ cicatrice obducunt desiderant, ob partis affecta p̄stantiā. Alia rursus ob partis sitū & naturā diuersis medicamentis expostulant cicatrice obduci, qualia sunt inter natum partium, oculorum, aurium, narium & oris. Quapropter quatuor se se nobis offerunt

dī +

dispu-

Institutionum Medicinalium

disputanda in hac Institutione. Tumum, quod simplicem & optimam cicatricem efficere coeiat: se-
cundum, quid possit modum ponere super crescē-
ti ea: tertiū, q̄ a viri malignis viceribus cicatrix
conciliari so sit, quarum vero, quid iuxta diuersi-
tatem partium cicatricem inducat.

A me omnia tamen necessum est monstrare, qua-
lis sint naturae & sortis medicamenta epulotica nun-
cupata. Cui s rei re minicitur Galen. monstrans
dui l cem oī tunc e naturam: primam eorum quæ
ex accidentia epulotica circumpars, quæ carnem de-
trahere, & colligare propria natura sunt apta,
quorum si minimū quid super vlcus inieceris, ip-
sum ad cicatricem perducet: cuius generis sunt
ca'cithis, es vstum & lotum, aris squamma, mysi ac
viriolum: hæc enim calli instar carni incurando,
& contrahendo, cicatricem dicuntur inducere: qui
bus si paulò largius utaris, vlcus cauum efficies.
Longè tamen diuersa ab his est natura eorum quæ
verè epulotica dicuntur: nam præter id quod ni-
hil proficiunt, nisi magnam quantitatem vlcerum
ponas, carnem solūm alterare habent, non exede-
re, vt ea quæ mox diximus: id quod perficitur per
ea medicamenta, quæ carnem ipsam contrahere,
constringere, densare & exsiccare, ac instar calli
durare valent, cuæ vt plurimum secasunt, & fri-
gida, vt galla, alumnen, es vstum, malicorium, ba-
lafluum, acacia, hus & huius generis alia. q̄aç om-

Li. 7. sim- nia Galen. de epulotis refert. Quippe regne-
pli. re (inquit) aliquid opus est, quod peri, non tantum

Li. 9. sim- vntre quæ dissident: cæterum diuersa ratione h̄ic
pli. gig nere quod deficit, quān in cauo vlcere, quan-

Li. 1. phar- do illuc sanguis, h̄ic caro, pro materia sit: siquidē
ma. gen. quod
c. 8.

quod cauum est, impletur ex gignenda carne, quæ
ex sanguine ortum habet: at in cicatricem perduc-
tur quod iā est impletū ex gignēda cū e, quæ ex sub
iecta creatur carne. Ceterū caro eadē specie cū ea
quæ perijt, gigni in cauo vlcere potest. cutis talis
omnino, qualis erat quæ perijt, restitui non potest,
sed quid simile cuti, & quod eius officiū suppleat.
Quibus verbis cōstat, ex carne per vltorē exsic-
cationē fieri cicatrices, & eis deberi ea medicamen-
ta quæ mox diximus subiectam carnem posse al-
terare.

Qualis verò futura sit cicatrix, & quomodo, Li. 3. me-
aperit docuerat Galen. docens cicatricem cū tem L. 14. me
non esse, quia pilis caret: inquit enim. Ego quo- tho. c. 10
nam cutis carne ipsa, tū siccior, tum etiā densior
est, si carnem siccabimus & adstringemus, cutis etiā
per similem reddemus: nam quæ cicatricem indu-
cunt medicamenta, non solum qui influit, consumere tenētur humorem, sed eum, qui in ipsa carne
subiecta continetur. Ceterum in hoc opere ca- Li. c. pl ar
uere plurimum oportet calli generationem, vt Gal- ma. lo. c. 6
len. ap. r. è consulit dicens: Cuta enim l abeda, est,
vt crita cellulū cicatrix inducatur. Atque ea graua
ea pharmaca in usum veniunt, quæ mul am ad ta-
ctum lenitatem inducunt: suboritur enim cicat-
rix pan. o, siccioribus his quæ carnem generant,
& minime mordentibus. In publicis itaque
corporis particulis, & planis vlceribus, lenis-
simis medicamentis cicatrix quadrata est, aut
saltē in sarcoticis maiori adhibitis copia. Quo l ita
facere in lichenosis ac senibus non a ieo fa. liè est:
neque exedentibus medicamentis, nec plurim in
lēibus, quia maior & deformior sicut cicatrix: quas

cc 5 pro-

Institutionum Medicinalium

profecto emendare nisi recentes fuerint, non posse
ris: ac si id futurum est, calaminta superlparsa fa-
cies albiorem cicatricem, sicut i ipsa cum vino co-
cta, aut argenti spuma lota cum oleo rofaceo: item
oleum in quo ferverit broniae radix, sicut thymé
lapidem refert Gale . recentes cicatrices emenda-
re, inueteratas difsiciliter, licet medicamentis quæ
carné exedant, anserino aut gallinaceo adipe com-
missis, saxe id ex voto succedat: alia verò quæ cica-
tricem corrigunt, leges lib. de rect. præsid. vsu.

In cauo vlcere neque ante cicatricem induce-
re, quam carne adimpletur par est, neque plurimū
carnem permittere supercrescat, sed cum planum fa-
ctum sit vlcus. Quæ quidem opera cautæ facies, ne
cum exedere & æquare carné intendimus, aut cres-
centē plus iusto exequamus, aut prater institutum,
caro ipsa in cicatricem degeneret, antequam equa-
lis efficiatur. Qnod etiam aduertit Galen . dicens:
Cessare enim consultit Hippoc. antequam finem sa-
cias: & eleganti oratione alibi his verbis dixerat:
Eatenus verò utroque viendum, ut tum primum
definas, ubi ad cōmoderationem peruererit, prius
quam ad contrarium ascendat: nam & carne super-
crescente diminuenda, nisi in symetro substiteris,
cauam partem refræsiabis: & caua recreanda, nisi
steteris, ibi: in symetro cessaueris, minime car-
nosam efficies,

Sunt etenim inter medicamenta exedēria plura, quæ
nisi debite adhibeātur, id prōptè efficiunt: quod do-
cuit Gal. distinguere, collatione facta corporis, na-
turæ & partis affectus, ac virtutē medicamenti: nā quæ
acria sunt, in paruisima quantitate adhibere oportet,
cum cicatricem inducere studemus: at si carnē
exedere, liberalius. Cuius generis sunt atramenū
futorium,

Li. 13. me
th. c. 16.
Li. de cōs.
arc. me.

sutorium, calcithis & similia. Quæ vero vehementer siccant, sunt vt spongia, aspliodelorū radix, hermodactili, stupæ minutim incisæ, linimenta muria imbuita & exsiccata, quæ varianda sunt pro partis aut corporis conditione: nam in humidis corporibus quæ acria sunt & exedentia, cicatricem inducere nequeunt: sufficiunt quidem quæ siccandi vires habent. At in siccis corporibus & naturis, exedentia potius cicatricem inducunt, quam carnem exedere possint: quæ vero sicca sunt, pus quidem mouere sunt apta, cicatricem non possunt.

Contingit non raro, etiam si vlcus carne sit obductum, cicatricem suscipere nullis remedij possit, aut tam factam mox euanescere, & vlcus detectum, vt prius erat, superesse. Aegrè quidem ad cicatricem deueniunt vlcera, quæ hac ratione dissepulotica appellantur, aut maligna, vt insinuauerat Galen. Quo fit, vt adhæc duo tantū vitia expeditat reducere causas omnes, quas Medici passim in vlceribus regre ad cicatricē venientibus considerant. Sunt itaque, vt Gale. locis citatis recenset, Li. 1. phar
ma. gen.
c 18.
Li. 4. c. 1. hæc vlcera ea quæ ex humorum confluxu vel multorum, vel acrum, cicatricem admittere nequeunt circa particulæ affectæ aliud vitium. Cacoëthe autem vlcera appellantur, quorum partes affectæ ita vitio conspurcatæ sunt, vt ex sibi commiso alimento, aut callum aut carnem foedam nigrat, aut quovis alio vitio conspurcatæ efficiat: quo fit, vt cicatrice partes non obducatur: at dissepulotica ob prauorū aut multorū affluxū, & ob id diuersa ratione praesidia sunt administranda. Nā quæ dissepulotica sunt, premissa per sanguinis missionē & purgationē prudenter, validam citia moisu exsiccationem expo-

expostulant. Præterea à summa diligentia curandū est, ut quod influit ieiucas repellas ve, si plus misto qualitate aut copia peccauerit: & si quid influxit di scuticēcum protinus est, ijs quæ cina immodicum calorem & acrimoniam id valeant efficere: quibus præmissis, siccioribus cicatricem induces, vt

Li. 4. ser. docuit Aetius his verbis. **Q.**en admodum antea **s.c. 40.** diximus, duplex scopus propositus est in curatione partium orbis nullus de ipsius habitus inest: alter repellendi quod influit: alter discutiendi quo in affecta parte est: & longissima oratione peruenit curando vique ad cicatricis inductionē. At si cacoëti he fuerit vlcus, præmatio corpore decenti evacuatione, ne forte eius vitio vlcus tale sit, particule tēperies oīrum aite corrigenda est, ne demeps humores vivent. Expedit tamen ante, si quid præter naturam in vlcere factum est, id radicitus abscindere: nam in nouate imperie concilia, & carne noxiter præexistenti genita simili, leui negotio cicatrix fieri poterit. Quod si adhuc non sufficerit, expendere oportet quatuor esse vlcerū conditiones, quibus ipsa ex grē cicatricem acmutatur, & quibus postquam al quam ad ipsiuntur, facile iterum amittunt. Prima, cùm vlcus malum contraxerit habitum: argumento sunt senes & hydropici, quos sanare amicā n. n poteris, quām nialum habitum auferas, etiam si caro eo sicceatur quod in cicatricem degeneret: nam paulò post, sua sponte in pristinum delabuntur statum. Nec minus quidē grauia sunt vlcera, quibus cō inuus imminet aliis de fluxus, indicio sunt fistulae & varicosa vlcera: item cancriosa, & quæ iam callū contraxerunt: quæ licet, fucata quadam cicatrice obducantur, difficijora, durioraque curatu paulò post erumpunt.

Quarto

Quarto vero ea difficultius & incertius cùtem accquiruntur, quibus os vitiosum subiaceret, ut his verbis dixerat Galen. Quando enim ex adhibitis medicamentis caro quæ ossi superiacet patienti exsicca a contraxerit cicatricem, statim quicquid integras relictas uras videatur: rursus vero paulatim aliqua etfluente sanie, ex osse corrupto in parte penitiore iterum a luenit inflamatio, & puris genera sequitur, à quo qui leim tota superficies ero luit, caro vero evulsetur. Quibus verbis colligitur, cicatricem non esse perpetua, donec os ex ioto excidatur. Qui propter hæc quatuor inconvenia prius auctor oportet: deinceps vero quæ valenter exsiccant, adhibendi sunt.

His habitis, staruendum est, ut in carnis generatione, ita & in crura rice inducenda varia & ebere esse quæ id opus essent, tacta diuersitatem partis ulcerare. Nam quanto particula siccior fuerit, tanto maiorem desiderat siccitatem: non quidem eam quæ sibi simili sit, ut in carnis generatione, seu longe intensiorem, quanto cūriosa siccior quæ sit cicatrix carne ipsa. Cuius rei exempla & ratione n̄ reddit Galen. per singulas corporis particulæ, ex quibus facile erit, quantum in quavis particula exsiccandum sit, colligere.

Libr. 6.
aphe. 45.

Lib. 5. me
tb. c. 10.

Institutionum Medicinalium
DE R E C T A A G G L V T I N A N -
tium auxiliorum administratione

I N S T I T U T I O X V .



S T igitut agglutinatoriū auxiliū, quod natū est coniungere & vnire diuersas partes, quo in pristinam unitatem reducantur: vnu quidem & singulare cruentis vulneribus præsidium: necnon & in finibus inuenienteratis cùm ab omni inflam-

matione eos vendicaueris, puroisque medicamentis reddideris, ut ex Gal. constare videtur. Quod

Li. 2. phar- sanè præsidium plus siccet quidem oportet, quam
ma. gen. quod carnem producit, non tamen deterget, ne-
c. 12. que expurget, sed contra prorsus substantiam om-

Libr. 2. ad Glau. nem in idem cogat: cuius census sunt medicamen-
c. 8. ta austera & adstringentia, quorum virtus est,
32. ne vlla inter coituras partes subnascatur humi-
ditas. Quod pulchrè his verbis docuerat Aристо-

Li. 1. pro- dicens: Quænam virtus medicamenti supprimen-
ble. text. tis sanguinem sit, quod enemon appellamus: an
32. vt exsiccat & materiæ inutilis confluuium com-
pescat, sine crusta aut carnis putredine: ita enim

efficiuntur vt vulnus simul & inflammatione careat,
& vnitati sit opportunum: quod enim materia non
superfluit, inflammatione carebit: quod siccum
est, vnitati opportunitus erit: quādiu namque per-
mendet, concorpore scere nequit. Quamobrem que
cruentis acria magna ex parte sunt, quod acerbitate

rate sua possint adstringere: qua sententia explicuit
egregie, qualia debent esse medicamenta cruentis
vulneribus proficia.

Quapropter necessum est constituere differen-
tiam inter ea & reliqua, quæ ferè eiusdem sunt
conditionis, & agglutinaria non sunt. Nā siccantia
sunt, quæ ulceri curādo sunt proficia, quæ sat
cotila appellamus: siccata item, quæ cicatricem in-
ducunt, & siccata hæc etiam quæ agglutinant. Rur-
sus adstringentia multa, quæ agglutinandis ulce-
ribus non sunt utilia, licet quæ agglutinant e. iam
adstringentia esse teneantur. Sed hæc inter se est dif-
ferentia, quod quæ carnem generant, tantum id
quod superest alimenti, ab eo quod ex usu est, pro
carnis non solum nutritione, sed & generatione,
exsiccant, & quod principialis est, ipsam carnem
firmant & similem sanæ reddunt. At in aggluti-
natione ulcerum, siccandum modò est quod fluit,
quo videlicet affecta pars superuacuis vacet: nam
cùm caro aut nulla aut pusilla generari debeat,
maiorem partem eius quod inservit, consumere te-
netur agglutinaria auxilia. In cicatrice vero
inducenda, non modò qui affluit humor, ve-
rum qui in ipsa carne contingit absumentus est:
careant tamen ablitione oportet: sicut enim in agglu-
tinatorium in medio eius quod carnem genera, &
cicatricem inducit, quaenam ad siccandi vires
attinet. Item licet agglutinaria adstringendi vi-
res habeant, probat tamen Galen. neque omnia Li. i simi
adstringentia agglutinare, neque omnia agglu- P. c. 2.
tinaria adstringere. Quo loco recenset pluri-
ma, quæ licet adstringant, poius tamen car-
nem excedunt quam agglutinent, ut calcithis, æris
squamu-

Institutionum Medicinalium

*Li. 3. me-
th. c. 4.* Squamma, & eius naturę alia: præterea alia rep̄ties, quę licet agglutinent, non tamen adstringunt, ut amyłum, farinę puluis & similia. Huius quidem rationem reddit Galen: his verbis: Glutinatorum vero, ne que deterget, ne que expurget, sed contra prorsus substantiam omnē in idem cogat. Qua sententia constat, quod licet glutinatorum teneatur adstringere, id vero adstringens quod aut deterget, aut purget vehementer, nulla ratione potest esse glutinatoriū. Itaq; agglutinatoria pharmaca sub adstringentibus includuntur, vt quę frigida sunt, quę hac lege repellendi vires fortiuntur: omnia tamen sicca esse oportet: sicciora item sarcoticis, quia alimentum adhuc secundūm naturam consumere tenetur: præterquam quod principium opus est partes comprimere ac firmiter, vt si quid præter naturam aut præfuerit, aut fluxerit, oxyssime repellat, ne agglutinatione impedimento sit: nihil enim inter coitua labra esse debet, vt cōmodē vno fieri possit, vt Gale expresserat: cum hoc tamen licet huius naturę sī auxilium, varias sortitū differencias iuxta diuersarum partium quę solui possunt, rationem.

*Li. 3. me-
th. c. 10.* Verūm licet simplicis vulneris varias species adduxerit Galen, quas in Institutionibus Chirurgicis recensebo, cum hoc tamen unum habent omnes communē, vt agglutinantibus (si citra alterius vitij complexum fuerint) curari perpetuō desiderant. Variatur tamen materia, non vitij differentia, sed membrī affecti varietate, quia communē habent omnes vulnera, quę instrumentalibus partibus nulla iaria est possibilis: quia hæc quatenus instrumenta artis sanitatis non habent alterandi, coquendi, assimilandi, & regenerandi causam,

ne-

necessaria quidem opera ad vniōnēm. Quid licet aliquando fiat id virtute sit simplicium: nam figura, numerus & magnitudo nō hocum efficerē valent: non quidem ut Tagaultius ait i ratiōnē, quia ex toto scinduntur venae & arteriae. Cum hoc tamen non est credendū, omnes simplices vniōri posse, sed ex his quasdam proutiē vniōne suscipere, quasdam impropriē, & difficulter, quasdam verò impossibiliter.

In quo sanē opere expenſisse oportet, quid vniō sit, quid gluten, ac denique quid agglutinatio. Est quidem vniō reditus ad vnum, nam per diuisionem plura erant facta, quæ prius vnuū erant. Præterea continua & verē vnam sunt, quorum extremita sunt vnum, & in partium vniōne non semper extrema sunt vnum (nihil videhet, substantijs, quæ durae frigide ac siccæ sunt, quas diximus difficulter coalescere, ut ossa & cartilaginiæ & nervi, intercidit simile) quia mediæ ſaepè alia substantia, diuersa ab ea quæ in parte diuila eſt. Quia propter ossa non dicuntur re vera vniōri, quia non coniungitur os niſi medio callo, quo veluti vinculo veram vniōnēm emularūt: quæ potius connexio & colligatio censenda eſt, licet in pueris Galen aſſerat ossa probè posse vniōri: quia calore & humido abundant, & ſunt molliflamma. Alii verò huius tractationi proficiua, pulchra & difficilia leges expressiū lib. de recto præſi l. vsu. Oſſil us qui rem proximè accedunt cariila, ſinges, venae & arteriae, licet facilis malto id ſiat: mediam enim, quantum ad vniōnis facilitatem art. ner. in er. cariae & o. a. na turam ob. inenit: quapropter ratione telpeian umi eſt posſe vniōri. Caro etenim inter omnes patet esse o. riūs faciliusque vniuit, nullo intercedere neceſſa.

Institutionum Medicinalium

à carne ipsa diuerso. Necesse tamen est naturam aliquid habere: quia cùm mutatio fieri non possit à morbo ad sanitatem, à diuisis ad vnionem, absque motu & actione aliqua, sit ut glutinatione moliatur ad eandem naturam redditum: quod nulla ratione fieri potest, citra vinculum & gluten, quo vera symphisis & vnio fiat commode: est tamen id vera caro eiusdem naturę cù præexistenti, quia nulla communis solutio post vnionem manet absque cicatrice: at cicatrix caro est siccior solidiorque facta, ergo citra ipsam vniri non poterit. Maluit tamen Galen. hanc carnem quæ interstat, glutem appellare: cuius quidem generatio in hunc modum est. Sanguis qui attrahitur à partibus carnosis ad propriam nutritionem, postea quā ad extrema diuisa peruenit, vbi venæ sunt vulneratae, effunditur, & à partibus iam contiguis eo modo alteratur, quo aliis sanguis in partibus integris: quæ quidem sibi sanguinem apponunt, & adhaerere faciunt, atque ita sibi assimilant, ut tandem viscosum & crassum glutinis modo fiant, & sic vniuantur, & per integrum assimilationem sit caro, in qua verè sit huiusmodi vnio, ut apertis verbis docuerat Galen. Agglutinatorum, aut omnino

Li. 3. me-
thod. carnis generatione non egent, aut planè exigua. Quibus verbis constat in vera vnione pusillum carnis generari.

His præmissis, statuendum est quatuor esse carnis species: glandulosa una est quæ nullam membrorum seminalium missionem sortitur: simplex, quæ fibras seminales obtinet: confusa, quæ fibras & membranas laceriosas, quæ ligamenta & nervos adipiscitur. Quo sit, ut carnis nomine, cui facilitas coalitus inest, veteres rubrum illud, molle

ex

**ex sanguine genitum, ac sibi associatum, cítra me-
dium alterius natuře intelligant.**

- Præterea ea membra hac in parte in memoriam
reuocare oportet, quæ nulla ratione conglutinatio
nem admittere diximus: quorum quedam sunt ita
tenuissima, ut soluta coalescere amplius nequeat:
ideò vesica, nisi in ceruice discissa non coalescit.
Alia autem quæ in integrum dicissa sunt, minimè
vnri possunt, quorum etiā notitiā tribuit Hipp. itē Libr. 6.
ea quæ perpetuò motu agitantur: vnde septi & pulaphorū,
monis vlcera raro sanitatem consequuntur: postre
mō ea quæ eius sunt nobilitatis & præstatię, ut scis
sio plurimos exhauriat spiritus antequā coalescat.

Insuper statuendū est, huiusmodi coalitū nō esse
artis munus, sed naturę: quod egregiè docuerat Ga
le. Supereft tamē in prædicta vniione artis ministe
riū & præparatio agenti na uræ: quā sanè præpara
tionē quadruplicē esse ostēdit Gal. Prima sit remo
vendo, si quid est inter partes diuisas quod applica
tionem exactā fieri impedit. Secunda diuisas par
tes simul cōmittere & alligare docet. Tertia eadē
iam applicatas firmare ac stabilire præcipit, & sta
bilias eo modo conseruare. Quarta vero docet
partis substantiā tueri: quæ omnia necessū est Chir
urgum memoria tenere. In applicatione itaq; præ
stāda manus Chirurgi vim potissimā habet: falsis
vero & futuræ potius conseruant adductas iā par
tes, quā efficiaciā habeat adducēdi: alia quidē præ
fidia mixtū opus videntur præstare, iuare inquā
exactā applicationē, & quæ applicata sunt arctisi
mē cōnectere: cui vñsi deseruit cōmodus partis si
tus, & fariosi excrementi affluxus. Vlunā manum
imponunt exsiccātia, quæ partis substatiā tuean
tur, quorum abundē dictum est.

Institutionum Medicinalium

Li. ar. me. In qua re pro partis variitate varia oportet consignare pharmaca, quæ cuiq; proficua sint. In ossis fractura prius oportet ossa coniungere, & in propriam figuram restituere, deinceps ad calli generationem peruenire. Porro Gal n. aut calium procera ri ex excremento nutrimenti omissis: appellat quidem recrementum proprij alimenti, non quicquid verum excrementum, sed partem alimenti residui. Nam quara ratione ossa ex omnibus humoribus nutrantur, eodem proflus modo in calli generatione necessarium est ex universalia massa humorum aliquid assumere, sed plus ex eo quod crassum est, & viscidum, ut pituita est, & humor melancholicus: nam quod futurum est vinculum ut firmum sit, ex crassitate duritiae, ex robustor & constanter, ex visciditate vero aptius & firmam colligationem sibi paret oportet. Quamobrem virtus instruendus est, ad arcendam inflammationem, in principio magnæ fracturæ, tenuis: ad callum generandum deinceps crassus & tenax & quantitate & qualitate moderatus: nam sepe calli generatio impeditur, ubi sanguis aquosus est, sicuti ubi plus suppedatur a venis quam possit alterari, præserum ubi facultas inutilia est, ut in senibus & male affectus corporibus, aut cum callus callo additur ob nouani fracturam: quippe tunc callus nequit ita facile formari. Qualiter que fracta sunt uniti, contineri atractantur debeant, latissimè leges lib. de recto præsid. vsu. Sat enim est hac in parte scire, quod unitas ossium partes, ut callus fiat, firmabis vitamine, pice, cera, terebinthina, resina, alumine, propoleos, ammoniaco, myrrha, & pulueribus ex unaque contulua, & reliquis huius naturæ qui vulgares sunt.

Nerui

Nerui etiam & tendones, varias patiuntur divisionum differentias, namque huiusmodi partes aliquando punctim vulnerantur, & aliquando cessim: & rursus puncturæ nonnunquam patent, ac nonnunquam cæcæ sunt & occultæ. Item vulnera quæ cessim sunt, nudum aliquando ostendunt neruum: aliquando vero cute & carne rectum: item aliquando neruus totus est præcisus, quandoq; autem dūtaxat ex parte disiectus: quæ omnia curationem necessariò ienentur evanire. Namque nervis punctis alia conueniunt, quam vulneratis latioribus plagiis, & sic de reliquis differentijs. Dum punctim nervus fauciatur, sola indiget exsiccatione: nam doloris mitigatio, quam omnes Medici veluti primæ commendant, symptomata est, cuius medelia ad nervum nihil attinet: nam si principio id vitare, quantū possibile fuerit oportet, & exsiccare sanie & excrementa quæ in vulneribus necessario gignuntur (non tamen nervi substantiani aut temperie mutare) nam si initus maneat, mordent nervos & irritant dolores & conuulsiones ac inflammations. Sic Galen. laudat sulphur, sagapenum & euphorbium, quibus maiori ex parte oleum adniscet, quod alijs vicesibus denegauerat: tūm quia nulla in punctuis desideratur carnis generatio: tum vero ob symptomata: cuius praefidium oleum est. Quæ sane medicamenta tribus modis prodefesse postunt, exsiccando nimurum, vel toras trahendo, vel facta permixtione vinctuose substantiæ cū saniosa. qua ratione illius saniei acrimonia fieri possit. Quo sit, vt dum omnia hæc officia Galen. exequi velit, omnia admisceat, sic quæ valent et siccant, vt euphorbium addit, aut dum magis est mitigandum, sabinum solum infundit, vel

L. 2. & 6.
Method.

Institutionum Medicinalium

Li. 4 ser. 2
cap. 27.

cum eo miscet ceram & terebinthinam. Aliquando sanè adiçimus quæ facultatem mitigatoriam cum trahente obtinet, veluti cù opopanax & sagapenū cum oleo adiunguntur. Itaque ab omni humectatione cauere oportet huiusmodi affectos, solù enim quæ moderat è calfaciūt, & valenter siccant, huic usui proficua esse his verbis docuerat Aetius. Nerui enim sauciati curatio medicamentis opus habet, quæ repidam caliditatem habent, valde verò siccant. At si proisus non scindatur neruus, eodem modo curari desiderat: cauendum tamen est, ne agglutinantibus hæc & maiora mala succrescant. Quòd si conuulsio superuenerit, præscindendæ ex toto fibre sunt, postea tamē vulneratas partes vni re oportet, sutura aut ligatura decenti: id tamen circa nerui aut tendonis punctionem: quod profectè ante inflammationē fecisse oportet. Verū si neruas cute detectus sit, fugere actia medicamenta oportet, qualia sunt quæ ex euphorbio componuntur: eligenda tamen quæ absque rosione siccant: quapropter abluere huius rei gratia medicamenta oportet. Si verò neruus contusus fuerit, que exsiccandi & adstringendi vires habent sunt eligenda: ut fabaceam farinam cù oxymellite & sapo, cui admiscetibis irim Illiricam & absynthium: ac si vehe mens fuerit dolor, rosaceū adhibebis cù albumine oui. Si verò cessim nerui continuitas soluatur, agglutinatrixa medicamenta sunt adhibenda. Ceterum quia neruorum natura expostulat quæ modicè calfaciant, & valenter siccant, & ex altis partibus liberaliter trahant, ne quod ex vulnere superest excrementum, diu ibidem moretur, cum hoc tamen hoc sibi peculiare exopiant neruorum vulnera, ut non exactè labra committantur aggluti-

nem.

nentur, sed foramen aliquod relinquatur, per quod tanquam per enissarium santes effluere possit: sunt autem medicamenta huic usui idonea, inter alia quæ Gal. recenset, centaurea maior, lingua canis, laniola, pillosela, consolida maior & minor, oleum lumbricorum terrestrium, terebinthina, gummi, opopanax, & alia id genus, quæ licet frigida sint, aptiora calidorum mistione redduntur. Reliquæ leges lib. de rect. presid. usu.

DE A N O D Y N O R U M E T. lenientium auxiliorum recto usu

I N S T I T V T I O X V I .



OLENT accidentia eos miseric& grauitatis ac molestiarum peruenire, ut etiam si morbus suapte conditione grauis sit, uniuersum curantibus consilium ad se vertant. Cui ministerio duo adinueniunt ars auxilia: quorum primum anodynorum medicamentorum est: reliquum vero leniens, siue paregoricum appellatur, quorum vis & efficacia est, dolores, vigilias, tussim, defluxiones, & sanguinis defluxiones sedare.

Anodyna igitur medicamenta, quæ propriè doloribus medentur, suas etiam fortius differētias: nam quedam re vera sunt anodynæ, quæ primum genus constituant: quedam, ut Galen. statuit, talia dicuntur, licet sua natura anodynæ non sint, quibus

Institutionum Medicinalium

iunctis constitui potest tertium genus. Illa enim quæ priujo genere cōtinentur, calore sunt ita temperato, ut calor i nostro i ratio quā simillima existant, aut salsior prius eti inem calidacientia non transcendent: i am si culci tensu q̄e em mouent, partium dolce asecciarunt tristitiam, moleſſum, que tenet inabſent. Quæ ſanè p̄ eſtia etiam tenetia eſſe partium conuenit, libilque habere adiſtrictonis, vt vi à patiēt cura euent, eigerant, rare facient, extenuat, cōcoquunt atque a quabile ied dat quidquid in partibus dolore vexatis humorū eſt acrum, lenorū, crasicrum aut multeum intenib⁹ ſpiramentis infartorum, vel quidquid vaporosi aut crassi, aut plurimum ſugici ſpinis particulae colenti iuhat, inq; actumque eſt. Cum hoc tamen pouissimam eius eſtificationem & vnum eluſcere compries magis in dilatandis aperiendisque meatibus, & laxandis partibus i pſis, vt minus tensione crucientur.

Primum igitur anodynorum genus cōtinet, quæ nōstro calor i simillima eſſe diximus, ut oleum dulce ariate mecum, de ſemine lini, camomili, amygdalarum et leciū, & reliqua id genus. Quæ enīa hoc habent proprium & peculiare, ut omnibus doſiſſis affectionibus mitigationis gratia conueniant: omnibus etiam cauſis & temperaturis: p̄tērea omnibus morbi temporibus, aut anni conſtruutionibus adhuc possunt: & corpori pleno & vacuo preſentia aliquando dolorem ſolum mitigant: itē nomiūqua affectionem fanant. Nam dum ſimi la ſunt nōstro calor, acuumoniam mali, iamque cauſae etiundant: cum vero caloris primū gradum fortuantur, per intensiſiem haluum cauſam illūnt: ſic cum cauſa diuersa faciunt negotiū, quæ primo

primo gradu sunt & calida adhibenda sunt: dū dolor
vrget, quæ nobis similia existunt.

Secundum anodynorum genus, licet præcedenti
aliquo modo accedat, cum hoc tamen magis vide-
tur contra causas pugnare: nam aut euacuat dige-
ritque quod in parte est contentū, dum copia plus
iusto ipsam dilendet dilaceratve, aut qualitate cer-
tat aduersus vniuersiusque qualitatis excessum: fri-
gidam cattaciendo, & calidam refrigerando, ac sic
de reliquis oppositionibus. Quæ omnia his ver-
bis docuerat Hippocrat. In doloribus proximum
ventrem purgare, sanguinis ventrem retinendere,
vstio, sectio, calfactio, refrigeratio, sternutatio, &c.
Quibus verbis inquit Galen. remedia annumerat,
& leuibus & saeuissimis doloribus succurrerentia.
Quod etiam idem Hipp. docuerat dicitur: Sanantur
que dolores contrarijs, idque etiam vnicuique mor- Li. de lo.
bo proprium est. in hom.

Li. 6. pep.
part. 3.

Tertium anodynorum genus continet ea medi-
camenta, quæ licet anodyna dicantur, revera tanta
non sunt: cum census sunt omnia narcotica appellata,
quæ partium stupore & sensus priuatione, co-
lorem persenari iuvant, non tollant. Quæ sane me-
dicamenta n. axiniam adeò habent vim, ut sepe no-
ceant: quo sit, ut utroque modo errare coningat,
aut si plus quam pars sit naevous utar s: vel si pæ-
dole laborantis vires labi obtinorem perire se-
ris. Quod profectò Galen. his verbis scripsit. Li. 12. Ma-
git vero cubantis delitius sulcitur, cuiusque vo- thod. c. 3
lupta em, non sanitatem pro meta gere contumelias
adula ovis, ubi ultra progressu, rucens lori-
minis officium facit. Er' o veluti in omni tosus
vite, in alii necrum aetione, ita hic ei o e
consilium illud Sapientis, qui Nequid non n. scixit,

ee s con-

Institutionum Medicinalium

contēplentur: habētes pro sine quō tēdamus, cūbā
tis vtilitatē. Esto igitur terminus in egrorantibus,
quē nō transibit is, qui ex arte generosē cōtra mor
bū pugnat, vt vīres custodiat. Stupefaciētia igitur,
frigida sunt, doloris sensum adinētia: quē quidē ca
lorē natūrū spiritū q̄; vel extinguedo, vel repellen
do, partem cui fuerint admota sensu priuant: quod
omnia frigida præstare nō possūt, sed ea tamē quæ
quarto excessu huīsmodi sunt, vel ad minimū ter
tij refrigerantiū ordinis mediū superāt, vt mandra
gorē radix, alterci seimen, & papaueris succus.

Præterea sciendū est, stupefaciētia esse duplicis
naturæ: nā quædā intus sumpta somnū conciliant,
sensus q̄; acrimoniam hac ratione obtundunt: alia
quidem exterioribus pariibus suam gratiā imper
tiuntur. Quæ omnia in hoc cōueniūt, quod corpus
refrigerant, & sensus eo vsq; stupefaciūt, vt si pau
lò liberalius adhibeātur, mortē etiā afferāt. Diffe
runt siccitate inter se: nā quæ humida sunt, potui uti
lia nō existūt: sat enim est intus sumere philoniū,
siue Persicū, siue Romanū: cuius naturæ est triphie
ra magna, aut requies magna: à quantitate scrup. s.
ad drachmā: nā turius est, iterato id medicamētum
præbere, quā semel exhibito in ināius discrimē de
ferre laborātes: cū hoc tamē satius iudicauī, calido
rum aliquid cuiuis narcoticorū admiscere, quibus
nō modō periculū declinemus, verū etiā ipse affe
ctus mitescat aut humores coquantur, discutiātur,
inscidantur, aut tota substantia alteretur. Cæterū
ex his varia possunt cōfici sopientiū medicamēto
rum genera: nā quæ soporiferi habēt plus ad præ
sens valent, sed immedicablem in parte relinquūt
affectū: quæ verò minus & calidorū magis, minus
sunt ad præsens efficacia, tutiora tamē & salubrio

ra existunt: & magis si post annū à cōpositione su-
mantur. Q:z verò exteriūs adhibentur, nō incon-
uenit esse humida: cū hoc tamen præstantior est is
adhibendi modus, qui docet ea admiscere medicamen-
ta, quę partim affectui cōueniāt, partim cause,
partim verò sint anodyna, additis duobus tribu-
ve granis opij, ita vt pro partis dignitate adaugeas
aut minuas opij quantitatem, commixtis etiam ca-
lorificis, & concoctorijs, ne pro sensu quem in præ
sens sopire intendimus, in futurum etiam sensum
vitamque partis extinguiamus, aut saltē densa-
ta materia incrassataque difficilior fiat affectus.
Qua ratione liberalius in calidis & acribus hu-
moribus eis vti licet: cum hoc tamen cautius
& per interualla & à leuioribus & minori copia
facto exordio, quo certior sit de quantitate con-
iectura.

Lenientia seu paregorica medicamenta, licet à
multis pro anodynīs usurpentur, dissident tamen:
nam hęc solis doloribus proficia sunt: illa verò nō
his sed plurimiis alijs accidentibus commoda ex-
istunt. Nam vehementer patientibus, vigilanti-
bus, fluxum quemvis patientibus, ac insuper
oninibus alijs affectibus, qui ex humorum acri-
monia, calore ac malitia prodeunt, hęc omnia me-
dicamenta protinus subueniunt, & præterquam
quod euacuationem non faciunt, etiam sensum
asperum nullum inducunt, quin potius ut Ga- Li. 2. sim-
len. scribit, ipsa contra sensuum medentur aspe- pli. c. 14-
ritati, qualia sunt lac, chōdrus, prysana, adeps, oleū
dulce & similia. Quorum protectō duo reperiunt-
ur genera: nam quædam sunt quę ex accidenti le-
niunt: quædā verò quę primo & per se. Quæ ve-
rò id ex accidenti efficiunt, aut vacuato humore,
aut

Institutionum Medicinalium

aut facta abstersione, aut non protinus, aut maiori excitata alperitate id efficiunt. At quæ verè & per se leniunt, quatuor inodis docet Galen. distinguere ab eo quod ex accidenti lenit: primo an statum mitiger, an non: secundo an simul cum lachratis euacuerit, an non: tertio an asperuit quandam in corporibus relinquit, vel fecit: & quarto an ita affectis vtile videatur, nec ne. Itaque quod continuo mitigat, & nullam excretionem mouet, sed neque exasperat dum intus manet, immo exasperatorum medella existit, ipsum quidem natura bonum est. Qibus medicamentis, alia etiam addere oportet, qualia sunt, que a Gallo recententur, loquendo de emplastris colicis appellatis, ouæ opifaria apud Medicos habentur. Reliqua vero paricularia ad sedationem cuiusque accidentis, reperies lib. de recto præsid. vsu.

L. phar-
ma.lo.c.4

DE ROBORANTIVM AVXIRUM rum differentijs & rectioru

INSTYTUTIO XVII.



VANTO roborantia auxilia communiora sunt, & maioris momenti & usus, tanto negligenterius & circa debitam distinctionem tractari hucusq; vidimus: oes namq; roborantia exquirut, exhibent tamē pauci, quia principijs caret & legibus quibus uti oporteat, vt in usum facultatum adhibeantur.

beantur. Conabor ob id, ut res clarior euadat, quid
 propriè si imbecillitas docere, & quibus modis om-
 nes poten·tiae & singulae imbecillitati possint, ut
 hac via eliceat, quibus modis unaquæq; ad pri-
 stinum robur reduci possit. Constituit quidem
 Hippocrat. differentiam inter languorem & imbe- Li de vete
 cillitatem dicens: Pro simus est imbecillis languē- me.
 ti, verū in imbecillior est languens, & plus laborare
 contingit ipsum, vbi iust. in tempus non est asse-
 quutus, qui propter vtriusq; ie naturam perdiscere
 oportet. Est i. aque imbecillitas, que potentiam à
 suo s. ope aberrare facit: quod pro eccl. prodit, de
 fecta fundamenti aut instrum. ati, spirituum nimis
 rum aut humidi, vel subiecti in quo liec sun: item
 non raro vitio tēperamenti partis, aut totius. Quā
 ta neū impotentiam succrescere posse uno ē tribus
 temporib; eul. lente similiā est: nam quædam an-
 te morbam reperitur: cuius ratione particula cui
 in sit, postmodum morbum suscepit: inquit enim
 Hipp. Quod si anē morbum aliqui pars doluerit, Li. 2. acu.
 hic mordus firmatur. Cui subscribit Gale. dicens: 47.
 Cum verò sint & sensim increscunt, Medicos ple-
 rotque huet, quæ sanè non quando ob magnitudi-
 nem auxilio iam carent, tunc agnoscere oportet,
 quod vulgo cōtingit, sed & cùm incipiunt & fiūt:
 hoc quidein optimum est. Quidam verò alē in
 morbis ipsis corrīgunt imbecilitates, ut Galen.
 eodem loco docet, sic scribens: Aliæ autem ob po-
 non, id est laborem, seu propriè dictum, vt dolor
 idem sit seu vt quispiam dixerit, malam affectionē,
 quia in acutis morbis æ gri male atsciuntur: sic
 enim coctiones delitescunt, & aliarum potentiarū
 actiones vel vitiantur vel abolentur. Post morbi
 curam ut omnibus constare arbitror, facultatiū in

Institutionum Medicinalium

In potentia serè semper superest, ob morbi causam & accidentium vehementiam.

Habent quidem predictæ imbecillitatem cōmuni-
nem quandam medendi rationē: nam auxilia, quæ
per ablationem causæ operantur, omnibus sunt cō-
munia, sed maximè ante morbum. In morbo verò
tantum eas mitigare oportet, & in auxilijs morbo
præstitis eius imbecillitatis gratia aliquid admisce-
re, nisi plus urgeat casura virtus. Post morbum qui-
dem, vbi quæ roborandi vim habent, potiore locū
obtinent, considerare oportet, quid in parte imbe-
cilla effecerit, destruxerit que morbus: nā iuxta id
roborantia adhibere conueniet. Sæpe enim solidā
substantiam depopulatur morbus, nonnunquam
spiritus, sæpiusque temperiem mutat euertit que: ac
nō rarò aliquid humoris relinquitur: cuius ratio-
ne facultas à suo scopo aberrat. Quo sit, vt hac va-
rietate inspecta, corroborandi munus aggredi ex-
pediat.

Cuius rei gratia scire conuenit tres esse imbecil-
litatis sortes, iuxta tres potentias quæ imbecillita-
ti possunt, vitalis nimirum (quæ reliquas facilē in
consensu trahit) animalis, & naturalis: & sic in
quois membro considerare oportet, quæ illa-
rum à suo munere aberret, vt cuique iuxta pro-
priam naturam debitum præsidium præstare pos-
simus.

Dictum quidem in hac re est, quanvis earum im-
becillitari, uno ē quatuor modis posse: nimirum
defectu humidi radicalis & propriæ substantiæ,
vbi talis potentia viget: nam particulæ moles, seu
materia, vel dissipatur, vel corruptitur, aut supra
modum crescit, aut denique figurā mutat. Itē tem-
peries, iuxta eos quos luscipere potest, excessus
aut

aut defectus, cum materia aut sine ipsa, idem malum nata est efficere. Præterea aliquid remanet in parte, cuius ratione facultas nequit suum munus perficere. Ultimò quidem spiritus, in his facultatibus quarum sunt instrumenta, aut dissipati perirent, aut refrigerati & extinti aut suffocati, aut denique distracti ad diuersas partes.

His suppositis statuendum est, naturalem facultatem, temperamen*tum* i virtute plerumque imbecillitati: sicuti animalem ob partium quæ illi subseruitur depravatam figurā: & vitalem propter omnes, sed potissimum ob eas quæ spiritibus accidentū lēsiones, etiam si ex accidenti reliquæ facultates ab omnibus ledantur. Considerare insuper oportet, an imbecillitas sit in causa aliqua corporis partie, ut in ventericu & intestinis, vtero aut his similibus: an in articulis, nervis, ligamentis, tendonibus, venis, arterijs & carne, aut in omnibus simul: nam diuersam ob id expostulant roborandi rationem.

Insuper ad certam roborandi rationem inuenienda non necessum est scire, causas imbecillitatis priùs demoliendas esse, ante quam alia auxilia aggrediamur: quod si id fieri ita facile non possit, necessum est lēsæ facultatis actionem aliquo modo supplere, ne animal, interum dū causam illidimq; plurimum labatur. At qui cùm dictum sit, facultatem firmari ex membrorum materia, nimirum spiritu, parte solida & temperie, sic membroru materia maior, quam sustinere posse facultas, ipsam euariare cogit: aut minor quam opus habeat, partatione: illud quidem sit alimenti vbertate, aut humorum ad eam partem decubitu: hoc vero ex dissipacione propriæ substanciæ vel defectu almissi.

Vtrumq;

Institutionum Medicinalium

Vtrūque tamen sit, inedia, laboreve consumente,
aut mala aliqua qualitate colliquante resoluent: eq;
eandem substantiam: aut ob humoris tenuitatem
raritatemve corporis. At temperies perueritur
(vt dictum est) excessu aut defectu alicuius qual-
tatum. Sic spiritus ut iam diximus, dissipari con-
tingit.

Cognita igitur imbecillitatis natura, cognitis etiā
differentijs & modis, in cum it nunc diligenter in-
quirere, quid robur sit, quibusve auxilijs cū abest,
recuperari possit. Et igitur robur actionum per se
etio ieu virtus, aut robur actionis, qua bonus habi-
tus comparatur. Naturalis namq; siue appetitus si-
ue affectionis virtus, quidam est bonus habitus:
actionis vero naturalis virtus robur est: na uralis
ergo actio, naturali eget corporis apparatu, à quo
rationem caute erga ipsam habente producitur.
Quocirca illud in primis fieri non potest, vt: sicut
alterum ad sit, alterum vero desit, ambo enim simul
augentur atque decrescent, quibus necessariò pul-
chritudo subsequitur, aliud quoddam ab illis, &
tertium corporis bonum: quare hæc tria corporis
bona, nimirum lani. as, pulchritudo, & robur, neq;
vnus generis sunt, neque similiter omnia dicuntur,
sed vnum quidem vt primum atque per se, alterum
tanquam illius caula, tertium vero vt necessariò con-
sequens. Quibus conicitur, quid teneatur e. sifice etis,
qui vires roborare in enat. Nam cū tota virium
ratio sit in partium unitate, & rarus hec cōstēt
ex materia optime figurat, temperie, & spiritu, sit,
vt quous horum trium deficiente, aut euerso, pro-
tinus deficiant vires, & refici eadēm hæc deli-
derent.

Verū nū quia nec partes eadēm constant natura,
neque

nequè causæ simul eodem semper sunt, neque rursus modus idem, nec etiam est iuxta rationē vnius cuius que membris, causæ & modi, indicationes & materia, quibus id opus p. fici possit, exquirere. Materia vetero & modis vniuersalis resiciendi vires in vniuersum, egregie monstratur ab Hipp. his verbis. Ad 10. ^{Li. 3. sec. 28.} fec. bur aurem optimam sunt, quæ carnem plurimā ac densissimā producunt, & longissima oratione id monstrat ea parte. Ita etiā figuram vñlatam ad antiquā figurā & pulchritudinē reducere teneris, si studueris robur parti cōciliare: sic spirituum custodiā cural is & tēpe ramenti reductionē: atque hæc in genere dicta sint:

Specialius tamen cuiusq; virtutē corrigerē oportet, initio sumpto à causa. In qua cōsiderandum est, an causa quæ imbecillitatem genuit, adhuc pr̄sit, an ali quid absente causa relictum sit. Quippe aliud est robore partes abundantia opprestas: aliud prauam figuram corrigerē: & longē aliud spirituum dissipationem impedire: sicut & aliud distemperient frānare, aut rufus substantiæ humidæ defectum supplere. Sic quæ dissipant vi caloris, quæ frigiditatem dissipationem impedianter desiderant, sicut per interualla ea quæ odorata sunt, præsertim, quæ alimentosam habent substatiā, ut vinum, panis recenter coctus, iura ex caponibus, & alijs odoriferis alimētis, crudis, assis, elixis, præsertim quæ grata & iocunda fuerint: maxime si conditāntur margaritis, & pulueribus cordialibus frigidis, & qui vim habeant cōpescendi dissipationem spirituum. Quibus profectō cū grata sunt, duplex refert Aetius robur admirandum conciliari, his verbis. Venter enim ubi quod blandū est, ^{Li. 2. ser.} suscipit, & in se complexus tenet, & probè concocuit ^{1. c. 132.} pro viribus excitatur enim natura ad actiones sēpe ab affectionum feritate miserē afflita, suscitat, & morbum repugnat, iuxta duplē modum: ipsum ^{ff} ^{qui-}

Institutionum Medicinalium

quidem malum palā contraria et ī natura castigās,
vires autem animal gubernant̄ es, consolans & excitans, ac fortificans ad superan̄dū moib⁹. Ex qua sententia constat, quanti momenti sit, ea alimenta languentibus pr̄cere, quē illis gratiora & gustui sua uiora sint. Tandem ut in summa dicam, contra modū operandi causæ pugnandum es: ut si defectu spiritibus careat facultas refectione: si distractione, his quæ coniungant, compriuant, & coērcent: si suffocatione, distractionibus & omni diversionis genere: si dolore & angustia oris vētriculi aut alterius partis, his quē leniant & mitigent. Pariter etiam ratione si vēnifica facultate vires labantur, alexipharmacis rem agere oportet, administris quæ emplasticas vireshabent, quia venenata qualitas omnem substantiam dissipat & putrefacit. Intemperies quidem duplicitate ratione imbecillitatem patit: uno modo dum fiens est, spirituum dissipatione ob calorem, aut eorūdem extincione ob frigiditatem: cui medeberis ut antea dictum est: alio vero dum intemperies facta est, subuersaq; ex toto naturalis mēbris temperies, quod dū incipiente morbo aut vigente acciderit, graue & periculo plenum existet: quo tempore nihil est naturæ totius aut partis communis tedium, vi pore quē vires nō habet neque instrumenta, quibus opere ui, sed universum negotiū arti committere oportet, iuxta affectus indigentian⁹, & conari auxilia præbere, quæ vireshabent superiores morbo (quā unius contra-rijs & qualibus dictū sit pugnādū esse) quia cūm naturam (quod languida sit) non habeamus adminiculantem, necessarium est, auxilij viribus supplere naturæ defectum. Secus quidem res se habet, cūm natura suis constat viribus, quippe runc sat est & qualia portigere, ac sēpe mitiora prosunt, quia supplet naturæ robur medicamenti effectum.

Cx-

Cæterum cùm iam inclinante affectu, aut absente morbo, imbecillitas suboritur, ob eam quā morbus relinquit in membro aut corpore vniuerso affectionem, maximam quidem eo tempore exoptat considerationem, & matutinum consilium. Namque aut relinquuntur distemperies tacta, aut spirituum penuria, aut carnis defectus, duritiesve, aut tensio, aut laxitas, aut mollities, aut ad motum impotentia: quibus omnibus & singulis, facultas nequit in membro aut vniuerso corpore actiones perficere, maxime si cum hoc deficit caloris & humidæ substantię aliquid.

Distemperies itaque quæ ad omnium facultatum impotentiam pertinere videtur, dum facta est, corrigi quidem nequit contrarijs auxilijs, & his æquilibus, vt multi falso arbitrantur: nam id tantum ad fiens intemperamentum pertinere costat, vt dictum est. At extra affectum, cùm solum expediat ad pristinam temperiem partem reducere, ai que id fieri subito nequeat, nulla ratione licet ea a lhibere medicamenta, quæ pari constent intensione, sed eaqnidem quæ paulatim habitum in cōtrarium mutent. Nam hac lege docuit Hipp. consuetudinem mutare, & habitum ea contrariū. Verum quod efficacius arbitror posse naturam temperiem conciliare, est maiorem caloris natum, spirituum ac sanguinis copiam ad imbecillam partem trahere, quibus facilius & promptius ipsa ad pristinum reducitur temperamentū, quam quovis alio auxilio. Quo profecto factum est, vt iecur, ventriculus, caput, & cætera membra præcipua, etiam si in habitu sunt refrigerata, maiorem suscepint gratiā, maius quæ beneficium ex temperatis, & cuius naturæ & temperamentū similibus, quam ex cōtrarijs qualitatibus: nam maiore potius contrahunt impotentiam contrarijs, maius quæ sequitur damnum: quia calorificatio nescit pusillus calor, & frigidis extinguitur potius

ff 2 quin

quā quodd habituale intemperamentum remissionē;
 & particula subsidium recipere possint. Sic manus temperat corporis, & puerū calor, & deniq; omniū, quæ naturalis caloris téperiem & substantiā emulcentur, & quæ calorem conciliant & spiritū suū moperè roborant, auxilio sunt.

Materiā tamen auxiliarū corroborantiū partis affe
 cta natura facile ostēdit. Aduertendū tamē est hāc esse in omnibus legē adseruādā, q̄ in principio in ca
 lidis affectibus, paulò téperato frigidiotibus, & in fri
 gidiis, calidioribus paulò téperato, vti oportet, & pre
 cedēt etépore, viriusq; excessum remittere, & ad me
 diā seu naturalē temperiē peruenire: remissū namq;
 facile remittit int̄sum, trahitq; si diu perfeuerat ad
 sui naturā. Sic enim repertes ad capitis imbecillitatē
 capitalia auxilia téperata, & ad vētriculi impotētiā,
 que ipsum respiciat. Veiū in nutrimentalibus mem
 bris, & quæ alijs alimēta parat, necesse est calorē ad
 auertere, aut órum superat, minuere: hoc quidē ne co
 cito turbetur, illud verò vt perficiatur: nā quod im
 belliū calor efficiere tenetur, id als suppleat oportet,
 & ob id paulò calidioribus, quā in reliquis mem
 bris, nō tamē frigidioribus rē agere oportet, quia à
 frigidioribus longē plus lēdetetur quā esset coctio
 lis beneficiū: quod de siētibus int̄perantijs subau
 dne oportet, nō de factis. Praterea duplex succres
 cit in quauis facultate naturali roborāda ratio: vna
 qua facultas ad antiquū regreditur statum, eo modo
 quo cictū est: alia vero qua roborātur actus seu ope
 ra vniuersusq; facultatis, ut de cōcoctoria dictū est,
 medicīnibus calorificis, aut artēperatibus, si calidū sit
 intemperamentū: sic remētis facultatis defectū sup
 plētatis, siccis & astringētibus medicamentis. Qua
 ratione cōstat meritò Gal. dixisse, antiquos plurimū
 aberrantes exstupiātes acstringētae solitare, cū ea nō

potētiā, sed actū eius solū firmēt. Pariratione expultrix facultas humidiſ iuuatur, perficitq; faciliū ſuū opus. Hęc autē dicta ſint, vt intelligat lector nō ſemper in morbiſ facultates, p̄fertim naturales, eſſe roborādas, ſed tantū licere earū opera p̄fſtare, donec morbiſ curationē uſcipiat. Pr̄terea cōtingit nō ratiō, vegetabiles potētias vitiani cōſenſu vitalis, cuius etiā ediscere prouidentiā cōuenit, vt euocato ad eas partes calore & ſpiritu, facile vegetabiles redeant ad antiquū niuṇus. Animalis verò faciliſ multis ratio- nibus impeditur & labascit, defectu nimirū instrumēti cō-nun-iſ, tēperamenti videlicet (quod ad pr̄iſtinū ſtarū dictis modis reducere oportet) aut animaliū ſpi- rituū resolutione, vt cōualeſcentibus cōtingit, quoꝝ reficere anteā docuimus: aut etiā peculiaribus instru- mentis, neruis videlicet, ligamentis, tendonibꝫ aut muſculis malè affectis, quæ omnia aut dura aut laxa p̄pter modum ex affectu ſupersunt, vt accidere fre- quenter ſolet in ſolutionibꝫ continui, curatiſ luxationibꝫ, tumoribꝫ, fluxibꝫ, doloribꝫ, aut alijs huiusmodi affectionibꝫ: qui aut humoris p̄ſentia facile ſic fiūt, aut ea membra ſic affecta à morbo ſupersunt. Si verò ob humorum affluxū p̄dicta impotētia proueniat, curari per ablationē cauīæ deſiderat, vt anteā diximus. Verū ſi ex morbo prodeat, ve- ra roborandi ratio in duris, emollitio eſt, in molliibꝫ verò & laxis cū adſtrictione exſiccatio, admixtis etiā medicamentis quæ humorū reliquias cōſumere va- leant: qualia ſunt cerata & emplastia, atq; linimenta huic uſui proficua. Verū quia lib. de inter. morb. cu- rat. & de recto p̄ſfid. vlu, quæ paſticaria auxilia c̄q; parti affectae proficua ſint, it ūſ ſcripſimus, in hac ſcribēdi ratione hęc vniuerſalia dixisse lat. erit.

L A V S D E O.

S V M M A I N S T I T U C
tionum Medicinalium.

L I B R I P R I M I .

D E recta victus administratione institutio
prima, fol. 19. pag. 1.

D e omnium potionū recto vſu institutio. II.
fol. 30. pag. 2.

D e clysterium & glandiū recto vſu institutio. III.
fol. 44. pag. 1.

Q ualiter sanguis mittēdus sit instit. IIII. fol. 51. p. 1.

D e ratione præparandi humores qui morbos faciūt
institutio. V. fol. 64. p. g. 1.

D e recto vſu purgationis quæ fit per imum vcntrē
institutio. VI. fol. 70. pag. 1.

Q uid agere oporteat vbi sanguinis missione &
purgatione simul opus est instit. VII. fol. 80. p. 2

D e euacuationibus quæ fiunt per epicrasim seu paſſu
latin institutio. VIII. fol. 83. pag. 1.

D e ratione purgandi per vomitum instit. IX. fol.
86 pag. 1.

Q ualiter licet corpora per vrinam purgare in-
st. titio X. fol. 93. pag. 1.

Q ualiter licet per ſputū purgare institutio . XI.
fol. 93. pag. 2.

D e enuacuatione quæ fit per sudorem instit. XII.
fol. 100. pag. 1.

D e balneorum vſu institutio XIII. fol. 104. p. 2.
Qua

I N D E X.

- Q**ua lege licet fluxiones sistere institutio. XIII.
fol. 102. pag. 1.
De suppressarum fluxionū reuocatione instit. XV.
fol. 127. pag. 1.
De ratione aperiendi fontanellas & setones institutio. XVI. fol. 134. pag. 1.

L I B R I S E C V N D I.
Institutiones.

- D**e topicorum auxiliorum administratione in genere institutio prima. fol. 140. pag. 2.
De enescuatione que fit à parte instit. II. fol. 144. pag. 2.
De recto auxiliorum alterantium usu institut. III. fol. 150. pag. 2.
De adstringentium præsidiorum administratione institutio. IIII. fol. 154. pag. 2.
De recta laxantium auxiliorum administratione institutio. V. fol. 158. pag. 1.
De recto e nolcentium præsidiorum usu i istitutio. VI. fol. 160. pag. 2.
De aperientium auxiliorum administratione institutio. VII. fol. 165. pag. 1.
De trahentium auxiliorum administratione institutio. VIII. fol. 171. pag. 1.
De repellentium auxiliorum administratione institutio. IX. fol. 175. pag. 2.
De auxiliorum resoluentium administratione institutio. X.

INDEX.

- stitutio.X.fol.181.pag.1.
De pus mouentium auxiliorum recta administracione in 186.pag.2.
- recte in uno tercentium auxiliorum institutio.XII.fol.190.pag.2.
De recto & su auxiliorum carnem generantium institutio.XIII. fol 196.pag.1.
De his quae cicatricem inducunt medicamentis institutio.XIII.fol.199.pag.1.
De recta agglutinantium auxiliorum administracione institutio.XV.fol.202.pag.2.
De anodynorum & lenientium auxiliorum recto & su institutio.XVI.fol.207.pag.1.
De roborantium auxiliorum differentijs & recto & su institutio.XVII.fol.209.pag.2.

F I N I S.

